ff 1800-

F.E. Lufe
Tri Coll
1837

378.75
Dec 1975

JOANNES BURMANNUS Med: Doct:
Botan: Profeff: Amftelæd: anno aetatis trigefimo.

Non haec effigies BURMANNI sculpta: sed ipsum
Arte Promethea vivere in aere vides.
Talis Paeoniis meditatur pellere morbos
Viribus, aut laetas Chloridos auget opes.
His oculis proavi, genitorque hac fronte renident
Nil non egregiae pignora gentis habet.
Gaudeat Amstelidum longos Hygiea perannos
Huic tabulae carum composuisse caput.

LAUR. THEOD. GRONOVIUS.

C. M. Dankhard Pinxit 1736.

J. Houbraken sculpsit Amst.

THESAURUS ZEYLANICUS,

exhibens

PLANTAS IN INSULA ZEYLANA NASCENTES;

Inter quas

Plurimae novae ſpecies, & genera inveniuntur.
Omnia Iconibus illuſtrata, ac deſcripta

CURA & STUDIO

JOANNIS BURMANNI,

Med. Doct. & Botanices Profeſſoris in Horto Medico Amſtelaedamenſi.

AMSTELAEDAMI,

Apud { JANSSONIO-WAESBERGIOS, & SALOMONEM SCHOUTEN.

MDCCXXXVII.

1737

ILLUSTRISSIMIS & AMPLISSIMIS

INCLYTAE REIP.

AMSTELAEDAMENSIS

CUM MAXIME

CONSULIBUS

JOANNI VAN DE POLL,

JOANNI SIX,

LAEVINO GEELVINK,

GUILIELMO MUNTER,

ET CONSULARIBUS

NICOLAO SAUTYN,

AEGIDIO VAN DEN BEMPDEN,

MATTHEO LESTEVENON,

GERARDO CORVER,

BALTHAZARI SCOTT,

DIDERICO TRIP,

PATRIAE PATRIBUS,

CIVIUM DELICIIS,

BONARUM ARTIUM PATRONIS,

HORTI MEDICI CURATORIBUS,

S. P. D.

JOANNES BURMANNUS.

SOllicitus diu, dubiusque animi haesi, an nominibus vestris tam splendidis, quam magnificis, & honoratis Opusculum hoc qualecunque auderem inscribere; Animo autem mecum reputans, VIRI AMPLISSIMI & NOBILISSIMI, vos non tantum bonarum artium fautores, & vindices esse, sed & instauratores, curatoresque Horti nostri publici, qui tam copiose & ornate instructus est, ut parem sibi vix ullum agnoscat, nulli alii dignius hoc qualecunque scriptum offerri posse, aut inscribi, quam VESTRIS NOMINIBUS persuasum mihi habeo, ut qui maxime: Unde & publice obstrictissimum me vobis profiteri pro tot tantisque in me collatis beneficiis, quibus me tanto favore, & honore prosequi dignati fuistis, hac occasione debui & volui, ut & porro certi esse possitis, provinciam hanc, quam mihi credidistis, non ingrato, nec indigno prorsus, ut spero, demandatam fuisse. Omnia vero, quae tum temporis in hisce profeceram, publice id enim profiteri

non erubesco, unice me Batavo illi Apollini, *Hermanno* nempe *Boerhavio*, cujus testimonio & impulsu me, vix tyrocinio studiorum in Academia deposito, ad hunc gradum evexistis, acceptum referre fateor, & grato id semper animo agnoscam. Ut interim vobis appareat, mihi, ex quo huic Spartae admotus fui, non desidi in otio, aut ignavo torpore tempus effluxisse, VIRI NOBILISSIMI & AMPLISSIMI, hae paginae vos certiores facere, ut puto, valebunt, quod si vobis approbavero, erit, quod mihi calcar addet ad majora etiam tentanda, ut & famam illam, quam per decessores meos doctissimos & celeberrimos Hortus vester Medicus in toto terrarum orbe obtinuit, non tantum conservare, sed & eam ulterius propagare possim. Interim scriptum hoc tanquam obsequiosi, ac grati erga vos animi pignus ac monumentum habete, & suscipite.

Valete, VIRI ILLUSTRES & AMPLISSIMI, Patriae Patres, ac Literarum egregii custodes, ac vindices: & in publicae rei decus & columen diu felices, ac superstites agite, nostrisque his laboribus favere, universaeque bonarum artium saluti porro consulere velitis, etiam atque etiam oro.

Æquis

Æquis, & Rei Herbariae ſtudioſis Lectoribus

S. D.

JOANNES BURMANNUS.

Exhibeo vobis, L. B. elegantiſſimam rariorum plantarum in inſula Zeylana naſcentium Syllogen, quae ex plurimis auctoribus, qui has plantas commemorarunt, vel de iis ex profeſſo egerunt, nec non ex Herbariis vivis collecta eſt. Vulgares, & plures aliae vilioris pretii ſine dubio ſuperſunt, ſed quae non magni erunt momenti, earum vero praecipuas pro ſpecimine, quae Operi ipſi non ita apte interponi poterant, ex optimo illo ſcriptore *Grimmio*, hic ut loco maxime idoneo inferam: Qui poſtquam diſtincte variarum plantarum virtutes, praeparationes ex iis, & uſus Medicos in *Laboratorio ſuo Ceylanico* deſcripſerat, haec ſub finem *pag.* 113. addit.

„ Supereſt nobis adhuc magna quantitas Herbarum, tam in hor-
„ tis, quam in ſylvis. &c. Ego vero nomina earundem ſubji-
„ ciam; ſunt autem, quae ſequuntur: Aſclepias, Auricula Mu-
„ ris, Acetoſa, Acetoſella, Arthemiſia, Aſparagus ſylveſtris,
„ Bardana minor, Baſilicon, Caryophyllus hortenſis, Ciſtus,
„ Conyza, Cichoreum, Colocaſia, Curcuma, Dracunculus mi-
„ nor, Dracontium, Endivia, Filix cum maxima parte gene-
„ rum ab iſto dependentium, Foeniculum, Faba, cujus innume-
„ rae ſunt variae ſpecies, Gentianella, Glycyrrhiza, Hedera ter-
„ reſtris, Kali, Lactuca, Lingua Cervina, Lonchitis, Arbor ex
„ qua Lacca provenit, Laſer, e qua Aſſa Foetida, Malva, Ma-
„ tricaria, Myrtus Indica, Nepeta, Naſturtium, Petroſelinum,

„ Por-

„ Portulaca, Pimpinella, Perſicaria, Ros Solis, Rosmarinus,
„ Ruta, Scabioſa, Scilla, Selinum, Semper Vivum, Triorchis,
„ Trifolia, Verbena *Bontii*, Veronica *Bontii*, Urticae varia ge-
„ nera &c. Quibus porro addit: „ hac in re praeſtantiſſimus eſt
„ Dominus Doctor noſter *Paulus Herman*, non ſecus ac in
„ cognitione aliorum naturalium, nec dubito, quin ſuo tempore
„ nobis praebeat occaſionem, aliquid extraordinarium ab eo re-
„ cuperandi.

Sed dolendum eſt, quod vir ille in hiſce verſatiſſimus, & Academiae Lugd. Batavae ſummum poſtea Lumen, propoſitum ſuum exſequi haud potuerit; Ille enim aliquot per annos inſulae Zeylanae Medicus oportunam ibi nactus eſt occaſionem omnia, quae ad forum hoc ſpectant, detegendi, indagandi, & perſcrutandi, horumque obſervatorum experimenta annotandi, ut ſedulus etiam, & accuratiſſimus harum rerum inveſtigator fuit, quod non tantum *Hortus Lugd. Batavus* ab eo conſcriptus, & *Paradiſus Batavus* poſt fata ejus in lucem publicam emiſſus docent, ſed maximus inſuper plantarum numerus ad amicos, dum adhuc in inſula Zeylana verſabatur, transmiſſus liquido oſtendit: harum autem omnium, ſi vitam ejus produxiſſet ſummum Numen, accuratam deſcriptionem, earumque hiſtoriam, nec non uſum Medicum in *Muſaeo ſuo Zeylanico* explanaſſet, quod poſt ejus mortem imperfectum adeo, & nullo modo elaboratum, ſed veluti Chaos confuſum eſt ed tum: ita ut tam pauca ex diuturno illo labore, quem ſummus ille vir inter tot incommoda, ac pericula indefeſſo ſtudio, & magno animo ſuſceperat, nobis ſuperſint. *Hermannus* enim unicus ille eſt, cui notitiam plantarum Zeylanenſium, quae ad nos pervenit, acceptam referre debemus; omnes enim plantas Zeylanenſes, quas ab auctoribus memoratas, vel deſcriptas invenimus, pauciſſimis quibusdam exceptis, ab *Hermanno* reliqui habuere, vel ab amicis, quibuſcum eas communicaverat, acceperunt;

runt; has tamen omnes in noſtro Opere videbitis collectas, in ordinem Alphabeticum digeſtas, ad certa ſua genera revocatas, & plurimas deſcriptionibus & figuris tanquam ad vivum expreſſis, a nobis illuſtratas; inter quas multae etiam occurrunt a nullis aliis adhuc obſervatae, quarum quaedam novi plane ſunt generis, quas ex vero *herbario* ipſius *Hermanni* maxima ex parte Lectoribus hic offero; Herbarium illum quondam, cum in Zeylana morabatur, ad Nobiliſſ. *Joannem Commelinum* elegantiſſime & nitidiſſime exſiccatum, ac diligentiſſime conſervatum transmiſit, quem poſtea Celeberrimus *Casparus Commelinus* deceſſor meus honoratiſſimus poſſedit, poſt cujus obitum filius illius, ejusdem nominis, ac virtutis haeres, me Operis illius participem fecit, ac poſſeſſorem. Qui theſaurus, quum ſatis diu jam, ut puto, delituiſſet, longius eum inter privatos Lares celare, ac publico invidere nefas duxi; praeſertim cum & altera talis gaza, qua priorem locupletare poteram, apud me ſupereſſet. Eſt autem illa collectio ſatis magna plantarum itidem Zeylonenſium, quas ſedulus ille *Joannes Hartog*, quum in Zeylonam fuit miſſus, obſervavit, & quas ad *Cornelium Voſſium* hortulanum nuper horti noſtri Amſtelaedamenſis laudatiſſimum quondam transmiſerat, qui mihi collectionem illam ante ſuum obitum commiſit ac credidit, in qua varias reperi plantas in *Herbario Hermanni* non occurrentes, ſed quae ſaepiſſime peſſimis nominibus, unde *Hertog* in hiſce non adeo verſatus mihi viſus eſt, fuere denominatae, ita ut plurima illarum nomina mutare, aliaque magis convenientia, & appoſita inponere coactus fuerim: *Hermanni* autem, quantum potui, ſi accuratiora non requirebantur, retinui. Haec prima fuere fundamenta Operis noſtri, quod in initio non adeo amplum in lucem publicam edere deſtinaveram: quum vero in examine illarum plantarum viderem, dignum fore, quod majori cura elaboretur, opus, praeſertim quum *Muſaeum* illud *Zeylanicum* adeo confuſe ſit divulgatum, ut ſaepius ter quaterve

terve una eademque planta diverſis proponatur nominibus, in ordinem illud redigere incepi, privato prius commodo & uſui, nunc autem publico, ut arbitror: Quibus porro aliorum auctorum ſynonyma, quae cum hiſce plantis Zeylonenſibus congruere, ac conſentire videbantur, adjunxi. Varias inſuper plantas aeri infigendas, quae in opere noſtro exhibentur, communicavit nobiscum generoſiſſimus ſimul, & peritiſſimus Botanicus *Joh. Freder. Gronovius*, nec non Botanicorum Maecenas *D. Georgius Cliffortius*, qui plurimas exoticas, & eas quidem rariſſimas in praedio ſuo ſane regio ſumma induſtria excolit plantas, quarum ſyllogen, ac deſcriptionem jam fere abſolvit doctiſſimus ille Suecus, *Carolus Linnaeus*, operibus ſuis variis Botanicis nuper editis clarum nomen adeptus.

Ita ut hic in unum corpus, ni fallor, plurima, quae de plantis Zeylonenſibus ſcimus & habemus, inveniatis collecta, digeſta, & quantum tempus mihi praxi Clinica quotidie ita occupato & diſtracto, ut aliis exercitationibus, ac meditationibus horas ſubceſivas inpendere vix concedatur, permittit, quantumque pro rerum mearum ratione, & modulo meo id fieri potuerit, illuſtrata, &, ut puto, ſatis accurate deſcripta.

Hunc autem laborem ſi alicujus utilitatis fuiſſe quibusdam harum elegantiarum peritis cognovero, erit, quod me incitabit, ut curam & meditationem deinceps conferam ad ſimile opus plantarum Africanarum elaborandum, quarum mihi magna & rariſſima ad manus eſt copia, praeſertim cum rei huic optima ſeſe offerat etiam occaſio; praeterquam enim quod centenas aliquot Africanarum in herbario meo, quod jam quinquaginta continet volumina, ſervem plantas, non ſine magno ſumptu, multoque labore ex variis terrarum plagis, & aliorum herbariis mihi comparatas, non ita pridem quoque in publica auctione *D. Wilhel. Adr. van der Stell*, Gubernatoris quondam ad Caput Bonae Spei, mihi vindicavi

cavi rariſſimas illas plantas eo in loco naturalibus coloribus, & magnitudine tam nitide, tam eleganter ad vivum depictas, ut nihil niſi vita iis deſit; quarum licet magna copia a *Pluknetio*, aliisque jam fuerit aere expreſſa, plurimas tamen, & eas quidem rariſſimas, quas apud nullum ad hunc usque diem offendi, in illa collectione inveni optime depictas & conſervatas, in qua praeſertim etiam excellunt Lepidocarpodendra, Conocarpodendra, & Hypophyllocarpodendra juſtae magnitudinis coloribus vivis elegantiſſime depicta, quae adeo accurate & fideliter expreſſa inveniuntur in doctiſſimo illo *Indice Horti Lugd. Batavi*, cujus auctor eſt celeberrimus ille *Hermannus Boerhavius*, aevi noſtri ſumma gloria & prodigium, ita ut nihil de hiſce Lepidocarpodendris &c. amplius, niſi vivus color, deſideretur; unde & operi Weinmanniano inſerenda illa conceſſi: & licet ſcriptor quidam in Centuriis ſuis indigne ſaepius tantum Apollinem traducat, nos ejus generoſum animum, & ingenuam illarum plantarum communicationem inſtar Corollarii ad utiliſſimum illum Indicem, ut qui optimos plantarum continet characteres, admiramur & ſuſpicimus. Ad opus porro plantarum Africanarum augendum mihi etiam prolixa admodum humanitate ſeſe obtulit Nobiliſſimus & ſimul doctiſſimus *Nicol. Witſenius* urbis noſtrae Judex, qui ingentem plantarum Africanarum tam exſiccatarum, quam ad vivum depictarum ſervat numerum, quas olim Ampliſſimus & Nobiliſſimus vir Conſularis *Nicolaus Witſen* magna pecuniae vi, & inprobo labore ſibi ex Africa, aliisque locis comparavit, qui codex a Clariſſ. *Hermanno Boerhavio* non ſine ratione tam magnifice praedicatur, & in Indice ſuo ſaepe etiam ad partes vocatur. Ut interim inſtar Prodromi ſubſequentis operis Botanicae rei periti, ac ſtudioſi aliquid habeant, ſubjunxi hic duas plantarum Africanarum catalogos, quorum prior eſt plantarum, quas celeberr. *Paulus Hermannus* ad Caput Bonae Spei obſervavit, quem mecum ingenue ad-

modum communicavit *Joh. Freder. Gronovius*, quique etiam jam saepius a *Boerhavio* laudatus est. Alter autem est plantarum ab *Hertog* & *Oldenlando* in Capite Bonae Spei diligenter indagatarum, qui in descriptione Promontorii Bonae Spei a *Petro Colbe* belgice exarata invenitur, & minus apte ibi locatur, cujus licet aliquae a *Tournefortio* jam fuerint memoratae, multae tamen ab eo omissae in hoc catalogo inveniuntur plantae; ex quibus duobus catalogis Lectores videre poterunt, quantus adhuc plantarum numerus in illis inveniatur terris, quae minus nobis cognitae, & quarum plurimae penitus ignotae, & nondum descriptae occurrunt.

Quum autem duo illi auctores, *Hermannus* nempe & *Hertog*, praecipui harum fuerint observatores, haud injucundum fore duxi, si hic subjungantur illi catalogi, quum plantarum Zeylanensium iidem illi viri primi & praecipui fuerint indagatores.

Praeter hasce plantas, quae ibi denominatae inveniuntur, & alias plures servo, quae plane novae, & ab aliis nondum observatae fuerunt; ita ut, si Deus mihi vitam viresque concesserit, opus etiam illud, si elaboratum fuerit, alicujus utilitatis fore mihi audeam promittere. Antequam autem illud aggrediar, animus est publicae luci exponere tamdiu etiam nunc desideratum, & omnibus numeris absolutum opus Botanicum, HERBARIUM nempe AMBONICUM *Georgii Everhardi Rumphii*, quod ultra millia fere plantarum Indicarum continet, sexque ingentia volumina in folio complectitur; Plantae hae ab auctore illo tam accurate, tam ample, & nitide cum earum virtutibus, usu & cultura sunt descriptae, ut certe palmam *Horto Malabarico*, quantumvis & illud eximium, & regium sane sit opus, praeripiat; plurimarum insuper descriptionibus Figurae elegantissimae, & ad vivum in locis natalibus per *Rumphii* indefessam curam, & prodigiosos sumptus depictae additae sunt, quae maximas, & incredibiles licet requirant impensas, ac labores ad tale opus nitide inprimendum, inpedimento

mento tamen non erunt, quo minus in gratiam Botanophilorum tantum inchoetur, ac elaboretur opus, quod Belgico licet idiomate conſcriptum, ne & exteris ejus invideatur uſus, Latina nihilominus civitate etiam donari curabimus: Liber hic ſuperiore jam ſaeculo ab auctore illo fuit conſcriptus, qui totam fere vitae partem, dum in illis degebat terris, ad ſummam usque ſenectutem, & licet poſtea oculorum uſum amitteret, in plantis illis obſervandis, examinandis, deſcribendis, ac depingendis inpendit, ac conſumſit, quo opere *Hortus Malabaricus* plurimis in locis haud parum illuſtrabitur, ut ex *Theſauro hoc Zeylanico*, in quo toties laudatus, & cum *Herbario Rumphiano*, quem obiter tantum percurrere licuit, ad partes vocatus eſt, facile conſtat, ita ut non tantum praeſtantia ſua *Malabaricum Hortum* adaequet, ſed & eo inſuper elaboratior plurimis in locis habendus ſit: ceterum operi huic ſubnectam obſervationes, illuſtrationesque meas cum aliorum auctorum ſynonymis, ac deſcriptionibus.

Per generoſam autem, & non ſatis laudabilem Rectorum & Praefectorum Societatis Indiae Orientalis munificentiam conceſſa mihi eſt iſtius libri inpreſſio, & editio, quum per ſemiſeculare fere ſpatium in domo ſocietatis Indiae Orientalis tam ſplendidus, & adeo cuique exoptatus theſaurus delituiſſet, jam communi bono ab Illuſtriſſimis & Nobiliſſimis illis viris in publicum prodire, & cuique inſervire dabitur. Quibus ſolis hoc donum acceptum referre, & eo ſibi gratulari univerſa debet Botanicorum cohors, & cuncti hujus delectabilis ſtudii amatores tranquilli. Interim hiſce meis laboribus fruimini, & ſi, quod humanum eſt, vitia quaedam in opere hoc noſtro fuerint commiſſa, quod & ſummis in hac arte contigit, aequo animo L. B. aberranti ignoſcite, & conatibus noſtris favete.

Dabam Amſtelaedami ex Muſaeo,
ultimo Novembris. Anni
MDCCXXXVI.

COMPENDIA
LAUDATORUM AUCTORUM
EXPLICATA.

Acoſt. edit. Ital. Trattato di Chriſtof. Acoſtae della hiſtoria, natura & virtu delle droghe Medicin: *Venet.* in 4to.
Acoſt. hiſt. arom. Chriſtof. Acoſtae Hiſtoria aromatum a Cluſio interpret. in 8vo.
Acoſt. apud Cluſ. Chriſtof. Acoſtae Hiſtoria aromatum apud Cluſium in exoticis in folio.
Act. Phil. Lond. Acta Philoſophica Londinenſia in 4to. auctoribus *Petiver. Garcin.* &c.
Act. Reg. Paris. Acta Regia Pariſina. in 8vo. auctoribus *Vaillant.* & aliis.
Alp. de pl. Ægypt. De Plantis Ægypti Prosper Alpinus in 4to.
Ambroſ. Phyt. Hyacinthi Ambroſini Phytologia in folio.
Amm. Char. pl. Ammanni Character Plantarum. in 12o.
Amm. H. Boſian. Hortus Boſianus conſcriptus a Paulo Ammanno. in 4to.
Baldei Philip. Hiſtor. Ceylon. Philippus Baldeus beſchryving van Ceylon. in folio.
Baniſt. Cat. Stirp. Virgin. Joannis Baniſteri Catalogus plantarum in Virginia obſervatarum. apud *Ray. tom.* 3. in folio.
Bobart. Hiſt. Oxon. Jacobi Bobarti Hiſtoria Oxonienſis; eſt tomus tertius Moriſonis poſt mortem ab eo editus in folio.
Boccon. Muſ. Muſeo di Phiſica, di Piante &c. di Paulo Boccone. in 4to.
Boerh. Ind. H. L. B. Hermanni Boerhave Index alter Horti Lugduno Batavi. 2 tomi in 4to.
Boerh. Ind. in Oct. Ejusdem index primus in 8vo.
Bont. Hiſt. nat. Jacobi Bontii hiſtoria naturalis & Medic. Indiae Orient. in folio.
Bont. Mantiſſ. Arom. Bontii Mantiſſa Aromatica. ibidem.
Breyn. Cent. Jacobi Breynii Centuria prima exoticarum in folio.
Breyn. Prodr. 1 & 2. Jacobi Breynii Prodromus primus & ſecundus in 4to.
Breyn. Filii diſſert. Joannis Philip. Breynii diſſertatio de Acmella. in 4to.
C. B. Pin. Caspari Bauhini Pinax Theatri Botanici in 4to.
C. B. Prodr. Ejusdem Prodromus Theat. Botanici in 4to.
Cluſ. exot. Caroli Cluſii libri X. de exoticis in folio.
Cluſ. Cur. poſt. Cluſii Curae poſteriores in 4to. & folio.
Cluſ. rar. pl. hiſt. Cluſii hiſtoria rariorum plantarum in folio.
Cluſ. in Monard. Nicol. Monard. Hiſtoria ſimplicium, Cluſio interprete in 8vo.
Colum. obſerv. Fabii Columnae obſervationes poſt Ecphraſin inpreſſae in 4to.
Commel. Cat. Hort. Med. Amſt. Joan. Commel. catalogus Horti Medici Amſtelaed. in 8vo.
Commel. in not. Joannis Commelini in notis ad Hortum Malabaricum.
Commel. prael. Botan. Casp. Commelini Praeludia Botanica. in 4to.
Commel. Fl. Malab. Caspari Commelini Flora Malabarica in folio.
Dale Pharmac. Samuel Dale Pharmacologia in 8vo.
Dale. Supplem. Ejusdem ſupplementum ibidem.
Dalechamp. Hiſtoria generalis Plantarum a Dalechampio elaborata in folio.
Dillen. H. Elth. Johannis Jacobi Dillenii Hortus Elthamenſis tomi 2. in folio.
Dillen. nov. pl. gen. Joh. Jacob. Dillenii nova plantarum genera, poſt Catalogum plantarum circa Giſſam naſcentium inpreſſa in 8vo.

Dioſco-

Dioſcorid. Dioſcoridis opera in folio.
Dodart. Mem. Memoires pour dreſſer l'Hiſtoire des Plantes in 8vo.
Dod. Pempt. Romberti Dodonaei Pemptades in folio.
Ephemer. German. Ephemerides Germanicae Naturae Curioſorum auctoribus *Breynio*, *Rumphio* & aliis in 4to.
Ferrar. Fl. Cult. Joannis Baptiſtae Ferrarii florum cultura. in 4to.
Flacourt. Hiſt. Madag. Flacourt Hiſtoria inſulae Madagaſcar.
Freyer. itin. per Ind. Orient. Joannis Freyers reyſe door Ooſtindien &c. in 4to.
Garcin act. Phil. Lond. Garcin in Actis Philoſophicis Londinenſibus in 4to.
Garz. lib. arom. Garzias ab Horto Hiſtoria aromatum per Cluſium in 8vo.
Grimm. Labor. Ceyl. Nicolai Grimmii Inſulae Zeyloniae Theſaurus Medicus, vel Laboratorium Ceylonicum a Barthol. Pielat latinitate donatum in 12o.
Hart. Catal. ſemin. Eſt Catalogus plantarum & ſeminum ab Hartog ex Zeylana quondam ad Hortum Amſtelaedamenſem miſſus.
Heiſt. Cat. pl. H. Acad. Jul. Laurentii Heiſteri catalogus plantarum, quibus Hortum Academicum Julianum auxit annis 1731, 1732 & 1733. in 8vo.
Hernand. Hiſt. Mexic. Franciſci Hernandes Hiſtoria Plantarum Mexicanarum in folio.
H. A. tom. 1 & 2. Horti Medici Amſtelaedamenſis rariorum plantarum hiſtoria, cujus Tomus primus a Joan Commelino, Tomus alter a Caſp. Commelino eſt editus in fol.
H. Beaum. Horti Beaumontani Catalogus plantarum exoticarum in 8vo.
H. Boſian. Horti Boſiani Catalogus per Amman. in 4to.
H. Eyſt. Hortum Eyſtettenſem denotat a Beſlero in magno folio editum.
H. L. Bat. Hortus Lugduno-Batavus a Paulo Hermanno editus in 8vo.
H. L. App. Ejusdem horti appendix.
H. Malab. Hortus Malabaricus eſt conſtans duodecim voluminibus in folio.
H. Piſan. Hortus Piſanus eſt auctore Michaele Anglo Tillio in folio.
H. Mauroc. Hortus Maurocenus eſt, cujus catalogum dedit Antonius Tita in 8vo.
H. R. Par. Eſt Hortus Regius Pariſinus in folio.
Herb. Ambon. Herbarium Ambonicum MStum, ab Everhardo Rumphio Belgice conſcriptum, ſex voluminibus in folio conſtans.
Herbar. Garcin. D. Garcin ex Herbario ſuo plures mecum communicavit plantas exoticas.
Herbar. Gronov. Johan. Fredericus Gronovius Zeylanenſ. plantas ex herb. ſuo conceſſit.
Herb. Hart. & Hert. Hartog ſeu Hertog herbarium eſt, quod ſervo, quodque ex plurimis elegantiſſimis plantis Zeylanenſibus conſtat, quondam ab eo ex Zeylana ad Cornelium Voſſium hortulanum miſſum.
Herb. Herm. Eſt idem Herbarium, quod Clariſſ. Paulus Hermannus olim ex Zeylana ad Nobiliſſ. Joannem Commelinum miſerat, ex quo praeſertim rariſſimas, & nunquam antea viſas plantas publici jam juris fecimus.
Herm. Fl. Lugd. Bat. Pauli Hermanni Flora Lugduno Batava. in 8vo.
J. B. Joannis Bauhini Hiſtoria plantarum univerſalis, 3 conſtans voluminibus in fol.
Jonſt. Dendr. Joannis Jonſtoni Dendrologia in folio.
Kaemph. Amoenit. exot. Engelberti Kaempferi Amoenitates exoticae in 4to.
Knox Hiſt. Ceyl. Rombert Knox Beſchryving van Ceylon in 4to.
Linnaeus char. pl. gen. Caroli Linnaei characteres plantarum generici in 8vo. qui liber jam jam inpreſſus erit, unde & omnibus locis, ubi debuerat, laudari vix potuit, aureus ſane caeteroquin Botanicis habendus, ut qui nova & facili methodo naturales plantarum characteres accuratiſſime definit.
Linn. tract. de Muſ. Cliffort. Car. Linnaei Muſa Cliffortiana florens Hartecampi in 4to.

Lin-

Linſchot. Ind. Orient. Johannes Hugo Linſchotens Reyſe door Ooſtindien in folio.
Marcgr. Georgii Marcgravii Hiſtoria rerum natural. Braſiliae in folio.
Merian. inſect. Surin. Mariae Sibyllae Merian Hiſtoria inſectorum Surinam. in folio ingenti, quod opus elegantiſſimas complectitur quarundam plantarum figuras.
Moriſ. Hiſt. pl. Roberti Moriſon Hiſtoria plantarum univerſalis. 3 vol. in fol.
Munt. Phytogr. Abrahami Muntingii Phytographia curioſa in folio.
Muſ. Zeyl. Pauli Hermanni Muſaeum Zeylanicum in 8vo.
Par. Bat. Pauli Hermanni Paradiſus Batavus in 4to.
Par. Bat. App. Ejusdem libri appendix ibidem.
Par. Bat. Pr. Paradiſi Batavi Prodromus in 12o.
Parkins Theat. Johannis Parkinſoni Theatrum Botanicum Anglice cum fig. in fol.
Petiv. Muſ. Jacobi Petiver Muſaeum, ſeu Centuriae in 8vo.
Petiv. Gazoph. nat. & art. Jacobi Petiver Gazophylacium naturae & artis in folio.
Petiv. Hort. ſicc. Petiver Hortus ſiccus apud Ray in tom. 3. appendice in fol.
Petiv. Act. Phil. Lond. Petiver in Actis Philoſophicis Angliae in 4to.
Piſon. Hiſt. Gulielmi Piſonis Hiſtoria naturalis Braſiliae. in fol.
Piſon. Mantiſſ. Aromat. Ejusdem Mantiſſa aromatica ibidem.
Plukn. Almag. Leonardi Plukenetii Almageſtum Botanicum in 4to.
Plukn. Amalth. Ejusdem Amaltheum Botanicum in 4to.
Plukn. Mantiſſ. Ejusdem Mantiſſa Almageſti Botanici in 4to.
Plukn. Phyt. Ejusdem Phytographia. Figurae.
Plum. pl. Amer. Caroli Plumier Deſcriptio Plantarum American. in folio.
Plum. nov. pl. gen. Caroli Plumier nova plantarum Americanarum genera in 4to.
Plum. Cat. pl. Amer. Caroli Plumier Catalogus plantarum American. ibidem.
Ray. hiſt. pl. Joannis Raji Hiſtoria plantarum tomi tres in folio. cujus tertius cum Dendrologia, & aliis adjectis poſt ejus mortem ab aliis eſt editus.
Ray. meth. pl. auct. & emend. Joan Raji Methodus plantarum aucta & emendata in 8vo.
Rivin. ord. pl. irreg. Fl. Monop. Quirini Rivini ordo plantarum floribus irregularibus monopetalis &c. in fol. cum elegantiſſimis figuris.
Rumph. Herb. Ambon. Everhardi Rumphii Herbarium Ambonicum, conſtans ſex magnis voluminibus in fol. MStum. Quod opus ſane regium eſt; & propediem a nobis edendum, de quo vide Praefationem hic praefixam.
Scheuchz. Agraſt. Scheuchzeri Agraſtographia, ſive graminum hiſtoria in 4to.
Sch. Botan. Schola Botanica Pariſina. in 8vo.
Sebae rer. nat. theſ. part. 1. Alberti Sebae rerum naturalium theſaurus. Pars prima in fol.
Seyen in not. Arnoldus Syen in notis ad Hortum Malabaricum.
Sloan. Cat. pl. Jam. Hans Sloane Catalogus Plantarum Inſulae Jamaicae in 8vo.
Sloan. Hiſt. Jam. Hans Sloane Hiſtoria Jamaica Anglice duobus volum. in fol. cum elegantiſſimis & ſplendiſſimis figuris.
Sutherl. H. Edinb. Jacobi Sutherland Hortus Medicus Edinburgenſis in 8vo.
Theophr. Ereſii Theophraſti opera in folio.
Tournef. inſt. Joſephi Pitton Tournefortii inſtitutiones rei Herbariae in 4to. 3 vol.
Vaill. act. Reg. Paris. Sebaſtiaan Vaillant in actis Regiis Pariſinis in 8vo.
Vaill. ſtruct. Fl. Sebaſtiaan Vaillant de florum ſtructura in 4to.
Veſl. in Alpin. Johannis Veſlingii obſervationes in Alpinum de plantis Ægypt. in 4to.
Weinm. Phytant. Weinmanni Phytanthozoiconographia in folio: vivis coloribus plantas inpreſſis complectitur hoc Opus novum, quod quatuor conſtabit tomis.
Zanon. Hiſtoria Botanica di Giacomo Zanoni. Italice in folio.
Zeyl. Zeylonenſes.

THE-

THESAURUS ZEYLANICUS.

ABUTILON Avicennae *H. Eyſt. Æſt. Ord. 6. Fol.* 10. *Fig.* 1. ubi elegans figura & varii citantur auctores videndi. Alcea Indica *Abutilon* dicta major, pericarpio membranaceo, orbiculari, compreſſo, vertice corniculis extus coronato, intus in decem aut duodecim loculamenta diviſo. *Plukn: Almag.* pag. 17. Abutilon Indicum flore luteo, *Breyn. Prodr.* 1. pag. 1. Althaea Theophr. flore luteo. CB. ANODA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 52. ubi additur in arboris altitudinem ſaepius extollitur trunco craſſo, ſatis lignoſo, levi. nota ejus characteriſtica invenitur apud *Amman* in *Charact. plant. pag.* 243. & uſus medicus apud *Samuel Dale. Pharmacol. ſupplem. pag.* 145.

ABUTILON Indicum, flore luteo, minore. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 1. Althaea *Abutilon* dicta, Indica, flore luteo minore. H. L. B. *Par. Bat. Pr. pag.* 309. Althaea Theophraſti flore luteo minore. H. L. B. *pag.* 24. *Muſ. Zeyl. pag.* 52. Alcea populi folio, villoſo, leviter ſerrato. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 98. Alceae adfinis, Indica, *Abutilon* dicta, flore flavo, foliis mollibus profunde venoſis, ſiliculis lanuginoſis. *Plukn. Phyt. Tab.* 126. Fig. 5. vide & *Almag. pag.* 17. ANODA haec etiam Zeylonice dicitur, quod nomen genericum

Abutili videtur, plures enim ejusdem familiae plantae uno saepius apud Zeylonenses indigitantur vocabulo, quod nomen genericum est, ut in sequentibus pluries occurret, uti videre est in Filicum, Hedysari, Astragali, Sinapistri, aliisque plantarum generibus.

ABUTILON Indicum foliis profunde crenatis. *Nobis.* Althaea Theophrasti foliis profunde crenatis *Mus. Zeyl.* pag. 52. Althaea *Abutilon* dicta, folio lobato. *Par. Bat. Pr. pag.* 309. Alcea *Abutilon* dicta, foliis lobatis minima Indiae Orientalis. *Plukn. Almag. pag.* 17.

ABUTILON Periplocae angustioris folio, fructu stellato. *Dillen. H. Elth. pag.* 4. *Tab.* 3. Althaea Zeylanica, folio sagittato, flore albo, capsula cristata. *Commelini ibidem* Althaea Scammonii folio, floseulis albis, Zeylanica. *Par. Bat. Pr. pag.* 309. *Mus. Zeyl. pag.* 68. hujus icon etiam exhibetur, sed floribus viduus apud *Plukn.* in *Phyt. Tab.* 74. *Fig.* 7. & in *Almag. pag.* 17. vocatur Alcea Orientalis Scammoniae folio major, floribus albis. WISSADULI & NILAVONANGHU Zeylonice dicitur.

ACACIA aculeata, multiflora, foliis pennas avium referentibus. *Nobis Tab.* 1. Acacia Zeylanica elegans Mimosae folio, flore albo. *Herb. Hart.* Acacia Zeylanica, floribus rotundis, albis, papposis, in summitate ramulorum racematim dispositis. *Mus. Zeyl pag.* 29. ubi HINGHURUWAEL, & TSIAWÄEL Zeylonice audit.
Adsurgit elegans hic & speciosus frutex caule firmo, lignoso, leviter sulcato & angulosо, spinis undique obsesso, fuscis, instar hami recurvis, in apice nigricantibus, parvis quidem, sed robustis, nec facile fragilibus, quae infiguntur cortici fusco, scabro, quo obducitur lignum albicans, medulla fusca repletum; ramos undique spargens, ad quorum exortum folia emergunt pinnata, longo & firmo, spinosoque rachi innixa, tenuissima, mollia, ad contactum se instar Mimosae contrahentia, plumosa, seu pennas avium referentia; pinnae hae sunt communes, aequales, oppositae foliolis linealibus fere contiguis, vel potius imbricatis numero infinito constantes; Flores in summitate ramorum gerit racemosos, qui clausi racemum uvarum nondum expansum rotundum referunt, aperti vero stellam radios emittentem repraesentant per pappum, qui stamina sunt numerosissima, in apice florum undique dispersum; singuli autem floseuli suo instructi calice,

suo

Mimosa pennata, Linnei.

ACACIA aculeata, multiflora; foliis pennas avium referentibus. Nobis.

Mimosa cinerea. Lin.

ACACIA spinosa ex alis spicata, foliis pennas avium referentibus. Nobis.

ſuo nituntur pedunculo, qui in medio ad centrum idem concurrunt, & inſtar radiorum emiſſorum aequales ſibi invicem circulum quaſi formant, de ſiliqua mihi non conſtat, quum ea deſtituar.

Acacia Zeylanica, floſculis globoſis luteis, foliis pinnatis, tenuiſſime inciſis ſpinis minoribus. *Muſ. Zeyl. pag.* 30. ubi additur, folia ſunt fere capillacea. Forte Acacia ſpinoſa foliolis perexiguis & veluti crispatis, Maderaspatana. *Pl. Phyt. Tab.* 73. *Fig.* 3.

Acacia Zeylanica ſarmentoſa, flore luteo globoſo. *Muſ. Zeyl. pag.* 34. ſimilis huic ſpecies floſculis candidis occurrit in *H. Malab. part.* 6. *Tab.* 4. quae *Insja* ibi vocatur, & in notis Acacia Mala barica, flore globoſo, ſiliquis latis.

Acacia ſpinoſa ex alis ſpicata, foliis pennas avium referentibus. *Nobis. Tab.* 2. Acacia Zeylanica, floſculis ſpicatis, plumoſis, inferiore ſpicae parte rubellis, ſuperiore vero luteis, ſiliqua articulata contorta. *Herb. Hart.* Acacia Zeylanica flore ſpicato, pappoſo, colore ex albo, luteo & rubicundo eleganter variegato. *Muſ. Zeyl. pag.* 24. ubi ANDARA & KUKULUGHAS Zeylonice vocatur.
Ex cortice albo ad exortum pedunculi foliorum exſurgunt ſpinae ſolitariae, ad baſin latae, in mucronem tenuiſſimum, acutiſſimum recte abeuntes, albicantes itidem, ad quarum medium aliquando etiam erigitur pedunculus foliorum, qui rachin dat ab utraque parte gerentem foliola pinnata ſibi invicem oppoſita, ad tactum ſeſe non contrahentia, glabra, viridia, obtuſa. Flores vero inter foliorum pedunculum & ſpinam ortum habent, ſpicati inſtar *Tamariſci Narbonenſium*, plumoſi, varii coloris, in inferiore enim parte rubelli, ſuperiore vero lutei, & intermixti albi elegantem dant varietatem & adſpectum. Floſculis hiſce plumoſis deciduis ſiliqua ſubſequitur articulata contorta, ut indicat hujus plantae denominatio ab *Hertogh* in loco natali ad vivum inpoſita.

Acacia major, tinctoria, Zeylanica, *Panſapan* dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 42. Erythroxylum, ſeu lignum rubrum Indicum, ſpinoſiſſimum, Coluteae foliis, floribus luteis, ſiliquis maximis. *Par. Bat. Pr. pag.* 332. *Amm. Char. plant. pag.* 552. Acacia glorioſa Zeylanica, tinctoria, amplioribus foliis ſpinoſa. *Plukn. Almag. pag.* 5. Tsjampangam. *H. Malab.*

Malab. part. 6. Tab. 2. Criſta Pavonis Coronillae foliis ſecunda, ſive Tinctoria Indica, flore luteo, racemoſo minore, ſiliqua latiſſima glabra, lignum rubrum, *Sappan* dictum ferens. *Breyn Prodr. 2. pag. 37.* Lignum *Sappan.* Caju Sappan *Rumph. Herb. Ambon. lib. 6. cap. 26.* de hujus ligno vide *Ray tom. 3. in dendrol. pag. 109.* & *Samuel Dale, Pharmac. pag. 469.* ad *lignum ſapan* officin. PATAGHI & PATANGHI Zeylanice audit. alteram hujus ſpeciem non ſpinoſam invenies in *H. Amſtel. part. 1. Tab. 103.* ad Senas accedit, quas Criſtas Pavonis Breynius vocavit.

Acacia Zeylanica minor, tinctoria, floſculis luteis, racematim diſpoſitis, ſiliquis auriculatis, ventricoſis, nigris, oſſiculis globoſis duriſſimis. *Muſ. Zeyl. pag. 53.* KALUWATHUWA Zeylanenſibus.

Acacia, qui lobus echinatus Cluſii, oculus Cati Luſitanis. *Muſ. Zeyl. pag. 57.* Arbor exotica ſpinoſa, foliis Lentiſci C. B. Bonduch Indorum Ponae *Muſ. Zeyl. pag. 35.* Acacia glorioſa Lentiſci folio ſpinoſa, flore luteo ſpicato, ſiliqua magna muricata. *Plukn. Phyt. Tab. 2. Fig. 2.* & in ejus *Almageſt. pag. 4.* plurima vide ſynonyma, ut & apud *Sloan. Catal. pl. Jamaic. pag. 144.* & *Hiſt. Jam. vol. 2. pag. 41.* vide & Samuel *Dale. Pharmac. Supplem. pag. 308.* ad Bonduch offic. Caretti haec in *H. Malab part. 2. Tab. 22.* vocatur, ubi conſule notas, & *Amm. Char. pl. pag. 317* & 318. quae eſt Criſta Pavonis Glycyrrhizae folio minor, repens, ſpinoſiſſima, flore luteo ſpicato minimo, ſiliqua latiſſima echinata, ſemine rotundo cinereo, lineis circularibus cincto, majore. *Breyn Prodr. 2. pag. 38.* Lobus echinatus fructu caeſio, foliis longioribus. *Par. Bat. Pr. pag. 348.* KUBURUWAEL Zeylanenſibus. Globuli majores *Gondo* dicti, *Rumph. Herb. Ambon. lib. 7. cap. 50.*

Acacia, qui lobus echinatus Cluſii fructu albo. *Muſ. Zeyl. pag. 12.* ubi dicitur, fructus ex lobis ſuis eruti, Elephantorum fiunt pabulum. ad Senas hae proxime accedunt, ſed ſtaminibus brevioribus differunt.

Acacia glorioſa Coluteae folio Chinenſis, rachi medio tam ad genicula, quam ad internodia ſpinis curtis duplicatis, deorſum inflexis munito, an WAWOULAETHYA Cinghalenſibus dicta. *Plukn. Almag. pag. 5.* vide & ejus *Mantiſſam pag. 1. planta penult.* ut & *Ray tom. 3. pag. 418.* Arbor Indica ſpinoſa, cujus fructus veſpertilionum inſtar a ramis

ramis dependent. *Muſ. Zeyl. pag.* 41. Criſia Pavonis monoſpermos ſecunda, ſive arbor vespertilionis Indica, Lentiſci folio, ſpinoſiſſima, flore racemoſo luteo, parvo, odorato, ſiliqua & ſemine glabro. *Breyn Prodr.* 2. *pag.* 39. Arbor ſiliquoſa Indica ſpinoſa, flore papilionaceo, decapetalo, ſiliquis latis monoſpermos. *Ray hiſt. pl. pag.* 1745. Cacu-Mullu. *H. Malab. part.* 6. *Tab.* 19. vide & notas ad *H. Malab. part.* 1. *pag.* 70. Waga Madrasp, ſpinoſa Mimoſae foliis, floribus parvis ſpicatis. *Muſ. Petiv. no.* 700. & *Act. Philoſ. Lond. vol.* 22. *no.* 271. *pl.* 115. WAWULAETHYA Zeylanenſibus dicitur a *Wawoula*, id eſt vespertilione, quod arboris hujus ſpinae ſimiles ſunt unguiculis Vespertilionum, quibus ſe arborum ramis affigere ſolent. arbor caeterum eſt ſarmentoſa, ſpinoſa, ad ſepes ſtruendas idonea, ut notatur *in Muſ. Zeyl. pag.* 41. ad Senas accedit haec, neutiquam ad Acacias.

Acacia Zeylanica minus ſpinoſa. pinnularum coſtis & caule rufeſcente hirſutie villoſa. *Plukn. Phyt. Tab.* 122. *Fig.* 3. & *Almag. pag.* 4. ut & *Ray tom.* 3. *pag.* 477.

Acacia Malabarica ſiliquis ac ſeminibus compreſſis, ſemilunatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 58. an Acacia foliis amplioribus ſiliquis compreſſis, flore coccineo? *Plum. Cat. Pl. Amer. pag.* 17.

Acacia Malabarica, floſculis ſpicatis, ſiliquis compreſſis, latiſſimis. *Muſ. Zeyl. pag.* 59. Acacia non ſpinoſa, ſiliquis latis compreſſis, flore albo. *Plum. Cat. pl. Amer. pag.* 17. an Wagha. *H. Malab. part.* 6. *Tab.* 5? quae eſt Waga Madrasp. Senae foliis, ſiliqua lata compreſſa, ubi ſeminibus inflata. *Petiv. Muſ. no.* 697.

Acacia Zeylanica floribus luteis, racematim ad foliorum (exortum) extremitates diſpoſitis. *Muſ. Zeyl. pag.* 68. huc ſpectat Nilacamaram *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 38. ubi vide *notas ſubjectas.* qui eſt Mirobalanus Embilicus, Boa Malacca Nilikay. *Rumph. Herb. Ambon. auctuar. cap.* 2. KATHUKARAMBA Zeylonenſibus, hoc eſt Acetoſa ſpinoſa, a *Karamba* quod acidum ſeu acetoſum dicitur; folia enim acidum grate ſapiunt & *Kathu* ſpina eſt.

Acacia Zeylanica nova. *Breyn. Prodr.* 1. *pag.* 1.

ACACIA Zeylanica Tamarindi foliis, flore albo umbellato. *Hertog.* in *Catal.* ſeminum ab ipſo quondam ex Zeylona transmiſſorum reperitur. Acacia aculeata flore albo, foliis Tamarindi. *Plum. Cat. pl. Amer. pag.* 17.

ACACIA Zeylanica, ſpinis maximis albis, flore globoſo. *Hertog. ibidem.* Acacia forte Maderasp. foliolis parvis, aculeis è regione binis praegrandibus horrida, cortice cinereo. *Plukn. Phyt. Tab.* 121. *Fig.* 4. Notatu dignum cenſeo, quod in examine harum plantarum invenerim, quod plurimae plantae Maderaspatanae, quae apud Pluknetium occurrunt, cum noſtris plantis Zeylonenſibus maxime quadrent & conveniant, ut ex plurimis illarum ſynonymis in ſequentibus magis eluceſcet.

ACORUS Aſiaticus radice tenuiore. *H. L. B. pag.* 9. ubi ejus deſcriptio. Calamus aromaticus *Garziae ab Horto. lib. Aromat.* 1. *Cap.* 32. & *Edit. Ital. in quarto pag.* 289. ubi Figura. *Muſ. Zeyl. pag.* 56. Acorus Aſiaticus radice tenuiore. HERMANNI *Moris Hiſt. Oxon. Tom.* 3. *pag.* 246. ubi brevis ejus deſcriptio, & ad *Typhas* reducitur. Calamus aromaticus Orientalis folio & radice tenuiore. *Act. Piloſ. Lond. no.* 274. *pag.* 943. Acorus verus Aſiaticus radice tenuiore, vel Calamus aromaticus Garciae. *Plukn. Almag. Botan. pag.* 8. Deryngo *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 8. *cap.* 23. Characterem invenies apud *Linnaeum in Char. gen. pl. pag.* 104. Vaembu *H. Malab. part.* 11. *Tab.* 40. Calamus aromaticus. *Grimm. Laborat. Ceyl. pag.* 123. ubi haec habet. apud nos pariter inplantatur: Firmior atque perennior radix eſt, quam ea, quae aliunde nobis transmitti ſolet; uſus ipſius ſat eſt notus. VAZABU & VAZUMBO Zeylonenſibus.

Juſticia Adhatoda Linnei

ADHATODA Zeylonenſium *H. L. App. pag.* 642. ubi Figura & *Plukn. Phyt. Tab.* 173. *Fig.* 3. Arbor Indica, cujus cortex foetum extrahit. *Muſ. Zeyl. pag.* 23. Dictamno forte adfinis, Indica, arboreſcens, Lauri Americanae foliis, ſeu Ecbolium Zeylanicum, foliis Laurinis. *Breyn Prodr.* 2. *pag.* 41. ubi vide deſcriptionem & apud *Ray tom.* 3. *pag.* 650. Ecbolium *Rivini ord. plant. fl. irregul. monopet.* ubi elegans Figura. hujus character deſcribitur ab *Amm. in Char. plant. pag.* 247. & *Linnaeo* in *char. gener. plant. pag.* 4. ad *Juſticiam Houſt.* Malab. dicitur WANAEPALA. ADHATODA. SINGHADHAE, & SINGHIKA. *Muſ. Zeyl. pag.* 23.

ADHA-

2. Justicia repens Lin.

Fig. 2.

Fig. 1.

ADHATODA spicata, floscules ex folielis membranaceis producens. Nobis.

ADHATODA, folii ala flore solitario ex singula proveniente. Nobis.

1) Justicia Ecbolium Linnei. 2) Illecebrum sessile Lin.

Fig. 2.

AMARANTUS humilis, foliis oppositis. &c.

Fig. 1.

ADHATODA spica longissima, flore reflexo. Nobis.

ADHATODA, flore ſolitario ex ſingula folii ala proveniente. *Nobis. Tab.* 3. *Fig.* 1. Adhatoda Zeylanica, folio Salicis, flore albo parvo. *Herbar. Hartog.* Adhatoda Zeylanica folio rigido oblongo. *Hart. Catal. ſemin. transmiſſorum.* Differt ab Adhatoda Indica folio ſaligno, flore albo. *Boerhavii in Indice H. L. B.* foliis majoribus, latioribusque, floribus triplo fere minoribus: qui flores inter alas foliorum eriguntur gemini, ex ſingula ſcilicet unicus, ſunt autem albicantes, calice oblongo diſſecto contenti, monopetali, perſonati, labio ſuperiore adunco, reflexo, barba vero pendula trifida, ſtamina bina recondentes. Folia vero brevi pediculo emergunt bina ſibi invicem oppoſita, glabra, tenuia, acuta, in ſuperiore parte viridia, in inferiore pallida, ſenſim minora, in ſummo minima. Fructus eſt ſilicula oblonga, bivalvis, bilocularis, in ſingulo loculo duo condens ſemina, rotunda, ſpadicea; uti in Tabula noſtra ejus icon exhibet.

ADHATODA ſpicata, floſculos ex foliolis membranaceis producens. *Nobis. Tab.* 3. *Fig.* 2. Adhatoda Zeylanica minima flore albo. *Herb. Hart.* Adhatoda Maderaspatana, ſpica longa foliacea, marginibus albis. *Muſ. Petiv. no.* 338. Adhatoda Canarienſis oleae folio viridi, huic proxime convenit, quae reperitur deſcripta in *Ray. tom* 3. *pag.* 81. *Dendrol.* Lignoſus hic fruticulus ramoſiſſimus eſt, ramos undique ſpargens ad terram inclinantes, folia Hyſſopum referentia gerens, bina ſibi mutuo oppoſita, ſcabra, duriuſcula, viridia: flores habens in ſummo caulium collectos, ſpicatos, albicantes, inter foliola ſubrotunda Thymum aemulantia, fimbriâ albicante tenuiſſimâ cincta, abſconditos, ſi clauſi, aperti vero ſeſe inter illa extollentes, ſuo contenti calice; qui floſculi anomali perſonati ſunt, labio ſuperiore acutiore conſtantes, barba autem pendula, reflexa trifida.

ADHATODA ſpica longiſſima, flore reflexo. *Nobis Tab.* 4. *Fig.* 1. Adhatoda floris labio ſuperiore anguſtiſſimo & ad poſteriora reclinato. *Tournef. inſtit. pag.* 175. Kokeria Zeylanica, folio conjugato, flore albo. *Herb. Hart.* hujus varietas eſt, quae Arbor Zeylanica, floribus coeruleis in ſpica diſpoſitis dicitur in *Muſ. Zeyl. pag.* 33. quae eſt Carim-Curini *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 20. & Curini forte prima ſpecies. *Plukn. Phyt. Tab.* 171. *Fig.* 4.

Caulis hujus fruticis lignoſus eſt & glaber. folia oppoſita, ovato-lan-

ceo-

ceolata, glaberrima, utrinque viridia. Caulem terminat ſpica longiſſima, flores gerens inter foliola provenientes, inferius florere incipiens, & ad ſummitatem denuo deſinens. ſub ſingulo flore ſubjicitur foliolum oblongum utrinque acuminatum, quod cum ipſis floribus ſimul decidit, niſi fructus excreſcat. reliqua in *H. Malab.* accurate deſcribuntur.

ADHATODA ad alas ſpinoſa & florifera. *Nobis.* Adhatoda Malabarica, tetracantha. *Petiv. Act. Phil. Lond. vol.* 20. *num.* 244. &c.
Eryngium Zeylanicum luteum febrifugum. *Muſ. Zeyl. pag.* 43. Planta Indica ſpinoſa, amara, antifebrilis *ibidem. pag.* 62. Coletta-Veetla *H. Malab. part.* 9. *Tab.* 41.
Melampyro cognata Maderaspatana, ſpinis horrida, an Coletta Veetla? *H. Malab. Plukn. Phyt. Tab.* 119. *Fig.* 5. Lycium Indicum ſpinis quaternis ad foliorum ſingulorum ortum. *Par. Bat. Pr. pag.* 349. *H. Beaum. pag.* 28. & *Alb. Sebae rerum natur. theſ. part.* 1. *Tab.* 13. *Fig.* 1. *pag.* 21. KATHUKAROHITI Zeylanenſibus *Tsje-Mulli & Semul.* Malabaris.

ADIANTHUM caule reflexo, pinnulis alternis, ſtriatis, in ſummo crenatis & frugiferis. *Nobis. Tab.* 5. *Fig.* 1. Adianthum Zeylanicum Filicis facie. *Muſ. Zeyl. pag.* 37. Adianthum Zeylanicum Filiceum Hermanni. *Herbar. Gronov.* Filicula Maderaspatana, foliolis furcatis, ex apice prolifera. *Petiv. Muſ. no.* 767.
Communicavit mecum elegantem hanc plantam doctiſſimus Botanicus Joh. Freder. Gronovius, qui illam per D. Scherard ex herbario Hermanni poſſidet.
Caulis hujus plantae eſt ſimplex, filiformis, purpureus, longus, incurvatus; pinnae ab utroque latere pinnatim exeunt ſitu fere alterno, maxime ſibi adjacentes, verſus ſummitatem ſenſim breviores, & in ipſo caulis apice minimae, citra ordinem ſparſae, valde rarae. Apex caulis videtur terram petere & radices agere. Pinna ſingula eſt folium ſimplex ſine notabili petiolo, margine inferiore recto, vel fere falcato, ſuperiori convexo magis ſerrato, & interdum profundius ſecto, margine verſus apicem rotundo, diviſo. Folii baſis eſt transverſim angulo inferiori caulis adnata.
Fructificatio ſit infra marginem ſuperiorem, ut in Adiantho.

ADIAN-

2. Celosia nodiflora Lin. 3. Achyrandes aspera Lin. Fig. 1. Adianthum caudatum L.



Fig. 2.

AMARANTHOIDES
Indicum, nodiflorum, &c.

Fig. 3.

AMARANTUS
spicatus Zeylanicus,
foliis obtusis, &c.

Fig. 1.

ADIANTHUM caule reflexo,
pinnulis alternis, striatis, &c.

ADIANTHUM Indicum repens foliis Coriandri. *Muſ. Zeyl. pag.* 51. an Adianthum nigrum majus, ramoſum, Coriandi folio? *Sloan. Catal. pl. Jam. pag.* 23. BOBU Zeylonenſibus.

ALCANNAE ſpecies Zeylanica, MANITHONDI Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 6.

ALCEA Indica floſculis parvis, albis. *Muſ. Zeyl. pag.* 65. an Althaea peregrina longiore Betonicae folio, floribus albis perexiguis, capitulis arcte conglomeratis. *Plukn. Almag. pag.* 25? quae in *Phytogr.* inſcribitur Malva Orientalis, elatior, longiori folio, flore albo minimo, capſulis conglomeratis. *Tab.* 44. *Fig.* 5. Malvindae habenda ſpecies.

ALCEA Indica floribus roſeis parvis, fructibus parvis, quinquepartitis, hispidis, lappaceis. *Muſ. Zeyl. pag.* 8. Alcea roſea Zeylanica *ibidem pag.* 10. Althaea Zeylanica fructu hispido, lappaceo. *Amm. H. Boſiani pag.* 2. Uren. *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 2. quae Alcea Malabarica folio Vitis, flore minore, roſaceo colore, fructu lappaceo, ſemine roſtrato. *Commelini in notis ibidem.* Malva, vel Alcea fruticoſa Ribeſii foliis, ſeminibus aſperis. *Sloan. Cat. Pl. Jam. pag.* 96. ubi vide reliqua. & *Hiſt. Jam. vol.* 1. *pag.* 37. *Tab.* 11. *Fig.* 2. AEPALA Zeylonenſibus. annua eſt haec planta, toto anno florens & virens. ut notatur in *Muſ. Zeyl. pag.* 8. ſine dubio haec Urenae ſpecies eſt, cujus notas vide deſcriptas apud Doctiſſimum & accuratiſſimum *Dillenium in H. Eltham. pag.* 430. & 431. qui hanc habet pro Alcea Indica fruteſcente, foliis ad marginem exaſperatis, Bryoniae albae diviſuris. *Plukn. Phyt. Tab.* 5. *Fig.* 3.

ALCEA Zeylanica, oblongo, anguloſo folio, flore parvo luteo, fructu orbiculato, ſemine anguloſo. *Hert. Catal. ſemin.*

ALCEA Indica minor, ſemine leviter crispato. *Muſ. Zeyl. pag.* 42. quae *Dillenio* eadem videtur cum Alcea Indica molli & hirſuto, ſeu lanuginoſo folio, ſeminibus duplici & nonnunquam triplici roſtro donatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 2. Vide *H. Eltham. pag.* 213. & infra Malvindam.

ALCEAE ſpecies ſingularis. *Muſ. Zeyl. pag.* 42. SINIHIDDA, SIHINELLA, & SIHINIDDA. Zeylonenſibus.

ALCEA Indica, Bellidis ſpinoſae folio, floſculis parvis. *Muſ. Zeyl. pag.* 44. KOTHIHAMBAEBILA & KOTHIHAMBAEWILA Zeylonenſibus.

ALCEA Indica, floſculis luteis parvis, triangulo folio. KAEJARABAEWILA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 54.

ALCEA Zeylanica, Carpini folio, floſculis faſciculatim congeſtis. *H. L. Bat. pag.* 13. ubi brevis deſcriptio. Sine dubio hae ſunt Malvindae ſpecies; quas juxta *Hermannum* hic poſuimus, cujus plures infra ad Malvindam commemorantur.

ALCHIMILLAE congener planta Indica. *Muſ. Zeyl. pag.* 57. MAHANCAKUNUWAENNA Zeylonenſibus. *Makuna* Aranea eſt, utcunque enim plantae folia aranearum telis circumdata obſervantur. *ibidem.*

ALCHIMILLAE vel Perchepier affinis, Zeylanica, procumbens, Chamaeciſſi foliis & facie, floſculis purpureis. *Breyn. Prodr. 2. pag.* 11.

ALKEKENGI ſomniferum Cydoniae folio, flore & fructu rubris. *Nobis.* Solanum Antiquorum Alpini *Muſ. Zeyl. pag.* 58. Solanum ſomniferum antiquorum *Alpin. exot. cap.* 33. *pag.* 70. Figura & 71. ejus deſcriptio. Solanum ſomniferum, verticillatum *C. B. P. pag.* 166. Solanum verticillatum. *J. B. tom.* 3. *lib.* 34. *pag.* 610. Alkekengi Mexiocanum. COLUM. *ad Hernand. pag.* 296. Solanum ſomniferum antiquorum verum. *Parkin. Theat. pag.* 347. Peevetti *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 55. ubi vide notas, & *Plukn. in Almag. pag.* 352. qui hanc a Solano Alpini ſeparat. de ejus viribus & uſu vide *Samuel. Dale. Pharmacol. Supplem. pag.* 139. ad Solanum ſomniferum Offic.

ALKEKENGI Indicum, glabrum, Capſici folio. *H. Elth. pag.* 12 & 13. *Tab.* 11. qui omnino videndus. Solanum veſicarium, Indicum, maximum. *Muſ. Zeyl. pag.* 2. Solanum veſicarium Zeylanicum, baccis folliculisque herbaceis. *ibidem. pag.* 30. ubi dicitur; Convenit cum Camaru *Marcgravii*, & Solano Veſicario *Camerarii*, & Halicacabo *Bontii*, quod recte refutatur a *Dillenio* in *H. Elth.* loco citato, quum tres diverſae ſint plantae. NALALBATHU haec incolis audit; a *Nalal* fronte,

Fig. 1. Evolvulus alsinoides. vide etiam tab. 9.

Fig. 1.

ALSINE hirta minor, foliis alternis. &c.

Fig. 2.

ALSINE lutea, ramosissima, pentaphylla, polyanthos. Nobis.

fronte, & *Bathu* ſonitu, has enim veſiculas pueri jocantes fronti allidunt ad ſonitum excitandum, ut notatur in *Muſ. Zeyl. pag.* 2.

ALKEKENGI Zeylanicum, fructu parvo, rotundo, rubro. *Nobis.* an Halicacabus, Indicus, minor DAUN CAPO-CAPO. *Rumph. Herb. Amhon. lib.* 10. *cap.* 44. quod eſt Solanum Indicum *Grim.* in *Laborat. Ceyl. pag.* 125. ubi ſic deſcribitur: planta eſt mediocriter alta, fructus profert parvos, rotundos, rubros, ſicut Alkekengi concluſos; apud incolas maximo in pretio habetur, atque ipſi vires easdem, quas nos Alkekengi adſcribunt.

ALKEKENGI Indicum, minimum, fructu vireſcente. *Tourneſ. Inſt. pag.* 151. Solanum veſicarium Zeylanicum, minus, fructu folliculoque herbaceo. *Muſ. Zeyl. pag.* 62. Solanum veſicarium Indicum minimum. *H. L. B. pag.* 569. ubi Figura & deſcriptio. *Moriſ. part.* 3. *pag.* 527. *Plukn. Almag. pag.* 352. ubi & huic jungitur Halicacabum Alkekengi Arabibus dictum *Bontii pag.* 149. & inquiritur an ſit Pee-Inota-Inodien. *H. Malab. part.* 10. *Fig.* 71. Solanum veſicarium Ceylanicum, minimum Bontii. *Amm. H. Boſian. pag.* 33. ubi adeſt deſcriptio. Alkekengi character optime invenitur apud *Linnaeum in char. pl. gener. pag.* 51. qui novum nomen PHYSALIS huic generi tribuit.

ALLAKERALYA. *Muſ. Zeyl. pag.* 67. *Alla* denotat radices majores edules.

ALOE Zeylanica pumila foliis variegatis. *Par. Bat. Pr. pag.* 306. *H. Amſt. tom.* 2. *Fig.* 21. *pag.* 41. Aloë pumila Zeylanica ſerpentaria. *Breyn Prodr.* 2. *pag.* 12. *Plukn. Phyt. Tab.* 256. *Fig.* 5. Separantur hae plantae in *Ray. tom.* 3. ut apparet. *pag.* 568. & *pag.* 572. Aloë Zeylanica, folio ex viridi & nigro vario. *Heiſt. Cat. pl. Acad. Juliae ann.* 1732. *pag.* 2. Aloes character habetur apud *Linnaeum in char. gen. pl. pag.* 99.

ALSINE hirta minor, foliis alternis, floribus ſolitariis. *Nobis. Tab.* 6. *Fig.* 1. Alſine Zeylanica, humirepens, foliis Auriculae muris, floſculis cæruleis, ſiliquis puſillis turgidis. *Herb. Herm.* Alſine Zeylanica repens, Auriculae muris folio, floribus caeruleis, liliaceis (ſiliquis) parvis turgidis. *Muſ. Zeyl. pag.* 11. Alſine Zeylanica, rotundifolia,

hirſuta, floſculis coeruleis *ibidem pag.* 37. Alſine folio Piloſellae, exiguis capitulis Lini. *ibidem pag.* 56. Myoſotis foliis ſubrotundis, herba Indiae Orientalis. *Plukn. Phyt. Tab.* 205. *Fig.* 7. WISNUGARANDI incolis vocatur, a *Wisnu*, quod nomen alicujus Dei eſt apud Malabaros, quem in templis ſuis adorant. *Garandi* notat Dyſenteriam, cui plurimum confert haec planta; ut notatur in *Muſ. Zeyl. pag.* 11 & 56.

Puſilla licet haec planta ſit, non tamen inelegans eſt, quae ex radice fibroſa repente oritur, multis ramulis praedita, tota quanta hirſuta, caules enim, ut & folia, immo ipſi foliorum & florum pedunculi hirſutie ſua ruffa, quaſi lanugine undique obducti ſunt. Folia gerit alterna, ſubrotunda ab utraque parte piloſa, cauliculis brevi annexa pedunculo, ex quorum alis flores ſolitarii egrediuntur longo pediculo, & calice quinquefido ſuffulti; floſculi autem ſunt liliacei, pentapetaloides, coloris coerulei, pro plantae ratione ſatis magni, quibus deciduis vaſcula ſeminalia apparent rotunda, turgida membranacea, pericarpio magno in quinque partes diſſecto contenta, in quibus vaſculis plurima reperiuntur ſemina, minima, ſubrotunda, nigricantia.

Dubito, an non ſit Anagallidis inferius deſcriptae & depictae ſpecies, ſi non eadem; quum autem diverſis nominibus ab *Hermanno* & *Hertog* fuerint collectae & ad vivum denominatae, in exſiccatis mutationem facere & eas conjungere arduum mihi videbatur, praeterquam quod ante collationem jam aeri eſſent inſculptae, ſi quis vero pro iisdem habeat, non multum forte hallucinabitur.

Alsine lutea, ramoſiſſima, pentaphylla, polyanthos. *Nobis. Tab.* 6. *Fig.* 2. Alſine Zeylanica, humirepens, floribus luteis, capitulis Lini, Spergulae facie. *Herb. Herm.* Alſine folio viridi, ſubrotundo, ramoſa, capitulis parvis rotundis, *Muſ. Zeyl. pag.* 33. Alſine Spergulae facie, Maderaspatenſis, foliis latioribus, ſemine minutiſſimo nigro. *Plukn. Phyt. Tab.* 118. *Fig.* 1.

Major & elatior multo quam praecedens progerminat haec planta, ramoſa itidem & repens, ſed ramis laxis, longiſſimis ſeſe diffundens, caules habens rotundos, glabros, oriuntur, numero utcunque quina, tria utplurimum majora, bina minima, & in exſiccata aliquando vix conſpicua, unde in *Plukenetii Figura* in plantae nempe parte ſuperiore forte ſunt omiſſa. Ad foliorum ortum pedunculi longiſſimi, ramoſi admodum flores

Mollugo Stricta. L.

ALSINE erecta pentaphylla, flore albo. Nobis.

flores in ſupremo ſuſtinentes proveniunt. Floſculi ſunt parvi, pentapetali, lutei, qui clauſi & per exſiccationem compreſſi vaſcula ſeminalia in noſtra Figura referunt. Vaſculum vero ipſum eſt turgidulum, rotundum, tenue, membranaceum, ſeminibus nigricantibus transparentibus repletum. Scatet enim ſeminibus plurimis, minutiſſimis, nigerrimis.

ALSINE Veronicae facie, pediculis uncialibus, & ſesquiuncialibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 17. Alſine forte Veronicae affinis, Triſſaginis folio & facie, Maderaſpatana. *Plukn. Phyt. Tab.* 125. *Fig.* 4. HIRAMANA Zeylonenſibus, quod dicitur a rota ſerrata, qua Cinghali nucleum ex Nuce cocco exprimunt. ob foliorum forte ſimilitudinem.

ALSINE Zeylanica, folio capillaceo. *Muſ. Zeyl. pag.* 32. an Alſine Indica, polyanthos, tenuifolia. *Plukn. Phyt. Tab.* 125. *Fig.* 5?

ALSINE Glaucis marinae folio. *Muſ. Zeyl. pag.* 33. Alſine Indica, Glaucis maritimae folio, floſculis ex alis longo pedunculo innixis. *Plukn. Phyt. Tab.* 130. *Fig.* 1.

ALSINE Zeylanica, buxifolia. *Muſ. Zeyl. pag.* 67. forte convenit cum Alſine Acadienſi, Buxi folio, perenni *Boerh. Ind. pl. part* 1. *pag.* 209.

ALSINE erecta, pentaphylla, flore albo. *Nobis. Tab.* 7. Alſine Zeylanica, ſylveſtris, erecta, flore albo. *Herb. Hertog.*
Sylveſtris haec Alſines ſpecies ortum ſuum ducit ex radice tenui, albicante, vix fibroſa, quae quamprimum e terra progerminat, eſt ramoſa, ternos quaternos ſimul attollens ramulos, qui foliis cincti ſunt oblongis, glabris, amoene viridibus, quinis numero, tribus utcunque majoribus, duobus minoribus, tanquam appendicibus additis; ex quorum alis floſculi ſolitarii, gemini ſaepius, longis innixi pediculis, albicantes egrediuntur pentapetali, ſimili contenti calice, qui vaſculum ſeminale dant oblongum, ſulcatum, punctis protuberantibus verruculis quaſi obſitum, per maturitatem facile dehiſcens, & quatuor efformans apices, ſemina emittit rotunda, minima, fuſca.

ALSINE ramoſa, procumbens, quadrifolia, ad radicem polyphylla. *Nobis. Tab.* 8. *Fig.* 1. Alſine Zeylanica, ſylveſtris, repens, floribus albis. *Herb. Hert.* Alſine Zeylanica, repens, ſylveſtris, conjugato folio, flore albo. *Hert. Catal. ſemin.*

Altera haec ſylveſtris Alſines ſpecies itidem radice albicante, ſed magis fibroſa & craſſiore oritur, ſtatim ramos e terra producens, per quam quaſi repens ſeſe diffundit, circa quorum ortum plurima ad radicem erumpunt folia oblonga, ad baſin anguſtiora, in ſummo obtuſa, & latiora; ad ramificationes vero quatuor foliola anguſtiora, triplo fere minora progerminant, e quorum alis pedunculi longiſſimi oriuntur, in ſummo flores tanquam in umbella collectos gerentes: floſculi itidem ſunt albi, pentapetali, vaſculum ſeminale dantes tenuiſſimum, glabrum, membranaceum, ſemina continens minima; nigricantia.

Alsine foliis ad radicem poſitis. *Nobis. Tab.* 8. *Fig.* 2. Alſine Zeylanica, latifolia, ſeu platyphyllos, Capitulis oblongis turgidis. *Herb. Herm.* Alſine Zeylanica, repens, folio ſucculento, flore albo. *Hert. Catal. ſemin.* Alſini affinis, foliis Bellidis minoris, caule nudo. *Sloan. Hiſt. Jam. part.* 1. *pag.* 203. *Tab.* 129. *Fig.* 2. *& Cat. Pl. Jam. pag.* 87. Humilis haec planta inſtar Bellidis e terra propullulat, folia ad radicem arcte collecta gerens, glabra, viridia, tenuia, formam Bellidis perfecte referentia. Non ramoſa eſt haec planta, ſed pedunculos ad foliorum concurſum, aut centrum emittit longiſſimos rectos, in ſummo inſtar Umbellae explicatos, quibus flores inſident tetrapetali, quantum in ſiccata apparet, fulvi coloris ſeu Ochroleuci, qui clauſi, tumidi ſunt & oblongi, ſeſe aperientes crateriformes, aperti vero ſtellati, vaſcula ſeminalia dantes ſubrotunda, membranacea, ſeminibus nigerrimis, rotundis, minimis repleta. Alſines characterem habet *Linnaeus in char. gener. pl. pag.* 133.

ALTHAEA Zeylanica, aquatica DYAAEPALA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 65. convenit forte cum Alcea fruticoſa aquatica, folio cordato, ſcabro, flore pallide luteo. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 97.

Althaea Zeylanica incana, flore luteo parvo Abutili, foliis Ibiſci; ſeu Althaea Indica minor, ſeminibus furcatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 44. an Althaea Indica, Abutili ſubrotundo folio, flore luteo ſpicato? *Plukn. Phyt. Tab.* 74. *Fig.* 6. Malva Americana, folio Abutili, flore luteo ſpicato, foliis incanis. *Par. Bat. Pr. pag.* 349. Althaea flore luteo. *Sloan. Cat. Pl. Jam. pag.* 96. KAESURUBAEWILA. Zeylonenſibus a *Kaeſuru*, quod leonem, & *Baewila*, quod collum ſignificat.

Al-

Mollugo pentaphylla Linnæi.

ALSINE ramosa, procumbens, quadrifolia, ad radicem polyphylla. Nobis

ALSINE foliis ad radicem positis. Nobis.

ALTHAEA Indica, minor, ſemine furcato. *Muſ. Zeyl. pag.* 40. Althaea Zeylanica, rotundifolia, floſculis luteis parvis, folio Bellidis. *Muſ. Zeyl. pag.* 30. an Althaea fruteſcens, orbiculari fere folio, flore luteo, Indiae Orientalis ſemine roſtrato? *Plukn. Phyt. Tab.* 132. *Fig.* 2. HINANODA Zeylonenſibus.

ALTHAEA Zeylanica, minor, ſeminibus biſurcatis altera. *Muſ. Zeyl. pag.* 59. forte Malva minor, ſupina, Betonicae folio, flore coccineo, ſeminibus aſperis. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 96.

ALTHAEA Indica, minima, BAEWILA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 17. ubi habetur pro Alcea Pernambuccana, ſemine roſtro ſimplici donato, quae deſcripta reperitur apud *Moriſ. in hiſt. pl. Tom.* 2. *pag.* 528. & in *Muſ. Zeyl.* additur, quod folia gerat ſubrotunda, ſubtus glauca, flores vero hora meridiana aperiantur, matutina vero ſole oriente claudantur. Huc pertinet Malva erecta, minor, Carpini folio, flore luteo, ſeminibus ſingulis ſimplici aculeo longiore donatis. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 96. ubi vide reliqua.

ALTHAEA Indica, foliis oblongis, mollibus Betonicae forma, floſculis exiguis, racematim diſpoſitis. *Muſ. Zeyl. pag.* 30. Althaea ſpicata, Betonicae folio villoſo, ſpica breviore & latiore. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 97. Althaea Indica, floſculis parvis, folliculatim (forte faſciculatim) ramulis adfixis *Breyn. Prodr.* 1. *pag.* 2. Malva Americana, Carpini folio, floribus aureis parvis, faſciculatis. *Par. Bat. Pr. pag.* 350. *Plukn. Phyt. Tab.* 9. *Fig.* 5.
Althaeae hae minores *Hermanni* ad plantas hodie Malvindas dictas pertinent, quo a Syſthematicis ablegari poterunt, quum ipſis autem deſtituor plantis, nova illis imponere nomina arduum videbatur.

ALUPADHAWAEL. *Muſ. Zeyl. pag.* 50 & 60. ab *Alu* cinere, totus enim frutex, ut & fructus cinerei eſt coloris. *ibidem.*

AMARANTHOIDES Lychnidis folio, capitulis purpureis. *Tournef. inſt. pag.* 654. Amaranthoides Indicum monoſpermum foliis Ocymaſtri, capitulis purpureis. *Par. Bat. Pr. pag.* 309. & *Par. Bat. pag.* 14. Amarantho affinis, ſive Amaranthoides major, Indica, Ocymoidis folio & facie, flore globoſo purpureo. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 13. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 4. Amarantho affinis Indiae Orientalis, floribus conglomeratis,

meratis, Ocymoidis folio. *Breyn. Cent. pag.* 109. ubi elegans icon & deſcript. nec non in *H. Amſt. tom.* 1. *pag.* 85. Caraxeron Ocymaſtrifolium, capitulis majoribus purpureis. *Vaill. act. reg. Pariſ.* 1722. *pag.* 263. Amarantho affinis, Africanus, perennis. *H. Mauroc. pag.* 12. Gnaphalio affinis, Ocymaſtri folio, flore ex purpureo violaceo. *H. L. B. pag.* 294. Ptarmica Indica, hortenſis, capitulis globoſis, rigidis, interne purpureis. *Muſ. Zeyl. pag.* 8. Ptarmica Indica, hortenſis, incana, capitulis rigidis ſaturate coccineis, Amaranthinis. Amaranthus globoſus vulgo. *Muſ. Zeyl. pag.* 27, 59 & 62. Flos globoſus BONGA KNOP *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 8. *cap.* 72. ubi purpureus & albus deſcribitur. Wadapu. *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 37. WADAMBU Zeylonenſibus, id eſt, flos non marceſcens. *Fula Bouton* Malabaris.

Amaranthoides Indicum, nodiflorum, capitulis ex albo virideſcentibus. *Nobis. Tab.* 5. *Fig.* 2. Amaranthus Indicus, flore globoſo herbaceo. *Muſ. Zeyl. pag.* 33. Amaranthoides Indicum, globoſum, ad caulium nodos floridum, foliis ſolitariis ſummo apice barbatis. *Plukn. Phyt. Tab.* 133. *Fig.* 2. Serratula Zeylanica, erecta, folio oblongo. *Herb. Hert.* KATHUTAMPALA Zeylonenſibus.
Puſilla haec planta caule erigitur viridi, rotundo, cui folia alternatim adcreſcunt ſatis remota, ſolitaria, glabra, oblonga, in acutum apicem deſinentia, utrinque viridia. Floſculi caulibus ad foliorum ortum arctiſſime adfixi, ſeu ſeſſiles collocantur, in caput rotundum, ſeu ſphaericum collecti, paleacei, coloris ſtraminei, ſplendentis. Amaranthoidis character exhibetur a *Linnaeo, in char. pl. gen. pag.* 69. qui generi huic novum indidit nomen GOMPHRENA.

AMARANTUS ſpicatus, Zeylanicus, foliis obtuſis, Amaranto Siculo Boccone ſimilis. *Nobis. Tab.* 5. *Fig.* 3. Verbena Indica, ſpicata, foliis obtuſis, flore coeruleſcente. *Herb. Hert.* Verbena Indica, ſpicata foliis obtuſis. *Muſ. Zeyl. pag.* 1. Verbena Indica, obtuſis foliis, ſpica comoſa. *ibidem pag.* 20. ubi pro Verbena Indica Bontii, (quae apud eum *pag.* 150. exprimitur,) & Amaranto ſpicato Boccone habetur. Stachyarpagophora Bliti foliis rotundioribus. *Vaill. act. reg. Pariſ. ann.* 1722. *pag.* 279. qui & alteram habet Bliti foliis pubeſcentibus, ſubtus argenteis. Cadelari Sicula, Parietariae folio. *Petiv. act. Phil. Lond. ann.* 1713. *pag.* 181. Cadelari *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 78. qui eſt Amarantus ſpicatus, Coromandel. Bliti majoris crispato folio, radice perenni. *Plukn.*

Plukn. Mantiſſ. vide & ejus *Phyt. Tab.* 10. *Fig.* 4. & *Tab.* 260. *Fig.* 2. & *Almag. pag.* 26. KARALHAEBO Zeylonenſibus dicitur; de quo notatur in *Muſ. Zeyl. pag.* 20. quod ejus ſuccus cum Olei Seſami parte anatica ſumptus curet Dyſenteriam, quo cum Cadelari *H. Malab.* convenit. Puto autem hanc noſtram ab Amarantho Siculo Boccone differre, ut Cadelari & Scheru-Cadelari *H. Malab.* & hanc noſtram Cadelari, illam autem Boccone convenire cum Scheru-Cadelari; noſtrae enim folia ſunt ſubrotunda, & in majoribus ramis fere orbiculata, quum Amaranthi Boccone folia ſint acutiſſima, multoque minora, ut folium ſolitarium Tab. noſtrae quintae inſculptum oſtendit, & duas revera eſſe diverſas ſpecies, ex Pluknetio & Vaillant. pater. Caeterum flores utriusque plantae in acutiſſimam ſpicam collecti ſunt, & in reliquis conveniunt, ut ulterius ex deſcriptione *H. Malab.* conſtat.

Amarantus humilis, foliis oppoſitis, floſculis in alis conglomeratis. *Nobis. Tab.* 4. *Fig.* 2. An Amaranthoides Maderasp. foliis anguſtis ex adverſo binis, floribus ad nodos verticillatis. *Plukn. Phyt. Tab.* 132. *Fig.* 6? Polygonum Indicum minus, floſculis glomeratis albis. *Muſ. Zeyl. pag.* 14. Knauwel Zeylanica folio conjugato Linariae, floſculis in capitulum collectis. *Herb. Hert.* MUGHUNUWAENNA Zeylonenſibus, a *Mughuni* quod oculos piſcium denotat, quibus ſimiles ſunt hujus flores. *Waenna* notat illud, quod humi jacet, ac ſerpit, planta enim eſt humi repens, quae virtutis eſt refrigerantis, & ejus folia a Cinghalenſibus comeduntur loco Bliti, ut notatur in *Muſ. Zeyl. pag.* 14. *Ponnakani* Malabaris audit.
E radice fibroſa albicante provenit caulis brevis ad radicem ramoſus, quadrangularis, tenuis; cui folia adcreſcunt oppoſita, oblonga, anguſta, integra, utrinque viridia. Flores in capitulum ſunt congeſti, ſaepius oblongum, in alis foliorum ſeſſiles, albicantes, nitidi. Calix florum minimus eſt, quinquefidus; ſtamina quinque, piſtillum unicum, capſula ſeminalis fere orbiculata, emarginata, unilocularis, condens ſemen unicum ſubrotundum nitidum, ſplendens, unde verus eſt Amaranthus.

Amarantus Indicus minor, folio ſubrotundo. *Muſ. Zeyl. pag.* 1. An Amarantus verticillatus minor, Bengalenſis, Serpilli foliis incanis. *Plukn. Phyt. Tab.* 10. *Fig.* 3? vel potius Amaranthi genus puſillum ſubrotundis foliis Indianum. *Plukn. Amalth. pag.* 12.

AMARANTUS Zeylanicus, maximus, humilis KUMATHYA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 1.

AMARANTI ſpecies, foliis Halimi maritimi noſtratis. *Muſ. Zeyl. pag.* 8.

AMARANTUS Zeylanicus, ſpicatus, Salicis folio, flore carneo. *Hert. Catal. ſemin.* Amarantus Zeylanicus, Salicis folio, flore carneo. *Heiſter. Ind. plant. Hort. Acad. Juliae anni* 1730. *pag.* 3.

AMARANTUS ſpicatus, aureus, Zeylanicus. *Muſ. Zeyl. pag.* 30. Amarantus ſpicatus, aureus & igneus. *Boerh. Ind. H. L. B. part.* 2. *pag.* 98. Amaranthus aurea ſpica, & ignis verſicolore. *H. R. Par.* Amaranthus luteus, ſpicatus. *Weinman. Phytanthoz. no.* 84. *litt. b.*

AMARANTUS Indicus, anguſtifolius, ſpica rigida alba. *Muſ. Zeyl. pag.* 66. Amarantus ſpicatus, argenteus, Americanus. *Boerh. Ind. H. L. B. part.* 2. *pag.* 98. Amaranthus Linariae folio, ſpica argentea. *Weinmann. Phytanthoz: n.* 96. *litt. c.* Amarantus forte minor Indicus, folio Tripolii, flore ex aeneo & argenteo colore variegatus. *Amm. Char. pl. pag.* 155. *Breyn Prodr.* 1. *pag.* 3. KIRIHAENDA Zeylonenſibus, a *Kiri* quod lac notat & *Haenda*, quod cochlear.

AMARANTUS Indicus, ſpinoſus, ſpica herbacea. *H. L. B. pag.* 31. ubi deſcriptio & *pag.* 33. ejus Figura. Amaranthus Indicus ſpinoſus, ſpica herbacea monoſpermos, cauliculis viridantibus. *Par. Bat. Pr. pag.* 309. ubi & idem cauliculis rubentibus & ſpica purpuraſcente citatur, nec non a *Tournef. inſt. pag.* 236. Amarantus major, Ceylanicus, ſpinoſus, flore viridi. *Amm. Char. pl. pag.* 105. Atriplex paniculata, Indica, ſpinoſa. *Muſ. Zeyl. pag.* 62. Blitum ſpinoſum, Bajang Baduri. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 8. *cap.* 43. Blitum monoſpermum Indicum aculeatum, capſula rotunda, ſeu Amaranthus major, ſpinoſus, Zeylanicus, flore viridi. *Breyn Prodr.* 1. *pag.* 18. ubi & *pag.* 19. Atriplex ſpinoſa Zeylanica *D. Hermans* vocatur. Blitum Americanum ſpinoſum. *Ray hiſt. pl. pag.* 199. *Sutherl. Catal. pl. Edinb. pag.* 51. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 49. KATHUTAMPALA Zeylonenſibus, id eſt Amaranthus ſpinoſus, a *Kathu*, quod ſpinam notat, & *Pala*, quo omne genus Bliti & Amaranthi edulis a Cinghalenſibus ſignificatur.

AMYG-

Evolvulus alsinoides.



ANAGALLIS hirsuta, foliis solitariis alternis, floribus coeruleis &c.

AMYGDALUS amara Indorum, putamine fungoſo amicta, flore umbellato, nucibus ad unum florem plurimis SAMANDARA Bengalenſibus & COEMBURA Zeylanenſibus dicta. *Plukn. Mantiſſ. pag.* 12. Amygdalus amara fructu aggregato, cujus oſſiculum materia craſſa & fungoſa cum nucleo occultatur. *Plukn. Almag. pag.* 250. ubi pro Nagam *H. Malab. part.* 6. *Tab.* 21. habetur.

ANACARDIUM Occidentale *Cajous* dictum, oſſiculo reni leporis figura. *H. L. B. pag.* 30. Pomifera, ſeu potius Prunifera Indica, nuce reniformi, ſummo pomo innaſcente, *Cajous* dicta. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1649. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 187. qui plurima habet ſynonyma; ut & in *Hiſt. Jam. part.* 2. *pag.* 136. ubi Acaju arbor pomifera, fructu delectabili, rubro, nuce reflexa propendente, Anacardii ritu, *Surian* vocatur. Eleganter ſatis exprimitur etiam apud *Merian. inſect. Surinam. Tab.* 16. Cajous *Clus lib.* 1. *Aromat. cap.* 30. Caſſuvium Cadju *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 1. *cap.* 59. *app.* Acajou *Piſonis pag.* 58. & ejus *Mantiſſ. aromat. pag.* 193. Cajus *Acoſtae* edit Venet. *pag.* 246. ubi Figura. Anacardus Zeylanica, folio Nucis Juglandis *Cajous* vulgo. *Muſ. Zeyl. pag.* 55. Acajous, ſive Anacardii altera ſpecies *Herb. Hert.* quae quum in omnibus conveniat cum Kapa-Mava. *H. Malab. part.* 3. *Tab.* 54. ubi bene deſcripta & expreſſa eſt, Figuram nec deſcriptionem damus. Reliqua ejus ſynonyma & uſum fructus vide apud *Samuel. Dale. Pharmac. pag.* 406. Characterem vero apud *Linnaeum Char. pl. gen. pag.* 129. KAGHU Zeylonice audit.

ANAGALLIS Zeylanica, minor, procumbens, *D. Hermans.* MUGUMIWENNA Zeylonenſibus. apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 496.

ANAGALLIS Zeylanica, aquatica, foliis longis & anguſtis. *Muſ. Zeyl. pag.* 36.

ANAGALLIS hirſuta, foliis ſolitariis alternis, floribus coeruleis, petiolo articulato inſidentibus. *Nobis. Tab.* 9. Anagallis Zeylanica major, flore coeruleo. *Herb Hert.* Simili nomine invenio Anagallidis ſpeciem citatam apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 496. quae inſcripta eſt. Anagallis flore coeruleo major, Luſitanica *Grislei. D. Hermans.* quae cum noſtra eadem videtur. Noſtrae plantae Figura, ſed imperfecta, occurrit apud *Plukn. in Phyt. Tab.* 9. *Fig.* 1. quae etiam non recte inſcribitur; vocatur

tur enim Alſines facie Myoſotis Bisnagarica fruteſcens, floſculis pallide flaveſcentibus. primo floſculi ibi expreſſi nihil minus, quam Alſinis aut Myoſotidis ſpeciem referunt, Convolvuli enim ſunt: ſecundo planta eſt humillima, vix ſpithamum alta, nec cauleſcens, unde ergo denominatio fruteſcentis? Tertio additur floſculi quidem ut Anagallidis (quod in Figura minime conſpicitur) non tamen coerulei; an ergo ſi eſſent coerulei, color characterem Anagallidis daret? Ita ut nihil certi de iis poſſimus concludere. Veram itaque & meliorem hujus plantae hic dabimus figuram & deſcriptionem. Quae radice oritur firma, longa, craſſiuſcula, cinerea, multas fibras emittente, quae paulo ſupra terram varios dat ramos cauliculis & foliolis hirſutiſſimis inſtructos: folia autem alterne locantur, pedunculis breviſſimis caulibus adfixa, ſeſſilia fere, ſubrotunda, ab utraque parte valde piloſa, ſuperiore viridia, inferiore cinerea, per ejus dorſum nervo, qui pedunculi breviſſimi continuatio eſt, ad ſummum excurrente: Ex alis vero foliorum proveniunt flores longiſſimis, ſed tenuiſſimis pedunculis inſidentes; pedunculus autem in medio duo foliola, caliculum haud male referentia habet, ubi facile frangitur, & ex quorum foliolorum juncturis alter quaſi pediculus per articulationem oritur. Flores ſunt quadrifidi, in quatuor ſegmenta diviſi, in quorum medio quatuor ſtamina apices flavos oblongos habentia eriguntur, calice longo, hirſuto, quadrifariam profunde diſſecto, contenti, coerulei, ut Anagallidis Monelli, Vaſculum ſeminale eſt ſphaericum, membranaceum, ſemina nigricantia, triangula continens plurima.

ANANAS ſylveſtris, arboreſcens Acoſtae. *Muſ. Zeyl. pag.* 55. Ananas bravo *Acoſtae edit. Ital.* in *quart. pag.* 265. ubi Figura & apud *Clus cap.* 45. Ananas ſylveſtris folio Aloes, fructu cupreſſino. *J. B. tom.* 3. *pag.* 96. *Commel. Fl. Malab. pag.* 5. *Plukn. Amalth. pag.* 13. ubi plura ſynonyma, & in *Almag. pag.* 277. Palmae affinis arbor conifera Maſcatenſis, longiſſimo folio tribus ordinibus ſpinarum munito, vocatur. Frutex Indicus fructu aggregato conoide KAIDA dictus. *Ray Hiſt. pl. pag.* 1442. Kaida Taddi. *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 1. Nana Brava *Marcgrav. pag.* 33. Pandanus verus, Pandang. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 6. *cap.* 80. qui plurimas hujus habet ſpecies. WAETHAKEIYA Zeylonenſibus, hujus generis character optime exprimitur a *Linnaeo* in *Char. gen. pl. pag.* 99. ad BROMELIAM.

AN-

ANGUINA Zeylanica, minor, fructu parvo, subrotundo, acuminato. *D. Tilly.* quo nomine a doctissimo illo Botanico praeterito anno transmissum fuit semen, quod vix e terra ortum nescio quo casu interierit.

ANONA sylvestris *Mus. Zeyl. pag.* 59. Anona *H. Amst. tom.* 1. *pag.* 133. novem Anonae species descriptas vide apud *Ray tom.* 3. *pag.* 76, 77. & *sequent. in dendrol.* an Anona Manoa *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 1. *cap.* 39? ALUGHAS haec nostra Zeylonensibus dicitur, cujus radice utuntur tinctores ad rubellum colorem conficiendum.

ANONA fructu virescente. *Mus. Zeyl pag.* 62. Anona Indica, pomo viridi. *Par. Bat. Pr. pag.* 312. & *Comm. Fl. Malab. p.* 5. Anona Indica, fructu conoide, viridi, squamis veluti aculeato. *Plukn. Phyt. Tab.* 135. *Fig.* 2. & *Almag. pag.* 32. ubi variae proponuntur species, nec non apud *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 203. ubi Anona maxima, foliis latis, splendentibus, fructu maximo, viridi, conoide, tuberculis seu spinulis innocuis aspero, cum hac maxime convenit. quae in *Hist. Jam. part.* 2. *pag.* 166. *Tab.* 225. exhibetur. Anona tuberosa, Manoa Papannatis *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 1. *cap.* 4. cujus fructus est viridis, squamosus. ANON incolis dicitur.

ANONA fructu rubicundissimo. *Mus. Zeyl. pag.* 68. Anona forte foliis subtus ferrugineis, fructu rotundo, majore, laevi, purpureo, semine nigro, partim rugoso, partim glabro. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 206. & *Hist. Jam. part.* 2. *pag.* 170. *Tab.* 229. Cainito folio subtus aureo, fructu maliformi. *Plum. nov. pl. gener. pag.* 10. Guanabanus fructu purpureo. *Plum. Cat. pl. Amer. p.* 43. Chrysodendros Americana *Plukn. Almag. p.* 42. &c. Anonae character describitur a *Linnaeo in Char. pl. gen. pag.* 158.

ANONIS Asiatica, fruteseens, floribus luteis, amplis. *Tournef. inst. pag.* 409. & *Herb. Hert.* Crotalaria Asiatica, fruteseens, floribus luteis, amplis, trifolia. *H. L. B. pag.* 197. ubi icon & descriptio. Laburnum Zeylanicum, floribus ex luteo & rubro variegatis, siliquis bullatis, *Breyn. Prodr.* 1. *pag.* 40. Ononis natrix dicta, fruteseens, Zeylanica, Laburni folio, flore luteo, spicato, amplo. *Ejusdem Prodr.* 2. *pag.* 78. Crotalariae trifoliatae species. *Mus. Zeyl. pag.* 24.

Cytiſus Zeylanicus, folio Laburni, Ammanni apud *Ray. tom.* 2. *pag.* 1893. Nella-Tandale-Cotti. *H. Malab. part.* 9. *Tab.* 27. ubi in notis Geniſta trifolia, Malabarica, floribus luteis amplis, ſiliquis bullatis. *pag.* 49. vocatur. Vide & *Fl. Malab. pag.* 33. JACBERYA Zeylonice audit. reliquas hujus ſpecies ad *Crotalarias* infra vide deſcriptas.

ANTISDESMA ſpicis geminis. *Nobis. Tab.* 10. Berberi dumetorum baccas ſimiles ferens arbor. *Herb. Herm.* Berberis fructu arbor baccifera, racemoſa, foliis integris, acuminatis, fructu rotundo, monopyreno. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 170. Cum hac convenit, ut & Nuli-Tali. *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 56. quae Berberis Indica, Aurantii folio ibidem vocatur.

Arboris noſtrae lignum eſt firmum, & ſolidum, cortice cinereo obductum, ex trunco multos emittens ramos, quibus folia adcreſcunt ſolitaria, alterna, ſubrotunda, acuminata, integra, glabra, obſcure viridia & ſplendentia, mire & eleganter cancellata: Flores gerit in ſummitate ramorum ſpicatos, ex duabus inprimis ſpicis tenuibus, communi pedunculo provenientibus cöalitos, qui ſpicae arcte adcreſcunt, & exigui admodum ſunt, quorum calix quinquefolius, minimus eſt, ſtamina habentes tria, calice longiora, apicibus ex duobus veluti globulis compoſitis, poſt quos baccae ſequuntur Berberi dumetorum ſimiles, cylindricae, a quo floribus maxime differt, unde ſingulare genus conſtituimus Antidesmae, ab ἀντὶ *contra* & δέσμα *venenum*, quia contra morſus ſerpentis venenatiſſimi Colubrade Capello dicti, ſpecificum eſt. Berberidis autem character occurrit apud *Linnaeum in Char. pl. gen. pag.* 94.

ANTIRRHINUM humile, anguſtifolium, floſculo gemello, ex alis foliorum producto. *Nobis. Tab.* 11. Antirrhinum Zeylanicum, ſylveſtre, floſculo rubello, eleganti. *Herb. Hert.* Antirrhinum minus. *Muſ. Zeyl. pag.* 4. Antirrhinum Indicum, purpureum, puſillum. *Muſ. Zeyl. pag.* 47.

Puſilla licet haec & ſylveſtris, elegans tamen Antirrhini eſt ſpecies, quae ramoſa admodum eſt, ex radice cinerea, fibroſa, longa, proveniens, variis ramificationibus ſeſe diſpergens, folia gerit caulibus ad nodos quaſi collecta, ſemiuncialia, bina oppoſita, ſeu inſtar Perfoliatorum folia caulem arctiſſime ambiunt, & quaſi ex eo prorumpunt, ſeſſilia penitus, ad quorum connexum floſculi bini ut plurimum, in initio

Antidesma Alexiteria L. Gelderländsche Hagebaum.

ANTIDESMA *spicis geminis. Nobis.*



ANTIRRHINUM humile, angustifolium flosculo gemello, ex alis foliorum producto. Nobis.

Nr. 1. Apocynum fruteſcens. L. Fig. Nerium Zeylanicum. L.

Pag. 23. Tab. 12.

Fig. 1.

Fig. 2.

APOCYNUM floſculis faſciculatis. Nobis. APOCYNUM arboreſcens, Nerii flore, minus. Nobis.

initio communi pedunculo, dein gemino ſuffulti progrediuntur, in oppoſita autem parte plerumque ramulus florifer oritur, quatuor, ſex, prout major, vel minor eſt, foliis conſtans, in cujus ſummo floſculi parvi, perſonati, monopetali, bilabiati, labio ſuperiore bifido, inferiore trifido locantur, coloris rubelli, calice caduco aut facile marceſcente contenti, in fructibus enim nullum hujus veſtigium relictum eſt: Fructus autem eſt oblongus, anguloſus, in ſummo quatuor cornicula gerens, in duos loculos perpendiculariter fiſſus, unde biloculáris eſt, & repletus ſeminibus minutiſſimis, rotundulis, nigerrimis.

APOCYNUM floſculis faſciculatis. *Nobis. Tab.* 12. *Fig.* 1. Apocynum Zeylanicum, fruticoſum, mite, *Muſ. Zeyl. pag.* 71. & *Herb. Hert.* Apocyni facie fruticeſcens, Zeylanica. *Ray. tom.* 3. *pag.* 538. huc ſpectat Apocynum fruticoſum, folio oblongo, acuminato, floribus racemoſis. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 89. & *hiſt. Jam. tom.* 1. *pag.* 18. *Tab.* 4. *Fig.* 2. KIRIWAEL Zeylonenſibus dicitur a *Kiri* quod lac notat, tota enim planta lacteſcit, ut notatur in *Muſ. Zeyl. pag.* 71. unde & Pſeudo-Apocynum arboreſcens, erectum, non lanigerum, lacte dulci praegnans, obtuſis integris foliis, Zeylanicum, KIRINDIWALL *Hermanni* vocatur apud *Moris. tom.* 3. *pag.* 612. KIRIDIWAEL autem in *Muſ. Zeyl. pag.* 10. ubi additur. Arbor eſt foliis conjugatis, ſplendentibus, floribus parvis ſpicatis; pronunciatur *Kirindiwael.* De hac vide notas ad. *H. Malab. part.* 1. *pag.* 84. Mangle Zeylanica, folio lucido venoſo, in acumen producto, KIRINDIWAEL Zeylonenſibus D. Herman apud *Ray tom.* 3. *dendrol. pag.* 116. Mangle Zeylanica foliis acuminatis, pulchre venoſis. *Petiv. hort. ſicc.* apud *Ray. tom.* 3. *append. pag.* 246.

Variis hiſce nominibus propoſita haec arbuſcula caules gerit lignoſos, glabros, fuſcos, quibus folia adcreſcunt, brevi innixa pediculo, bina ſibi invicem oppoſita, oblonga, acuta, lata, glabra, venoſa, parte ſuperiore ſaturate viridia, inferiore palleſcentia, emittens ex foliorum alis longiſſimos pedunculos, quibus flores brevioribus pediculis faſciculatim adcreſcunt, in parvis quaſi faſciculis collectos, vario modo per illos diſperſos, floſculi autem ſunt oblongi, tubulati, quinquefidi, calicibus ſuis oblongis, quinquefidis contenti, coloris purpurei. Fructum non vidimus.

APOCYNUM arboreſcens, Nerii flore, minus. *Nobis. Tab.* 12. *Fig.* 2.

Apocy-

Apocynum Zeylanicum arboreſcens, Caryophylli, ſeu Armenii flore minus. *Herb. Herm.* Nerium lacteſcens, Myrti Laureae folio rugoſo. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 76. Apocynum Zeylanicum Jasmini flore Hermanni. *ibidem.* Apocynum minus vocatur reſpectu aliorum hujus generis, quae infra ad *Neria* propoſita inveniuntur, hoc autem juxta *Hermannum* hic deſcripſimus, licet *Nerii* vera habenda ſit ſpecies. Reliquis tenerius & multo minus eſt, folia enim hujus ſunt triplo fere minora, quam in aliis, quae ſunt oblonga, acuminata, Myrthi aemula, viridia utrinque. Flores gerit in ſummitate ramulorum tubuloſos, pentapetaloides, decem ſtaminibus gaudentes, calice rotato, quinquefariam diviſo, contentos, poſt quos ſiliquae ſolitariae, anguſtae, erectae, minimae videntur oriri, ut in figura noſtra, in qua poſt lapſum florem ſiliquae rudimentum apparet, exprimitur. Caules hujus fruticis ſunt rotundi, nigricantes ſeu obſcure purpurei, glabri, erecti, ad genicula, e quibus folia proveniunt, protuberantes. In reliquis caeterum cum infra expreſſis *Neriis* haec convenit.

Apocynum Indicum, Aſclepiadis facie, eſculentum. *Muſ. Zeyl. pag.* 17. KIRIAGHUNA Zeylonenſibus, a *Kiri* lac, & *Ghuna* ſpecies. quaſi diceres, ſpecies certa lactis. Herba lacteſcit, & in defectu lactis vaccini aut alterius ſubſtituitur hoc lac; folia quoque concoquuntur cum cibis, in quibus lacte opus eſt, ut annotatur in *Muſ. Zeyl.* unde ſuſpicor, quod vera ſit *Aſclepiadis* aut *Vincetoxici* ſpecies, ſi enim in aliis Apocyni ſpeciebus, lac ſuum praebentibus, hoc inſtitui vellet, peſſimum certe ſortiretur eventum, quum omnes ſint venenatiſſimae, ut odore ipſo viroſo facile detegitur.

Apocynum Indicum, repens, folio ad baſin auriculato. *Muſ. Zeyl. pag.* 44. WAELKAPPU & KIRIANGHURA Zeylonenſibus.

Apocynum Indicum, maximum, floribus amplis, Janthinis, obſoletis, Beideloſſar Alpini, Ericu *H. Malab. Muſ. Zeyl. pag.* 34. Apocynum Beideloſſar. *ibidem. pag.* 27. Apocynum erectum, incanum, latifolium, Malabaricum, floribus ex albo ſuave purpuraſcentibus. *Par. Bat. pag.* 28. Apocynum latifolium, Ægyptium, incanum, erectum, floribus magnis, pallide violaceis. *Par. Bat. Pr. pag.* 313. Apocynum erectum, latifolium, incanum, Zeylanicum, maximum, floribus maximis, purpuraſcentibus. *Hort. Catal. ſemin.* Apocynum erectum, majus,

majus, latifolium, Indicum, flore concavo amplo, carneo-ſuave-purpuraſcente. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 14. *Commel. Fl. Malab. p.* 5. *Plukn. Almag. pag.* 35. & *Moriſ. tom.* 3. *pag.* 609. Ericu *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 31. *Plukn. Phyt. Tab.* 175. *Fig.* 3. *Petiv. act. Philoſoph. Lond. vol.* 22. *no.* 271. *pl.* 150. Eleganter etiam haec exprimitur in *Sebae rerum natur. theſ. part.* 1. *Tab.* 26. *Fig.* 1. Ericu Americana ibidem dicta. WARA & WARAGHAHA Zeylonenſibus.

Apocynum Indicum, ſylveſtre, inodorum, ſiliquoſum, ſeminibus pappoſis, floribus albis, amplis. *Muſ. Zeyl. pag.* 47. Apocynum erectum, incanum, latifolium, Malabaricum, floribus omnino albis. *Par. Bat. pag.* 29. Apocynum majus, Syriacum, caule viridi, flore ex albido. *Pr. Par. pag.* 139. *Commel. Fl. Malab. p.* 6. Belericu *H. Malab. part.* 2. *pag.* 56. vide & *Ray. tom.* 3. *pag.* 532. IDDA Zeylonenſibus.

Apocynum Indicum, minus Nummulariae folio. *Breyn. Ephem. Germ. ann.* 4 & 5. *obſer.* 138. & apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 533. de quo vide *Par. Bat. pag.* 38. Apocynum ſcandens, Africanum, Convolvuli minoris folio, & caule hirſutis. *Plukn. Almag. pag.* 37. & *Phyt. Tab.* 137. *Fig.* 4. *Breynii* autem Figura melior eſt.

ARBOR JURIGHAS dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 5. ubi additur, hujus materies fortis ac dura, apta eſt ad aedes exſtruendas.

Arbor Indica, amara, nucleis Amygdali facie, *Katappas* Luſitanis, SAMANDARA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 5.

Arbor BIMMILILA Zeylonenſibus. *Pau de Milile* Luſitanis. *Muſ. Zeyl. pag.* 5. Optimum ligni genus eſt ad fabricandum. dicitur a *Bim* quod humum notat, & *Milila* quod arborem praegrandem.

Arbor NAGHAS ſeu Ferrea dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 7. NAGHAHA etiam vocatur, hoc eſt arbor ferrea; Ferrea enim duritie eſt hujus arboris materies, unde a Belgis YSERHOUT, a Luſitanis *Pao Ferreo* nuncupatur. Floribus eſt roſaceis, candidis, odore moſchato, grato; qui flores odoris gratia inter alios odoratos collo geſtantur a Myſticis. Folia ſunt bina, oppoſita, longa, octo vel duodecim digitos lata, ſubtus argentea; flores proveniunt ex alis foliorum cum ſquammoſo globulo, pediculo brevi. *Muſ. Zeyl.*

Arbor ſarmentoſa, fabifera, KALAWAEL & WALLOURODU incolis dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 8. 21 & 24. ubi dicitur, folia habet conjugata, terna, quina, flores papilionaceos; ramis loco funium commodiſſime utuntur; hujus ſuccus epotus inebriat, aquae infuſus piſces itidem ebrios reddit, illosque allicit, ut manibus capiantur, interdum ipſos etiam enecat: quod idem de Coculi fructibus verum eſt, & expertus ſum. in *Muſ. Zeyl. pag.* 24. vocatur & *Pike de Buſchio.*

Arbor BOBU dicta, *Muſ. Zeyl. pag.* 9. Bombu arbor Zeylanica, cujus folia tinctoribus inſerviunt, *Petiv. Muſ.* 39. Foliis eſt ſerratis, floribus ſpicis parvis ad exortum foliorum provenientibus. Pronunciatur *Bombu* & *Bohum.*

Arbor Malabarica ILLA dicta, cujus cortice veſcuntur Indi, defectu foliorum Beteles. *Muſ. Zeyl. pag.* 11.

Arbor ſtercoraria, Zeylanica, glandifera, MAELLAHOLA dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 13. ubi additur, foliis utuntur Cinghalenſes in acetariis, quemadmodum Europaei Lactucâ.

Arbor GHAEDUBA dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 14. ubi dicitur, ex hujus arboris ligno fiunt carbones, ex quibus conficitur pulvis pyrius. GHAEDUMBA pronunciatur, & dicitur a glutine, quod corticis ſuccus ſit viſcoſus ac glutinoſus. Mulierculae praegnantes utuntur hoc ſucco ad ſanandos nodos mammarum, earumque dolores. *ibidem.*

Arbor Zeylanica, foliis ſubrotundis, crenatis WAELMINDI dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 18 & 33. ubi notatur, quod ſit arbor foliis Zinyphi alternis, ſed rotundioribus & latioribus, ex alis foliorum producens baccas inſtar Uvae, ſeminibus intus magnis. *Mindi* denotat uvas. Puto autem hanc Sambuci ſylveſtris ſpeciem eſſe, quum inter ſambucos infra propoſitos quaedam ſpecies etiam ſit, quae MINDI vocatur. *Wael* ſylveſtre notat & ſarmentoſum.

Arbor WAELMENDYA & MAENDYA dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 3, 5, 13 & 27. ſic dicitur, quia ad arcus conficiendos commodam praebet materiam. a Luſitanis vocatur *Jacka de Mato.* fructus enim hujus edulis eſt. MENDYAE variae ſunt ſpecies & denominationes, ut patet ex *Muſ. Zeyl. pag.* 13, 17 & 19. Prioris haec forte ſpecies, ni eadem.

Arbor

ARBOR Zeylanica, Cuminum redolens, ANKAENDA dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 23. ubi additur. Baccae arboris Cuminum redolent, fundentes Oleum Cumini ſpirituoſum. *An* denotat corium vaccinum. KAENDA filum ferreum. Materies hujus arboris apud Cinghalenſes familiariſſima eſt ad conficienda ſcamna, aliaque.

ARBOR Zeylanica, floribus odoratis, faciem humanam quodammodo referentibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 39. Arbor Zeylanica, floribus odoratis, humana facie. *ibidem. pag.* 23. MUNAMAL & MUNCHUNAMAL Zeylonenſibus. a *Muna* quod faciem humanam notat, quam quodammodo referunt. Flores gratioſum ſpirant odorem, & a mulierculis coronae in modum collo ac capite geſtantur, ut notatur in *Muſ. Zeyl.* MANUMAL Cinghalenſium in *act. Phil. Lond. vol.* 22. *no.* 271. *pl.* 125. jungitur cum Elengi *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 20. ſed cujus flores nihil minus quam faciem humanam repraeſentant.

AN ARBOR Gummi guttam fundens, GAETHAGHORAKA Zeylonenſibus dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 23.

ARBOR Indica *Gummi Guttam* fundens, fructu dulci, rotundo, Ceraſi magnitudine, CARCAPULI Acoſtae. *Muſ. Zeyl. pag.* 26. ubi dicitur Carcapuli Acoſtae, & Linſchoti differunt flore & fructu, reliquis conveniunt, ex utraque enim fluit Gummi Gambe &c. De his vide *Ray. tom.* 2. *pag.* 1661. & notas ad *H. Malab. part.* 1. *pag.* 42. & *Amm. Char. pl. pag.* 393. CARCAPULI figura proſtat *pag.* 274. apud *Acoſt. edit. Venet. in quarto,* & in editione a Cluſio interpretata ſecunda *pag.* 296 & 297. in 8vo. deſcribitur. ut & apud *Cluſ. cap.* 46. cum qua convenit Arbor Cambodienſis Guttam Gambi fundens ex dicteriis Cl. Hermanni apud *Plukn. Almag. pag.* 41. & Carcapuli forte Linſchotani fructu dulci, rotundo, Ceraſi magnitudine KANNA-GHORAKA, id eſt Ghoraka dulcis Cinghalenſibus dicta. in *Mantiſſ. pag.* 20. ubi additur, quod *Caspar. Bauh. in Pinac.:* cum Carcapuli Acoſtae, fructu Mali aureae aemulo perperam confuderit; ut patet ex notis ad *H. Malab. part.* 1. *pag.* 42. de qua vide *Samuel. Dale Pharmac. pag.* 438. ad CAMBOGIUM *officin.* & notas ad *Merian. inſect. Surin. pag.* 20. ut & *Commel. Fl. Malab. pag.* 6. ubi Arbor Indica, quae Gummi Guttam fundit, fructu acido ſulcato, aureo, mali magnitudine vocatur. vide & ad CAMBOGIUM. *p.* 17 Gummi Gutta, quae ab incolis

KANNAKURKA vocatur. *Grimm. laborat. Ceyl. pag.* 105. ubi ſic deſcribitur. Arbor iſta creſcit in Territorio civitatis *Columbo.* jucundiſſima eſt, mediocriter alta. Folia habet rotunda, viridia, atque pinguia; Fructum profert, qui non multum diſtat a Morella quoad magnitudinem, atque continet in ſe quatuor tenuia ſemina in quodam dulci ſucco, qui cum luteis venulis intermixtus eſt, qui edules ſunt &c. Dum cortex hujus arboris percutitur, luteus ille ſuccus copioſe defluit, ſeque ipſum pedetentim condenſat, & maturitatem ſuam a ſole & aëre conſequitur, & tunc lubricus, atque gummoſus apparet; & non ſecus ac alia vulgaria operatur, &c. Unde vomitoria & purgantia in Hydropicis ſummi uſus a *Grimmio* compoſita, ibi porro proponuntur. Variis gaudet haec arbor apud incolas nominibus, ut patet ex *Muſ. Zeyl. pag.* 26. ubi KANNAWAKORAKA. KAEPNAYKORAKA. GHOKATHU, GHORAKA & KANNAKORAKA vocatur.

Arbor KAEKURIAGHAHA odorata, ex qua fluit *Gumm. Elemi. Muſ. Zeyl. pag.* 52. huc pertinet *Paeru H. Malab. part.* 4. *Tab.* 15. ubi *pag.* 35. vide notas. Prunifera, forte Fago ſimilis arbor, *Gumni Elemi* fundens, figura & magnitudine olivae ex inſula Barbadenſi. *Plukn. Phyt. Tab.* 217. *Fig.* 4. Arbor, quae nobis *Gummi Elemi* exhibet, KAKUNA-GHAHA incolis dicta. GRIMM. *labor. Ceyl. pag.* 108. ubi haec habet: Tantum Gummi nobis praebet haec arbor, quantum neceſſitas noſtra poſtulat. Maximi uſus eſt in Chirurgia, quoad Emplaſtra, Unguenta, & Linimenta. Cortex iſtius arboris multum pinguedinis habet, & valde terebinthinus eſt quoad odorem. Decoctus autem in oleo communi optimum praebet Balſamum ad ulcera carnoſa & ad Linimenta. Conditur etiam, ut Emplaſtris immiſceatur ad contuſiones, fracturas, dislocationes & plures alias infirmitates. *Grimm.*

Arbor Zeylanica ITTA dicta, reſinam *Terebinthinae* ſimilem fundens. *Muſ. Zeyl. pag.* 50. vocatur etiam ITTAWAEL. *ibidem.*

Arbor baccifera, aromatica, Zeylanica PEROMALLA dicta. *Muſ. Petiv. no.* 36.

Arbor Zeylanica, ſylveſtris, odore Rorismarini KARAPIDSCHA dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 50 & 61.

Arbor

Arbor MINDAELA & SAMMATRAPALAM incolis dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 24. Folia habet maxima, fructus dependent pedales, fert glandes. *ibidem.*

Arbor foliis Androſaemi latioribus, plurimas baccas in ſummitate ramulorum ferens. *Muſ. Zeyl. pag.* 24.

Arbor foliis craſſis, ſubrotundis, capſula Euonymi. *Muſ. Zeyl. pag.* 25.

Arbor foliis latis, ſubrotundis, venoſis, ſubtus glaucis, ſpicis longis. *Muſ. Zeyl. pag.* 27.

Arbor foliis rotundis, ſubtus incanis, trinerviis, floſculis parvis ad foliorum exortum. *Muſ. Zeyl. pag.* 31.

Arbor Zeylanica, ſpinoſa, foliis tribus nervis notatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 36.

Arbor Zeylanica, folio Caryophylli barbati. *Muſ. Zeyl. pag.* 35. Flores ſunt in ſummitatibus Origani Virginiani inſtar, aut Valerianae Indicae.

Arbor Zeylanica MANIGLIA dicta, latifolia. *Muſ. Zeyl. pag.* 35.

Arbor Zeylanica MANIGLIA dicta, anguſtifolia. *ibidem.*

Arbor procera, cujus fructus edules ab incolis KATILIPPU vocantur. *Muſ. Zeyl. pag.* 39.

Arbor KODALIMURISCHA dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 39. ubi additur, arboris hujus materies tanta eſt duritie, ut vix ferrum admittat, quod & ejus nomen notat, id eſt ferrum frangens.

Arbor Zeylanica, religioſa, foliis perpetuo mobilibus. Arbor Daemonum Belgis. *Muſ. Zeyl. pag.* 42. BOGHAS, BUDUGHAHA & BUDUGHAS incolis dicitur. *Buddu* nomen eſt illius Prophetae, qui primus ſub hujus arboris grata umbra docuit Cinghalos, unde & hodie hanc arborem venerantur celebrando ſua ſacrificia in altari ſub hac arbore exſtructo. *Muſ. Zeyl.*

Arbor exitioſa, marina, lacteſcens, Indica, TAKKADA vocata, fructu ceraſi magnitudine, incarnato, ſtriato, Bellamodagam. *H. Ma-*

lab. Muſ. Zeyl. pag. 45. Takkada frutex Zeylonenſium, forte Bellamodagam *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 59. apud *Plukn. Almag. pag.* 361. Prunifera Indica, fructu umbilicato, ſulcato, Groſſulariae ſimili. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1481. vide & *Amm. Char. plant. pag.* 290. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 56.

ARBOR Indica, Anagyridis effigie, antifebrilis, ÆHAELA dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 48.

ARBOR Zeylanica, fructu acidulo GODHAPARA dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 49. ubi additur; Cinghali loco ſaponis utuntur ejus ſucco.

ARBOR DANGHA dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 50. ubi notatur, quod hujus fructus, dum adhuc tenelli ſunt, comedantur loco foliorum Beteles.

ARBOR TALANGHAHA dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 49. ubi haec ſequuntur. Ex hoc ligno fiunt trabes convexae, ſeu rates, cum quibus flumina & mare tranſcurrere conantur Cinghali. TALANGHAHA hoc eſt arbor TALAN. *Talana* notat trabem.

ARBOR MAKULU & MAKULUGHAHA dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 50. ubi notatur, quod fructus comeſti ebrietatem inducant, & avide devorentur a piſcibus *Lellu* & *Pethijo* dictis, alias ſatis delicatus. Eo vero tempore, quo fructus *Makuli* matureſcunt, tales piſces nequaquam comeduntur ob vomitus, aliaque ſymptomata, quae ab eſu horum piſcium cauſantur. *Makulu* notat cinerem, quo fructus maturi ſunt adſperſi; alias nomine *Makuli* venit Tabaxir in arundine ſpinoſa, Indica, arboreſcente, KUA dicta. *Muſ. Zeyl.*

ARBOR Fraxini folio, flore albo, WALKOHOMBA dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 55.

ARBOR Malabarica, floſculis Jasmini odore & forma, FOGLIO BURDOS vocatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 55.

ARBOR ex Malabara, fructu, Caryophylli effigie, inodoro. *Muſ. Zeyl. pag.* 57.

ARBOR Zeylanica, fructibus niveis, dulcibus, ovis formicarum ſimilibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 64.

ARBOR

Arbor procera HAPUGHAHA dicta, floribus oblongis, luteis, odoratis. *Champacca* Malabaris, *Pau Fule* Lusitanis. *Mus. Zeyl. pag.* 64. Tsjampacca Indorum, sive arbor Uvifera Indica, foliis Lauri Americanae. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 101. Uvifera arbor Orientalis folio oblongo. *Par. Bat. Pr. pag.* 385. *Commel. Fl. Malab. pag.* 70. Flos Indicus CHAMPACEA dictus. *Bontii. lib.* 6. *cap.* 45. *pag.* 190. *Commel. Fl. Malab. p.* 29. Sampacca, Tsjampacca, Bonga Sjampacca. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 3. *cap.* 21. ubi sylvestris, montana, & alba describuntur. Champacca Philippens. flore ac fructu stellato. *Petiv. Gazoph. Tab.* 24. *Fig.* 1. Champacae descriptio prostat in *Ray tom.* 3. *append.* Inter plantas a Camello observatas *pag.* 83. *no.* 2. vide & *Amm. H. Bosian. pag.* 38. qui eam pro Champaca *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 19. habet. Ex floribus hujus arboris aqua destillatur odorata, Lignum inservit vaginis conficiendis. *Mus. Zeyl. pag.* 64.

Arbor HINKINDAMAL dicta. *Mus. Zeyl. pag.* 64. dicunt arborem hanc emori, si homines vilioris sortis flores ejus decerpant.

Arbor trifoliata WALUNDUGHAHA dicta. *Mus. Zeyl. pag.* 67.

Arbor Solis, Indica, foliis orbiculatis BATHAENDA dicta. *Mus. Zeyl. pag.* 68. *Bat* Oryzam denotat. *Haenda* cochlear, folia enim Cinghalensibus inserviunt pro orbe seu cochleari, ex quo Oryzam coctam comedunt. *Mus. Zeyl.*

Arbor Zeylanica, Cotini foliis subtus lanugine villosis, floribus albis, Cuculi modo laciniatis. *Plukn. Phyt. Tab.* 241. *Fig.* 4. ejus descriptio habetur apud *Ray tom.* 3. *pag.* 124. *Dendrol.*

Arbor BOLANGA dicta. *Grimm. labor. Ceyl. pag.* 85. ubi sic describitur: Ingens arbor est, rotundos fructus ferens cum duro putamine; intus continet acidulum liquorem, vel pulpam seminibus plenam. &c. Unde Rob fit in fluxibus ventris optimum. Quippe quod refrigerat, & optime viscera laxata corroborat. Folia hujus arboris sunt balsamica, & convenientissima pro infusionibus & Clysteribus ad ventris fluxus. Nascitur adhuc ex hac arbore gummi, quod easdem virtutes habet ac Gummi Arabicum. Vide infra *Cydonia.*

Arbor

ARBOR triſtis. *Grimm. labor. Ceyl. pag.* 116. ubi haec habet: Ipſius flores aquam nobis praebent valde odoriferam, quae Cordialis, & refrigerans eſt, atque oculorum inflammationibus optime prodeſt. Arboro Triſto *Acoſtae* in *edit. Italic. pag.* 168. Figura exhibetur cum deſcriptione, quae a *Pluknetio in Almag. pag.* 46. cum Arbore triſti Myrto ſimili *C. B. P. pag.* 469. jungitur & convenit cum Manjapumeram *H. Malab. part.* 1. *Fig.* 21. ubi vide notas & *Fl. Malab. pag.* 8. & *Clus. lib.* 2. *cap.* 10. De arbore triſti. & *Acoſt.* apud *Clus. cap.* 37.

ARBUSCULA folio pyri, fructibus oblongis, lapideis, MALIKIRA dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 9. ubi additur; Silvis Colombenſibus eſt familiariſſima: & hanc habeo ex Jamaica foliis inſtar Pyri, fructibus quatuor, in eodem pericarpio, ni fallor, aperto.

ARBUSCULA Zeylanica, floſculis niveis, ovalibus; *Muſ. Zeyl. pag.* 58.

ARBUSCULA Zeylanica, tricapſularis, & tricoccos, KEEMBYA dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 69. an Frutex baccifer, Indicus, ſpinoſus, trifolius, floribus ſpicatis, fructu plano, rotundo, tricocco. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1612. *Plukn. Phyt. Tab.* 95. *Fig.* 5. quae eſt Kaka-Toddaly *H. Malab. part.* 5. *Tab.* 41. & convenit cum *Chamaelaea* infra deſcripta & depicta.

ARBUSCULA Zeylanica, Aceris folio baccifera, foliis e directo magis anguloſis. *Plukn. Phyt. Tab.* 14. *Fig.* 3. Arbuscula Zeylanica, Aceris folio baccifera, Hermanni apud *Ray. hiſt. pl. pag.* 1801. & *tom.* 3. *dendr. pag.* 93.

ARECA Puwak, ſeu Arekeri Puwakwalla dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 70.

ARISTOLOCHIA longa, Indica, aromatica, odorata, *Muſ. Zeyl. pag.* 9. Ariſtolochia Clematitis Indica, odorata. *Parad. Bat. Pr. append. Commel. Fl. Malab. pag.* 9. Carelu-Vagon. *H. Malab. part.* 8. *Tab.* 25. Ariſtolochia Clematitis Indica, flore albicante, fructu majore *ibidem in notis.* Interrogatur a *Pluknetio*, an Ariſtolochia Clematitis Gangetica, foliis in aculeum abeuntibus, radice odoratiſſima, huic ſit eadem *in Almag. pag.* 49. quod ex ejus figura comparata cum illa *H. Malab.* non conſtat, quum multum differant: ab ipſo autem exhibetur in *Phytogr. Tab.* 69. *Fig.* 5. ubi inſcribitur Volubilis Gangetica, ſapore acri

Fig. 2. Asparagus falcatus. L. Fig. 1. Kaempferia Galanga. L.



Fig. 2.

Fig. 1.

ARO-ORCHIS tuberosa, platyphyllos. Nobis.

ASPARAGUS foliis falcatis, ex uno puncto numerosis. Nobis.

acri & aromatico. SASCANDA Zeylonenſibus dicitur a Luna *Sanda* vocata, quia plantae hujus radix plenilunio plurimis pollet viridibus, ut notatur in *Muſ. Zeyl. pag.* 9. Ariſtolochia longa SACKSANDA dicta. *Grimm. Labor. Ceyl. pag.* 121. ubi ſic deſcribitur: Eſt planta ſurſum ſe attollens. Radix eſt intus lignoſa, ſed cortex eſt valde aromaticus & magnam virtutem in ſe continet, tam pro Medicina, quam pro Chirurgia. *Cinghalenſes* eam plurimi aeſtimant, eamque cum Theriaca ſua commiſcent, quae contra morbos venenatos aſſumitur. Semen cum radice deſtillatum, praeſtantiſſimum praebet oleum, quod valde aromaticum eſt, viresque ſuas ſpecialiter demonſtrat in morbis Matricis ex obſtructione provenientibus. Ex hinc Sal volatile oleoſum componitur, cujus efficacia tanta eſt, ut artis amatoribus commendari mereatur.

ARISTOLOCHIA Zeylanica, flore atro-purpureo. *Hert.* in Catalogo ſeminum quondam transmiſſorum. An Ariſtolochia ſcandens, odoratiſſima, floris labello purpureo, &c? *Sloan. Catal. Pl. Jam. pag.* 60. & *Hiſt. Jam. pag.* 162. *Tab.* 104. *Fig.* 1.

ARISTOLOCHIA Zeylanica, Biſtortae folio breviori. D. SCHERARD. apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 393. ubi additur, e lata baſi folium in mucronem acutum exit.

ARO-ORCHIS tuberoſa, platyphyllos. *Nobis. Tab.* 13. *Fig.* 1. Arum Zeylanicum, radiculis Carlinam ſapientibus, loco piſtilli, florem in involucro gerens flavum. *Herb. Herm.* Colchicum Indicum, platyphyllum, radice tuberoſa, Carlinae odore & ſapore, flore albo, & idem flore incarnato. *Muſ. Zeyl. pag.* 54. quae convenit cum Wanhom *Kaemph. Amoenit. exot. pag.* 901. ubi ample deſcribitur, & ejus icon exſtat. quae eſt Katsjula Kelengu. *H. Malab. part.* 13. *Tab.* 41. & Calceolus Philippenſis, pumila, Plantaginis folio, radice Alexipharmaca. *Petiv. Gazophyl. natur. & artis. Tab.* 19. *Fig.* 7. HINGUNIPYALI Zeylonenſibus audit.

Poſteriores tres citatae plantae, licet folia habeant in Figuris ſuis rotundiora quam noſtrae, eaedem tamen cum noſtra planta ſunt, cujus folium hic exhibetur, quod florem ipſum complectitur & eſt oblongum, ſenſim attenuatum, planum, in longum mucronem terminatum. Baſis autem ejus magis contracta, ubi florem ambire videtur, ad unciale

fere ſpatium, glabrum, latum, laete virens, paulo flaveſcens. Flos autem, qui in aliis Figuris ruditer, hic exactiſſime delineatus eſt, habet petala quinque obtuſe ovata; Nectarium ad unum latus inter hiatum petalorum ab altero latere ſpatium vacuum replet: Conſtat labio ſuperiore galeato petalis breviore; lateralia autem ſunt emarginata, quae laciniae ſunt floris. Labium inferius lambdoideum ungue anguſto petalis longius eſt. Unde ad Orchides proxime pertinet; quum autem flos à folio, ut videtur, amplectatur, & illud folium Ari folio reliquum florem ambienti maxime conveniat; ARO-ORCHIS planta haec convenienter vocatur.

ARUM Zeylanicum, maximum, ſpinoſum, radice longa, repente. *Muſ. Zeyl. pag.* 56 & 64. Arum Zeylanicum, ſpinoſum, Sagittae foliis. *Par. Bat. pag.* 75. ubi deſcriptio. KOHI WILA Zeylonenſibus. de Aro *Grimm. in Laborat. Ceyl. pag.* 125. haec habet: apud nos extraordinarie magnum eſt; Conficiunt ex eo farinam incolae, quae plurimum eos juvat, hinc habemus etiam noſtrum Faecul Aronis.

ARUM Zeylanicum, minus, Sagittariae folio. *Par. Bat. Pr. pag.* 315. *Commel. Fl. Malab. pag.* 9. Arum minus, Sagittariae folio ex inſula Barbados. *Plukn. Phyt. Tab.* 149. *Fig.* 2. Vide & *Sloan. Catal. pl. Jam. pag.* 63. Nelenſchena major. *H. Malab. part.* 11. *Tab.* 20. Dracunculus forte Ambonicus Anappur. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 8. *cap.* 88.

ARUM humile, Ceylanicum, latifolium, piſtillo coccineo. *H. Amſt. part.* 1. *Fig.* 51. *pag.* 97. Arum humile, Ariſarum dictum, latifolium, Ceylonicum, piſtillo longiſſimo, miniato colore. *H. Med. Amſt. Catal. pag.* 36. ubi cum Nelenſchena *H. Malab. part.* 13. nondum edit. jungitur. vide & *Fl. Malab. pag.* 9. ubi Ariſarum Indicum petraeum, humile, piſtillo rubro adhaerente, granulis purpuraſcentibus *Commelini in notis ad H. Malab. part.* 11. *pag.* 33. vocatur. An Ariſarum eſculentum Daun-Caſſiſe? *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 8. *cap.* 87.

ARUM maximum, Zeylanicum, macrorhizon. *Par. Bat. pag.* 73. ubi Figura & deſcriptio. Arum Zeylanicum, maximum, flore odorato. *Muſ. Zeyl. pag.* 63. Arum maximum, Zeylanicum, flore Moſchum redolente. *Amm. Char. pl. pag.* 345. Arum maximum, Zeylanicum, foliis

foliis nervoſis. *Par. Bat. Pr. pag.* 314. & *Muſ. Zeyl. pag.* 71. HABARA & HABARALA. Zeylonenſibus. Ari Indici ſativi, & ſylveſtris deſcriptio eſt apud *Rumph. in Herb. Ambon. lib.* 8. *cap.* 81 & 82.

ARUNDO ſarmentoſa, Indica, baccifera, foliis in extremo capreolatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 6. Frutex Indicus, ſcandens, foliis Mendoni inſtar in capreolum deſinentibus, fructu parvo coronato. *Plukn. Amalth. pag.* 101. Panambol-Valli *H. Malab. part.* 7. *Tab.* 53. GHOIGIWAEL Zeylonenſibus, quod pronunciatur GHOIWAEL. *Ghoigi pali* notat commodum lignum. *Wael* vimen.

ARUNDO Zeylanica, farcta, odore & ſapore Calami Aromatici. PENGRIMAN Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 26. an Arundo farcta, Tubu Sala? *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 6. *cap.* 10. Arundo Indica, odorata. *Grimm. Laborat. Ceyl. pag.* 120. ubi haec habet: a parte inferiori eſt arundinacea, & a ſuperiori veluti Gramen. Radix ſatis eſt dura, dum ſcinditur, inſtar ligni finditur, valde odorifera eſt, convenit aliquibus modis cum *Calamo.* in membra pariter diviſa eſt, nodoſa, & ſatis abundanter circa civitatem noſtram *Columbo* creſcit. Calefaciens eſt, incidens, aperiens, & diſſipans. Per deſtillationem pulchrum oleum exhibet, quod in parva doſi totius plantae virtutes continet, ſtomachum confortat, concoctionem adjuvat, quae ex frigidis, viſcoſis & putridis humoribus impeditur. Optimum eſt ad menſtruorum obſtructiones, eaque expulſat: Parem habet aqua virtutem. aptiſſima haec planta eſt ad Balnea & Thermas in *Beriberi* & in morbis ſupra dictis.

ARUNDO Indica, arborea, maxima, cortice ſpinoſo, Tabaxir fundens. *Muſ. Zeyl. pag.* 46. Arundo arbor. *C. B. P. pag.* 18. Mambu *Piſonis Mantiſſ. aromat. cap.* 10. *pag.* 186. Bambu Belgis *Muſ. Zeyl. pag.* 96. Ily *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 16. Arundo Indica, arborea, maxima, cortice ſpinoſo. Hermanni *ibidem in notis*, quas porro vide *pag.* 26. & *Fl. Malab. Commel. pag.* 10. Arundo Tabaxifera *Offic. Samuel. Dale. Pharmac. ſupplem. pag.* 251. De Tabaxir humore vide *Cluſ. aromat. hiſt. lib.* 1. *cap.* 12. & *Acoſt. arom. lib. cap.* 6. Canna ingens *Mambu* vel *Bambu* dicta *Parkin. Theat. pag.* 1630. Arundo arborea Mambu, vel Bambu dicta. *Plukn. Almag. pag.* 53. ubi vide reliqua & *Ray tom.* 2. *pag.* 1315. UNAGHAS Zeylonenſibus dicitur, id eſt arbor febrilis.

Cinghali enim afferunt illos febri corripi, qui se in aquis lavant, in quas arboris flores decidêre. Crescunt ut plurimum ad fluminum ripas, florent Martio, & Majo. *Mus. Zeyl.*

ARUNDO *Rotang* Zeylanica, spinosissima, major, fructibus rotundis, scabris, acidis. *Mus. Zeyl. pag.* 59. Arundo nucifera, *Rotang* dicta, fructu spadicei coloris, striis purpureis venuste tessulato. *Plukn. Almag. pag.* 53. ubi reliqua vide synonyma, descriptionem vero apud *Ray hist. pl. pag.* 1316. & *Pisonem in Mantiss. aromat. cap.* 11. *pag.* 188. hujus variae apud *Rumph. in Herbar. Amhon.* occurrunt species *in lib.* 7. *a cap* 56. ad 61. ut Palmyuncus albus ROTTANG Puti, & verus latifolius ROTTANG Tumi Daun, & ROTTANG Tumi &c.

ASCLEPIAS Zeylanica, Vincetoxici radice praestantiore. *Mus. Zeyl. pag.* 52. Apocynum Zeylanicum, scandens, foliis Laurinis. *Par. Bat. Pr. pag.* 413. Apocynum Zeylanicum, scandens, radice Asclepiadis. *Par. Bat. pag.* 55. ubi descriptio, ut & apud *Ray tom.* 3. *pag.* 539. MANUGHAWAEL Zeylonensibus. Phthisicis has radices multum prodesse a Cinghalis edocti sumus, unde Syrupis, & Decoctis expectorantibus adhibetur. *Mus. Zeyl.*

ASCLEPIAS hirsuta, Scammonii folio. *Nobis.* Apocynum scandens Zeylanicum, Scammonii folio hirsutum. *Par. Bat. pag.* 56. ubi descriptio, & ex hac apud *Ray tom.* 3. *pag.* 539. Apocynum hirsutum scandens Americanum, flore amplo purpureo. *Plukn. Phyt. Tab.* 76. *Fig.* 5. Characterem genericum vide apud *Linnaeum in char. plant. pag.* 64.

ASCLEPIAS Zeylanica, inodora, WALANGHUNA Zeylonensibus. *Mus. Zeyl. pag.* 53. Asclepias Zeylanica, flore oblongo, tubuloso. *Hert. in Catal. semin.*

ASPARAGUS foliis falcatis, ex uno puncto numerosis. *Nobis. Tab.* 13. *Fig.* 2. Asparagus foliis falcatis, Zeylanicus. *D. Scherard* Corruda Guinensis, foliis aduncis. *Mus. Petiv. no.* 169. apud *Ray tom.* 3. *pag.* 359. Asparagus Africanus tenuifolius, viminalibus virgis, foliis Laricis instar ex uno puncto numerosis, stellatim dispositis. *Herb. Hert.* & *Plukn. Amalth. pag.* 40. Hujus autem folia sunt multo angustiora, crebriora, & tenuissima.

Caulis

Indigofera hirsuta. L.

ASTRAGALUS spicatus, siliquis pendulis hirsutis, foliis sericeis. Nobis.

Caulis noſtrae plantae eſt bipedalis, filiformis, laevis, cinereus, ad latera alternatim emittens ramulos fere ſpithamales obtuſos, quorum apici folia inſident linearis latitudinis, longitudinis biuncialis, integra, obtuſa, interdum leniter falcata, glabra: folia haec etiam ex caule & ramulis plurima ſimul emergunt; ad ramulos hoſce prorumpunt etiam tenuiſſimi Corymbi capillacei, flores ſuſtinentes campaniformes. Ad exortum autem ramulorum ſub baſi excreſcunt aculei minutiſſimi rigidi, acuti: hujus generis character invenitur apud *Linnaeum in char. gen. pl. p.* 93.

ASPARAGUS aculeatus, Zeylanicus, maximus, ſarmentoſus, *H. L. B. pag.* 62. ubi deſcriptio & icon plantae, & in *append. pag.* 650. ejus radices exprimuntur, vide & *Ray tom.* 2. *pag.* 1877. pro Schada-Veli-Kelangu *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 10. a *Commelino* habetur, quod in *Ray tom.* 3. *pag.* 359. contradicitur. Corruda Zeylanica, Paeoniae radiculis Tanne-Mutanea Tunga Malabaris. *Petiv. act. phil. Lond. vol.* 22. *no.* 267. *pl.* 87. HATANARYA Zeylonenſibus dicitur, a quibus radiculae hujus plantae muria conditae avide comeduntur, ut notatur in *Muſ. Zeyl. pag.* 2 & 27.

ASPHODELUS Zeylanicus, foliis rotundis, Cepaceis, floribus luteis. *D. Tilly. H. Piſan. pag.* 17.

ASTER Zeylanicus, flore coeruleo, Tithymali foliis anguſtis, pubeſcentibus, diſco luteo, petalis reflexis. *D. Tilly H. Piſan. pag.* 18.

ASTRAGALUS ſpicatus, ſiliquis pendulis hirſutis, foliis ſericeis. *Nobis. Tab.* 14. Aſtragalus Indicus, ſpicatus, ſiliquis copioſis, deorſum ſpectantibus, non falcatis, ſeu Polylobos. *Herb. Herm.* quo nomine ab ipſo *Hermanno* quondam etiam ex Zeylona ad *Joannem Commelinum* fuit transmiſſa, ut patet ex ejus notis ad *H. Malab. part* 9. *pag.* 55. ubi eadem denominatio occurrit, quae *Hermanni* manu ad noſtram plantam eſt adſcripta, juxta quam Figuram hic exhibemus, quae in multis tamen differt a Katu Tagera *H. Malab. part.* 9. *Tab.* 30. easdem tamen eſſe certus ſum, ſed in *H. Malab.* plantam haud fideliter eſſe exſculptam ex deſcriptione facile conſtat, ubi inter alia dicitur, quod undique pilis ſit obſeſſa, caulis, folia, calix & ſiliquae, quum planta tota glabra ſit exſculpta, exceptis ſiliquis, quarum ſpicae etiam

ad dimidium ſunt mutilatae, ita ut Figura illa ſit manca & deſcriptioni neutiquam conveniens; hic vero damus plantam exactiſſime delineatam & exſculptam, quae ab aliis etiam denominata eſt. & a *Pluknetio* vocatur Aſtragalus Indicus ſpicatus, polylobos D. Hermans. in *Almag. pag.* 60. & Colutea Orientalis, plerumque heptaphyllos, hirſuta, floribus ſpicatis, ſaturate purpureis, ſiliquis plurimis quadratis, valde piloſis, ſummo ſurculorum dependentibus. *ibidem pag.* 113. Colutea lanuginoſa, floribus parvis, ſiliquis piloſis, deorſum tendentibus. *Muſ. Petiv. no.* 45. *Transact. Angl. vol.* 19. *num.* 232. *Pl.* 19. Orobus Zeylanicus, incanus, ſiliquis pendentibus, toroſis. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 80. Vide & *Ray tom.* 3. *pag.* 455. PILAEGHAS Zeylonenſibus, quod in *Muſ. Zeyl.* variis denominationibus additur. occurrit enim cum hoc Aſtragalus Zeylanicus purpureus ſpicatus, elegans. *Muſ. Zeyl. pag.* 33. Aſtragalus Zeylanicus ſericans, ſiliquis oblongis, floribus purpureis aut carneis, *ibidem. pag.* 34. Aſtragalus Indicus ſiliquis fuſcis. *pag.* 43. & Aſtragalus Indicus hirſutus, ſiliquis (non) falcatis ſericeis, villoſis, major, polylobos. *pag.* 44. quae cum hac noſtra conveniunt planta, quae fruteſcens videtur, caules enim ejus ſunt lignoſi, validi, duri, ruffeſcentes, pilis undique obſeſſi ad ſummum longiſſimis, ubi e caule adſurgit rachis foliorum alternus, ſeptem habens folia, bina ſibi mutuo oppoſita, tria paria, claudente uno impari. Folia autem ſunt mollia, ſuperiore viridia, inferiore parte incana & ſericea, ab utraque vero tota lanuginoſa, ſubrotunda. E caule ubi foliorum rachis provenit, erigitur ſpica longiſſima ſpithamalis fere, floribus numeroſiſſimis papilionaceis, ſeparatis, binis utcunque oppoſitis onuſta, qui calice longiſſimo & hirſutiſſimo continentur, poſt quos ſequuntur ſiliquae quadratae valde piloſae, pendulae, in apicem acutiſſimum deſinentes, repletae ſeminibus parvis oblongis, albicantibus.
Siliquae hujus plantae videntur mihi unicapſulares, tenues, unde potius ad Galegam pertineret, quum Aſtragali ſiliqua ſit bicapſularis.

Astragalus Indicus, hirſutus, ſiliquis falcatis, Viciae facie. *Muſ. Zeyl. pag.* 6. Aſtragalus Zeylanicus, ſiliquis falcatis villoſis. *ibidem pag.* 31. Aſtragalus Indicus ſiliquis falcatis ſericeis, foliis Viciae facie. *pag.* 64. Orobus ſylvaticus Zeylanicus ſiliquis erectis, foliis ſericeis candicantibus, PILAE Zeylonenſibus. D. Hermans, apud *Ray tom.* 3. *pag.* 450. quae eadem videtur cum Colutea ſiliquoſa enneaphylla Indiae Orientalis,

talis, siliquis & foliis aversa parte pubescentibus. *Plukn. Phyt. Tab.* 166. *Fig.* 3. PILAEGHAS & PILAEHARAL Zeylon. id est *Pilae* arboreſcens.

ASTRAGALUS minimus, repens, triphyllus, siliquis falcatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 33. An Colutea siliquoſa, glabra, ternis, quinisve foliis, Maderasp. semine rubello? *Plukn. Phyt. Tab.* 166. *Fig.* 1.

ASTRAGALUS Zeylanicus, tenellus, Viciae foliis subrotundis, *Muſ. Zeyl. pag.* 34. Viciae arboreſcentis species. *Muſ. Zeyl. pag.* 12 & 13. PILAE & PILAEGHAS Zeyl. quod harum specierum nomen genericum est.

ASTRAGALUS Zeylanicus Asparagum olens, HAMPILLA Zeylonensibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 68.

AURANTIUM quae malus Aurantia, regia, dulcis, Zeylanica. *Muſ. Zeyl. pag.* 68. Aurantia in Indiae insula Zeilan, cortice suavi, & dulci. *Scalig. & Lugd. C. B. P. pag.* 437. Malus Aurantia Sinensis. *Jonst. Dendr. Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 211. Aurantium Sinense, Sinese appels, Lemon manis Tsjina. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 2. *cap.* 42.

AURANTIUM, quae malus Aurantia Zeylanica, foliis longis anguſtis, appendicula longiſſima donatis. *Breyn. Faſcic.* apud *Ray tom.* 3. *pag.* 80. *Dendrol.*

AURANTIUM, quae malus Aurantia Indica, fructu omnium maximo *Pumpelmus* dicto, medulla pallescente. *H. L. Bat. pag.* 405. eadem quoque est medulla ruffescente. *ibidem.* de qua vide notas ad *Merian. insect. Surin. pag.* 29. ubi etiam elegans hujus arboris ramus cum fructu exprimitur. Malus Aurantia utriusque Indiae, fructu omnium maximo & suaviſſimo &c. *Pluknet. Almag. pag.* 239. ubi de hoc fructu varii citantur auctores, & in ejus *Mantiſſa* pro Arbore scientiae, cujus fructus erat Malum, in Paradiso terrestri primis parentibus interdictum proponitur, *pag.* 125. & pro pomo Adami *Casp.* & *Joh. Bauh.* in *ejus Amalth. pag.* 141. habetur, ubi vide reliqua, a *Joh. Bauh.* ejus icon datur in *hiſt. pl. part.* 1. *pag.* 99. Malus Aurantia fructu rotundo maximo pallescente, humanum caput excedente. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 212. & *Hiſt. Jam. vol.* 1. *pag.* 41. *Tab.* 112. *Fig.* 2 & 3. & *Ray. tom.* 3. *pag.* 80. *Dendr.* Limio decumanus, Pompelmoes, Lemon Cassomba. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 2. *cap.* 34.

AZE-

AZEDARACH fructu polypyreno, *Mangoferos* ſylveſtris. *Muſ. Zeyl. pag.* 3. Azedarach Indica foliis non deciduis, officulo polypyreno. *Par. Bat. Pr. pag.* 316. Azedarach floribus albis ſemper virens. *H. L. App. pag.* 652. Azadarichta Indica, foliis ramoſis minoribus, flore albo, ſubcoeruleo, purpuraſcente majore *Breyn Prodr.* 2 *pag.* 21. & *H. Amſt. tom.* 1. *Fig.* 76. Olea Malabarica Nimbo dicta, fructu racemoſo oblongo. *Ray. tom.* 2. *pag.* 1545. Olea Malabarica fraxineo folio e Maderaspatan. *Plukn. Phyt. Tab.* 257. *Fig.* 1. Arbor Indica, Fraxino ſimilis, oleae fructu *C. B. P. pag.* 416. reliqua vide in *Commel. Flor. Malab. pag.* 11. qui cum Aria Bepou. *H. Malab.* & Azadirachta Indica foliis Fraxini non ramoſis hanc jungit. PANUKOHUMBA Zeylonice a *Panu*, quod vermiculum ſeu infectum denotat, nam arboris lignum a vermibus arroditur. *Muſ. Zeyl. pag.* 3.

AZEDARACH. *Dod. Pempt. pag.* 848. Arbor Fraxini foliis, flore coeruleo. *C. B. P. Muſ. Zeyl. pag.* 67. Arbor Azadarichta Syriaca, foliis ramoſis, flore coeruleo & albo majore, *Breyn Prodr.* 1. *pag.* 3. & Azadarichta foliis ramoſis majoribus, Syriaca, ſive vulgaris flore coeruleo majore. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 21. Vide & *Amm. Char. pl. pag.* 282. Pſeudo-Scyomorus. *H. Eyſt.* *Æſtiv. arbor & Frut. Fol.* 2. *Fig.* 1. &c. KIRIKOHOMBA Zeylonenſibus.

AZEDARACH foliis falcato ſerratis. *Nobis. Tab.* 15. Azedarach altera foliis ſemilunatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 48. Azedarach Zeylanica, ſemper-virens & florens, floribus albis. *Herb. Hert.* Arbor Azadarichta Indica foliis non ramoſis, flore minore. *Breyn. Prodr.* 1. *pag.* 3. & Azadarichta Indica foliis Fraxini, ſive non ramoſis majoribus, flore minore albo. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 21. qui eam recte pro Aria-Bepou *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 52. habet. ita ut alii errent, qui primam citatam Azedarachtam fructu polypyreno cum Aria Bepou conjungant, quod ſola *H. Malab.* tabulae inſpectione, & cum *H. Amſt. Fig.* 76. comparatione facile conſtat, quae certe inter ſe nullam habent convenientiam, ut foliatura ſtatim demonſtrat, ſi vero noſtra Figura cum illa *H. Malab.* comparetur, convenientia ipſa & ſimilitudo patet, quod inſuper deſcriptio in *H. Malab.* cum noſtra comparata evincit, quae in omnibus noſtrae tam bene convenit, ut ne ovum ovo magis, unde alteram deſcriptionem hic ſubjungere ſupervacuum eſt. Unum autem illud notatum volo, quod ſemilunaris & irregularis illa dimidii foliorum figura

Melia Azadirachta L.

AZEDARACH foliis falcato serratis. Nobis.

Fig. 2. Impatiens triflora L. Impatiens cornuta L.

BALSAMINA angustifolia, floribus ternis communi. &c.

figura in *noſtra Tabula* felicius ſit expreſſa, & obſervata, quam in *illa Horti Malabarici*, & quod ramorum extremum in noſtra planta non inpar claudat, ut in *Breyn. Prodr.* 1. exhibetur. hujus generis characterem dat *Linnaeus in char. pl. gen. pag.* 127. ubi novo nomine MELIA vocatur.

BADHAAMU, Leguminis ſpecies. *Muſ. Zeyl. pag.* 55. ubi additur, fructus hujus plantae decocti & cum Oryza comeſti ebrietatem pariunt.

BALSAMINA latifolia floris calcari longiſſimo. *Nobis. Tab.* 16. *Fig.* 1. Balſamina, ſeu Noli me tangere Zeylanicum, flore rubente, fructu Hirundinis facie. *Herb. Herm.* Balſamina Zeylanica, latifolia, floſculis incarnatis, fructu Hirundinis facie. *Muſ. Zeyl. pag.* 30. KUDAELUKOLA Zeylonenſibus. a *Kudaelu* quod ſignificat hirundinem, cui ſimilia ſunt vaſcula ſeminalia hujus plantae. *Kola* folium notat.
Foliatura cum noſtris Europaeis Balſaminae ſpeciebus convenit, quae unicuique notae ſunt. Floribus vero ab iis differt. Primo quod multo ſint minores, dein quod calcaria gerant quintuplo fere longiora, tertio quod pedunculis longiſſimis inſedeant. Fructus in noſtra planta tam parvus eſt, nec adeo excrevit, ut dijudicare poſſim, an hirundinem referat. Fides ſit penes illuſtrem illum *Hermannum*, qui vivis & in loco natali vegetis plantis, naturae earum conveniens nomen indidit. Errorem autem commiſit ſculptor, quod flores infra foliorum ortum produxerit, quum ex eorum alis proveniant, quem poſtea corrigere ſine figurae detrimento haud facile potuit. Hoc genus Lacca herba, ſeu Lacca Kitſyl a *Rumph. in Herbar. Amboin. lib.* 8. *cap.* 52. vocatur. ubi Lacca coccinea, purpurea & alba deſcribitur, & coccinea depingitur noſtrae conveniens, excepto floris calcare.

BALSAMINA anguſtifolia, floribus ternis communi pedunculo ortis. *Nobis. Tab.* 16. *Fig.* 2. Balſamina foemina Zeylanica, Salicis folio anguſto, ſerrato, flore magno, eleganti, rubro. *Herb. Herm.* an Noli me tangere folio anguſtiſſimo. *Muſ. Zeyl. pag.* 19 ? quae KUDHUMAETHI, KUBULUBOLHIDA, & KURUBUBOLKINDA incolis vocatur. a *Kudhu* quod notat pulverem, & *Maethi* quod terram. Naſcitur enim haec planta in ſiccis arenoſisque locis, & humo pulvere plena. Folia gerit haec elegans ſpecies longiſſima, anguſtiſſima, acutiſſima, dentata, glabra, ſuperiore eorum parte laete viri-

dia, inferiore cinerea, per dorſum coſta validiſſima albicante decurrente. Folia autem ex caule alternatim proveniunt ortu tenuiſſimo, ex quorum alis flores non ſolitarii, ſed terni ſimul ex communi pediculo proveniunt, qui poſtea in tres dividitur pedunculos, quorum quisque ſuum ſuſtinet florem magnum, amplum, elegantiſſimum, calcari longiſſimo praeditum, calice ſuo contentum.

BALSAMINA foemina anguſtifolia Zeylanica KUDALUKOLA dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 35. praecedentis videtur varietas.

BALSAMINAE anguſtifoliae forte ſpecies KIDHAMAEHI dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 25. ubi additur, naſcitur in paluſtribus: folia habet alterna, forma Epiphylloſpermi, majora tamen, flos eſt inſtar Noli me tangere.

BALSAMINA erecta, ſeu foemina Perſicae anguſto folio, Zeylanica. *Par. Bat. pag.* 105. ubi icon & deſcriptio. Lyſimachia Zeylanica, foemina, Hydropica, floribus incarnatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 64. Balſamina foemina anguſtifolia Zeylanica. *Par. Bat. Pr. pag.* 317. Balſamina Indica anguſtifolia, flore minore rubello, elegantiſſimo. *Tournef inſt. pag.* 419. DYAKUDALU Zeylonenſibus, id eſt KUDALU ſeu Hirundinaria aquatica.

BALSAMINA foemina anguſtis & eleganter crenatis foliis, flore albo minore. *Plukn. Almag. pag.* 62. Balſamina Indica flore albo. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 22. Tilo-Onapu ſeu Notenga. *H. Malab. part.* 9. *Tab.* 52. Poſteriores hae Balſaminae magis ſunt varietates quam quidem diverſae ſpecies, ut etiam notatur in *Parad. Batav. pag.* 105. ſicut & plures Onapu varietates in *H. Malab. part.* 9. etiam occurrunt. quae a *Commel. in Fl. Malab. pag.* 14. notantur.

BALUWANOSSA. *Muſ. Zeyl. pag.* 25.

BANDURA Zeylanica in extremo foliorum, folliculum peniformem expanſum habens. *Herb. Herm.* & *Muſ. Zeyl. pag.* 16. a nobis *Tab.* 17. exhibetur. Bandura Cinghalenſium, planta mirabilis Zeylanica in foliorum extremo folliculum peniformem expanſum habens. D. *Hermans.* apud *Breyn. Prodr.* 1. *pag.* 18. Planta Zeylanica, cujus foliorum extremus folliculus peniformis ſe expandit. *Muſ. Zeyl. pag.* 37. Priapus vegetabilis Monorchis, BANDURA Cinghalenſium. *Amm. Char. pl.*

pag.

Nepenthes destillatoria. L.

BANDURA Zeylanica in folliculum peniformem extremo foliorum, expansum habens.

pag. 529. Bandura Cinghal. Gentianae Indicae ſpecies. *ibidem pag.* 287. ubi vide notas. ut & *Miſcell. curioſ. ann. prim. decur.* 2. *pag.* 58. Nepenthes Zeylanicum flore minore *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 75. ubi vide hujus notas characteriſticas, & alias varietates. Planta mirabilis deſtillatoria *Grimm. in Miſcell. curioſ. ann. prim. decur.* 2. *obſerv.* 146. *pag.* 363. Cantharifera, Kannekens-kruyd, Daun Giridi *Rumph. Herb. Amb. lib.* 7. *cap.* 61. Sed ubi folliculus peniformis inſtar Canthari operculo tecti depingitur, & flores ac fructus quodammodo differunt. Utricaria vegetabilis Zeylanenſis, BANDURA Cinghalenſibus dicta. *Plukn. Phyt. Tab.* 237. *Fig.* 3. in qua folliculus peniformis mire & irregulariter exprimitur, quem nos, ut in variis ſpeciminibus invenimus, accurate delineatum curavimus, qui denominationi & rei ipſi magis convenit. Peculiarem hujus plantae proprietatem ex *Grimm.* vide deſcriptam apud *Ray tom.* 1. *pag.* 721. de qua inſuper notatur in *Muſ. Zeyl.* quod tota ſit Alexipharmaca, praeſertim ad morſus *Colubris* appellati. Nomen ejus eſt Cinghalenſe, quod Latinis notat membrum virile, quod illis vocatur *Baka.* Creſcit abunde circa Columbum in humidis & umbroſis locis.

Adſurgit elegans haec planta caule fungoſo craſſo, rotundo, cui folia ſeſſilia alterno ordine adcreſcunt, lata, oblonga, glabra, per eorum medium nervo validiſſimo decurrente, qui terminatur in claviculam longam, ſaepius circinnatam, cui appendet folliculus vaſculoſus, membranaceus, glaber, concavus, facillime ſeſe per liquorem advectum expandens, qui a radicibus hujus plantae humida loca amantis e terra adtrahitur, atque per caulem fungoſum adducitur ad folia, ubi per nervum in claviculam, per eam ad folliculi cavitatem, ubi claviculae hujus continuatio eſt, deducitur, expanſus tunc hic folliculus perfecte penem virilem glande ſuo inſtructum refert, qui tanquam operculum amphorae in Pluknetii Figura conſpicitur, in variis autem, quae ſervo ſpeciminibus, neutiquam mihi ita obvenit, ſed eo, quo exſculptum eſt, modo. Flores per caulis ſummum gerit longis pediculis inſidentes tetrapetalos, perpetuos ſeu ſtabiles, fructui calicis loco inſervientes, quorum piſtillum prope apicem cingitur anthera annulari octo crenis notata, & ut videtur, ex quatuor apicibus bifidis conſtructa. Fructus eſt ſiliqua quadricapſularis, in ſummo quatuor apicibus ornata, in qua ſemina tenuia, longa vermiculataque, paleacea continentur.

BANGHALA. *Muſ. Zeyl. pag.* 51. ubi additur hujus radix, transfertur ex Malacca in Zeylonam.

BASELLA. *H. Malab. part.* 7. *Tab.* 24. ubi vide notas. Solanum ſcandens Malabaricum folio Betae. *Cat. H. Amſt. in* 8vo. *pag.* 330. Blitum Bacciferum Ceylanicum. Solanum tinctorium Ceylanicum, Hermanni *C. H. Beaum.* M. S. & *Fl. Malab. pag.* 16. Solanum peregrinum Betae folio. *Ray hiſt. p.* 1876. Beta baccifera, aizoides, rotundifolia, Zeylanica, *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 23. an Halicacabus baccifer Anty. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 10. *cap.* 45. Solanum tinctorium Zeylanicum minus Baſella Malabarorum. *Par. Bat. Append. p.* 12. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 63. Mirabili Peruvianae affinis tinctoria Betae folio ſcandens, Cochinenſis, floribus puniceis muſcoſis, ex ſinu foliorum ſpicatis, fructu intus cochleato. *Plukn. Phyt. Tab.* 63. *Fig.* 1. vide & *Almag. pag.* 252 & 253. BINTAL Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 68. Primus omnium characterem ejus naturalem invenit *Carolus Linnaeus*, Botanicus oculatiſſimus & ſimul peritiſſimus, qui illam Cuſcutae veram eſſe ſpeciem, quum in Horto Medico plantam vegetam florentem examinaremus, mihi aſſeruit: unde & in *Char. pl. gener.* Baſellam *Cuſcutae* Tournefortii tribuit, cujus characterem exacte deſcripſit *pag. ibidem* 32.

BATATTAS vide infra *Rizophoram.* & *Samuel. Dale. Pharmacol. ſupplem. pag.* 150. qui Convolvulis annumerat. quorum *Batattae* etiam ſunt ſpecies, ut indicant Figurae, quae apud *Merian. inſect. Surinam. pag.* 41. inveniuntur, & apud *Rumph. in Herb. Ambon. lib.* 9. *cap.* 17. ubi *Batatta*, *Batattas*, & *Ubi-Caſtela* vocatur, qui verus eſt Convolvulus repens, ad ſingulum nodum Rhizophorus & tuberoſus, folio ſolitario, flore parvo. *Merian* autem *Figura* exprimit Convolvulum tuberoſum foliis inferioribus in quinque, ſuperioribus in tres lacinias diviſis, flore magno coeruleo. ubi in deſcriptione dicitur quod etiam repat & ad ramos radices agat &c. cujus Synonyma latius in notis ſubjunctis & in *Commel. Fl. Malab.* explicantur ad Convolvulum Indicum radice tuberoſa eduli, cortice rubro, *Batattas* dictum. *pag.* 22. vide & *Feuille hiſt. des plant. Medicin. tom.* 3. *pag.* 16. *pl.* 11.

BAUHINIA foliis ſubrotundis, flore flaveſcente ſtriato. *Nobis. Tab.* 18*.

Senna

Bauhinia tomentosa. 2.



BAUHINIA *foliis subrotundis, flore flavescente striato. Nobis.*

Senna Zeylanica, folio ſingulari, cordato, flore luteſcente magno. *Herb. Hert.* Canſchena-Pou. *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 35. quae in notis vocatur. Arbor ſiliquoſa, Malabar. foliis bifidis minoribus, flore albo, flaveſcente, ſtriato. a D. *Syen* autem in notis *pag.* 58. ad primam *H. Malab.* ſpeciem annotatur, & dicit, prioris ſiccatum ramulum ex inſula Zeilan. transmiſit *Dom. Hermans* ſequenti inſcriptione: Arbor Sancti Thomae. In floribus apparent ſanguineae ſtriae, ab effuſo ſanguine D. Thomae enatae. Docuiſſe enim creditur D. Thomas in Malab. & Zeilan. Similis huic figura, ſed floribus deſtituta reperitur in *Plukn. Phyt. Tab.* 44. *Fig.* 6. ubi vocatur Mandaru Maderasp. foliis firmioribus parvis biſulcis, glabritie ſplendentibus, ad ſurculum denſius ſtipatis. Flos divi Thomae vulgo. *Commel. Hort. Amſt. Cat. pag.* 34. & *Fl. Malab. pag.* 8.

Rami noſtrae arbuſculae ſunt lignoſi, glabri, punctis ſcabriuſculi, nitidi.

Folia alternatim petiolis uncialibus inſidentia circumſcriptione fere orbiculari, a ſuperiore parte ad medium circiter bifida, lobo ſcilicet ſingulo ſemiovato, ſuperne viridia, inferne albicantia.

In media autem folii fiſſura apparet ſpinula, quae nervi recti majoris productio eſt & ejus continuatio. quae in *H. Malab.* & *Plukn.* Figura omiſſa eſt.

Flores ſolitarii per ramulos oriuntur, petiolis inſidentes, duobus foliolis linealibus inſtructis. Flores hi ſunt maximi ad unum latus inclinantes, ut in Senae ſpeciebus, decem ſtaminibus inſtructi, piſtillum unicum ſtaminibus dimidio fere longius habentes.

Siliquae ſunt longae, planae, rectae, compreſſae, ſuperficie externa lanuginoſae & lenes admodum, dum tenerae adhuc ſunt. Fabae, quas includunt ſiliquae, longitudinaliter locantur, ſeptis diſtinctae, oblongo-rotundae.

Bauhinia foliis oblongo-acutis, nervoſis, flore albo. *Nobis.* Arboris divi Thomae ſpecies, foliis longioribus, MAYLA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 8. Senae ſpuriae, aut Aſphalto affinis, arbor ſiliquoſa, foliis bifidis, flore pentapetalo, vario, *Sloan. Cat. Pl. Jam. pag.* 150. & *Hiſt. Jam. part.* 2. *pag.* 51. Thomaea arbor, ſiliquoſa, foliis bifidis, minor, flore candido. *Par. Bat. Pr. pag.* 380. Velutta Mandaru. *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 34. ubi in notis Arbor ſiliquoſa Malabarica, foliis bifidis, flore candido, ſtriato vocatur a *D. Syen.* Vide porro *Ray hiſt. part.* 2. *pag.* 1571. *Amman. Char. pl. pag.* 366. ubi Daudan Indo-

rum, eſt flos D. Thomae. Vide & *eundem pag.* 610. ad Velutta Mandaru & *ejus H. Boſian. pag.* 37. *Breynius in Prodr.* 2. *pag.* 19. breviter ejus characterem exhibet. qui accuratiſſime a *Linn. in Char. pl. gen. pag.* 126. deſcribitur ſequenti modo.

Cal. PERIANTHIUM oblongum, longitudinaliter dehiſcens, ad latus repulſum, deciduum.

Cor. PETALA quinque, ſubrotundo-oblonga, verſus alterum latus inclinata, calici oppoſita, inaequalia.

Stam. FILAMENTA decem, inaequalis longitudinis, declinata. ANTHERAE reflexae, aſſurgentes.

Piſt. GERMEN Cylindraceo-oblongum, STYLUS inflexus, STIGMA capitatum, emarginatum.

Per. LEGUMEN longum, ſubteres, uniloculare.

Sem. Multa, ſubrotunda, compreſſa, ſecundum longitudinem leguminis poſita.

Obſerv. Flores ſpecierum in *H. Malab.* examinavimus, a quibus immenſe differunt icones *Plumierii.* hinc ſunt diverſi generis vel peſſime a *Plumierio* depictae. *Linnaeus.*

Bauhiniae nomen primus *Plumierius in nov. pl. gen. pag.* 23. *Tab.* 13. huic generi tribuit, quod maluimus hic retinere in memoriam tantorum Botanicorum *Casp.* & *Joh. Bauhinorum.* licet HYMENAEA alias convenienter vocari poſſet, metaphorice dicta, & deſumpta a foliorum figura, quae in hiſce ſpeciebus duo quaſi corda conjuncta repraeſentant. quae licet ſolitaria, in ſummo ſunt ita fiſſa, ut bina cöalita folia referant, quae noctu ſe complicant & conjungunt. HYMEN autem Deus conjugii veteribus habebatur.

BETELES ſpecies folio lato, *Siriboa Bontii. Muſ. Zeyl. pag.* 32. *Siriboa Bontii lib.* 6. *pag.* 91. exprimitur, quae Saururi habenda eſt ſpecies.

BETELE Tambul ſeu Betre *C. B. P. Muſ. Zeyl. pag.* 34. Betre apud *C. B. P. in Pinac.* occurrit *pag.* 410. ubi dicitur Betre Malaccenſium volubilis modo arbores ſcandens, fructu lacertae caudam aemulante. Tambul Avicennae, Betre Garzias. *Muſ. Zeyl. pag.* 36 & 66. Betre ſeu Betelle *J. B. tom.* 1. *lib.* 4. *pag.* 457. Betele *Acoſt. arom. cap.* 10. Betre Figuram & deſcript. vide apud *Cluſ. Aromat lib.* 1. *cap.* 18. Betla-Codi. *H. Malab. part.* 7. *Tab.* 15. ubi *pag.* 29. *vide notas* & *Amman. Char. pl. pag.* 293. reliqua inveniuntur apud *Plukn. Almag. Botan. pag.* 67.

Achyranthes lappacea L.

Pag. 47.

Tab. 18.

BLITUM scandens fructu lappaceo. Nobis.

Fig 1.

Fig. 2.

BLITUM annuum angustifolium spica graminea foliosa. Nobis.

67. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 15. BULATWAELA Zeylonenſibus, folia habet ſeptinervia, eſtque Saururi ſpecies, ut *Samuel Dale* eum etiam poſt Piper longum ponit in *Pharmacol. pag.* 364. a Pluknetio haec cum *Siriboa Bontii* conjungitur, quod neque ex deſcriptione, nec ex figura conſtat, quum *Siriboa* habet folia vel profunde ſecta, vel tria tenuia ex uno puncto orta; hujus autem folia ſunt lata, ſubrotundo-acuta, Convolvulacea, & haec Saururus volubilis Convolvuli majoris folio *Betele* dictavocari poſſet.

BETONICA fruteſcens *Bontii*, Hormini ſativi coma, Amaranthi foliis. *Muſ. Zeyl. pag.* 29. Betonica fruteſcens apud *Bontium* occurrit *cap.* 51. *pag.* 146. Zuſtenia Betonica Linnei

BETULAE ſpecies, conis oblongis, villoſis, foliis oblongis ſerratis. *Muſ. Zeyl. pag.* 33.

BIDENS Zeylanica latifolia flore luteo, quaſi flaccido. *Hert. Catal. ſemin.* quae ACMELLA videtur ad *Ceratocephalum* infra exhibita.

BLATTARIA Ceylanica, flore amplo coccineo. *H. Amſt. part.* 1. *pag.* 11. Blattaria Zeylanica, flore coccineo *Par. Bat. Pr. pag.* 318. Blattaria Zeylanica, flore amplo miniato. *Cat. Hort. Amſt. pag.* 53. & *H. L. B. pag.* 90 in *Pluknet. Mantiſſ. pag.* 32. Alceis accenſendam eſſe hanc putatur, unde a *Breynio* vocatur Alcea Indica lucido haſtato folio, flore Blattariae phoeniceo. de hac vide *Ray tom.* 3. *pag.* 523.

BLITUM ſcandens fructu lappaceo. *Nobis. Tab.* 18. *Fig.* 1. Verbena Indica, ſarmentoſa, ſcandens, ſpica comoſa, fructibus lappaceis. *Muſ. Zeyl. pag.* 47. Verbena Indica ſcandens, ſarmentoſa, ſpicis comoſis, ſeminibus lappaceis. *Herb. Herm.* Wellia Codiveli. *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 59. ubi Betae folio Malabarica ſemine lappaceo vocatur. Blitum album majus ſcandens. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 49? Centaurium Ciliare minus Circaeae foliis firmioribus, ſpicatis floribus e Madrasp. *Plukn. Phyt. Tab.* 82. *Fig.* 2. huic maxime convenit. WAELKARALHAEBO Zeylonenſibus. a *Wael* quod ſarmentum denotat. KARALHAEBO eſt Amaranthus ſpicatus, ſeu Verbena Indica Bontii ſupra deſcripta.
Caulis hujus plantae eſt bipedalis, tenuis, ſimplex, ad radicem folia oppoſita, oblonga, acuminata, laevia, integra, ſeſſilia, per tres oppoſitio-

ſitiones, aut tria paria oppoſita gerens, & e ſinu foliorum ſuperiorum producens ramulos, quorum caulis ſummus inſtruitur floſculis ſparſis, qui calicem habent quinque foliis oblongis, lanceolatis intus glabris, extus ſetis rigidis armatis conſtantem. Petala floris ſunt nulla, ſtamina vero quinque capillaria, longitudine calicis, piſtillum eſt unicum ſummitate capitatum, ſemen unicum nudum, unde vera Bliti ſpecies. Toti fructus hujus ſunt echinati & aculeati, ſive lappacei, ſub ſingulo autem fructu ponitur ſquammula paleacea, acuminata.

BLITUM annuum anguſtifolium ſpica graminea folioſa. *Nobis. Tab.* 18. *Fig.* 2. Verbena Indica anguſtifolia, ſpica graminea folioſa. *Herb. Herm.* an Parietaria foliis ex adverſo naſcentibus Urticae racemiferae flore? *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 50. HULLUMAYAKOLA Zeylonenſibus. Radice fibroſa & filamentoſa annua enaſcitur haec planta, cujus caulis ſaepe eſt pedalis, nunc rectus, ſaepius curvus, folia ſpargens, nunc oppoſita, nunc ſolitaria, ex foliorum alis rami naſcuntur ejusdem cum caule formae, ad radicem ſtolones emittit haec planta procumbentes, tenues, plures, folia ſunt lanceolata, integerrima, glabra, utrinque viridia, brevibus innixa pediculis. Floris ſpica deeſt.

BLITUM Perſicum, maximum, paniculis mollibus, pendulis, ſericeis. *Muſ. Zeyl. pag.* 64. Bliti character invenitur apud *Linnaeum in char. plant. pag.* 20.

BOHU & BOHUMBU. *Muſ. Zeyl. pag.* 60. quod pronunciatur *Bombu* h. e. exoticum.

BORRAGINOIDES anguſtifolia flore palleſcente. *Hert. Catal. ſemin.*

BORRAGO Zeylanica maxima, floribus ex coeruleo albicantibus. *Hert. Cat. ſemin.*

BRYONIA folio anguloſo, acuto, glabro. *Nobis. Tab.* 19. *Fig.* 1. Bryonia laevis baccis rubentibus. *Herb. Herm.* Bryonia Indica alba, baccis rotundis rubentibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 23 & 57. TELANKAEKIRI Zeylonenſibus. An Petola ſylveſtris, ſeu Petola Utan. *Rumph. Herb. Amb. lib.* 9. *cap.* 45?
Tenera haec planta caules laeves ſtramineos, ut & claviculas emittit, quae ortum ſuum habent ex alis foliorum, & ſunt mire circinnatae.

Folia

Fig. 2. Bryonia grandis Lin.

Fig. 1.

Fig. 2.

BRYONIA folio anguloso, acuto, glabro. Nobis.

BRYONIA foliis subrotundis, angulosis, Momordicae facie. Nobis.

Folia autem gerit glaberrima, tenuia, angulosa, acuta, in ambitu apicibus spinulas haud male referentibus cincta, ex quorum opposita parte flores proveniunt longis innixi pediculis, calice quinquefido, profunde secto contenti; Flores autem sunt monopetali, in quinque segmenta divisi, venosi, albicantes; post quos baccae rubentes subsequuntur, ut *Hermanni* denominatio docet.

Bryonia foliis subrotundis, angulosis, Momordicae facie. *Nobis. Tab.* 19. *Fig.* 2. Bryonia laevis fructu rubente tereti, oblongo. *Herb. Herm.* Folia hujus plantae multo sunt ampliora, sicut & tota planta validior, quam praecedens; angulosa sunt itidem, sed forma rotunda, non acuta, ut in priore specie, glabra quoque & laete virentia. Flores & Claviculae eodem, ut in antecedente progerminant, & constitutae sunt modo. Fructus autem, quo desituor, non videtur bacca, sed de pomiferorum tribu, unde Momordicis forte accensenda. Quum autem *Clariss. Hermannus* hanc Bryoniis junxerit, arduum foret hanc a praecedente sejungere, praesertim quum summus ille Botanicus in loco natali, ubi viguit, & perfecta fuit haec planta, hanc sedulus examinando denominationem talem ipsi dederit.

Bryonia Zeylanica flore luteo, fructu rubro. *Par. Bat. pag.* 107. ubi ejus Figura.

Bryonia Zeylanica, folio quinquepartito. *Mus. Zeyl. pag.* 25 & 62. HONDALA Zeylonensibus. Quae in *Mus. Zeyl. pag.* 41. variis nominibus proponitur, vocatur enim ibi Clematis Indica folliculo aureo rotundo triangulo. Clematis Indica, purpurea, foliis profunde incisis, radice ampla tuberosa. Convolvulus Indicus capreolatus, radice tuberosa, foliis profunde incisis, seu quinquepartitis. Bryonia Zeylanica folio quinquepartito. HONDALA & ALLAHONDA Zeylonensibus, *Honda* significat Proboscidem Elephantis, cui adaequat caulis hujus plantae a parte inferiore prope radicem. *Mus. Zeyl.* apud *Grimm. in Labor. Ceyl. pag.* 125. Vocatur Balsamina Momordica, a nonnullis Halicacabus peregrina, & a Cinghalensibus HUNDULE vocata. ubi haec addit: Exhinc cum Oleo vulgari Balsamum quoddam elicitur, quod in Chirurgia magni est usus, tam ad vulnera & contusiones, quam ad alia accidentia. Dubito autem, an omnia haec syncnyma uni competant huic plantae. Quaedam enim pro Bryonia, quae-

dam pro Momordica, & alia pro Alkekengi forte poſſent haberi: in re hac incerta certiſſimum ſecuti ſumus auctorem, Clariſſ. nempe *Hermannum*, qui in tribus locis Bryoniae nomine hanc denominavit.

Bryonia Zeylanica, foliis profunde laciniatis, *H. L. Bat. pag.* 95. ubi icon & deſcriptio. Balſamina ſcandens, ſeu Momordica Indica, Bryonioides, fructu laevi minori, rubro, albis lineis variegato. *Par. Bat. pag.* 103. Momordica minor, Indiae Orientalis, Bryoniae facie, fructu glabro, molli, Uvae crispae magnitudine & effigie, ſuave purpuraſcente, lineis niveis ſtriato. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 74. Bryonia Zeylanica, foliis in profundas lacinias diviſis, fructu minore. *Tournef. inſt. pag.* 102. Balſamina cucumerina, Malabarica, fructu minore, oblongo, rotundo, glabro. *Commel. Cat. H. Amſt. p.* 47 & *Fl. Malab. pag.* 14. Nehoemeka *H. Malab. part.* 8. *Tab.* 19. ubi vide notas ſubjectas, & *Plukn. Phyt. Tab.* 25. *Fig.* 3. BASNAGILLI Zeylonenſibus.

Bryonia Zeylanica, foetida, flore luteo majore, fructu rubro oblongo, KOPALAM Zeylonenſibus. *Par. Bat. Pr. pag.* 318. Balſamina ſcandens, ſeu Momordica Indica foetida Bryonioides fructu laevi majore rubro, *Par. Bat. pag.* 103. ubi deſcriptio. Bryonia Zeylanica foliis in profundas lacinias diviſis, fructu majore. *Tournef. inſt. pag.* 102. KOPALAM Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 69.
De Bryonia Zeyl. in genere haec habet *Grimm. in Labor. Ceyl. pag.* 126. Praebet nobis Faecul Bryonia, cujus praeſtantia ſpecialis eſt ad morbos Matricis & ad Hydropem.

BUPILAE. *Muſ. Zeyl. pag.* 14. a *Bu* quod notat capillos; folia enim parum hirſuta ſunt. *ibidem.*

BURMANNIA ſpica gemina *Linnaei*: quae exprimitur in *noſtra Tab.* 20. *Fig.* 1. Ephemerum Zeylanicum, foliis gramineis, flore coeruleo. *Herb. Hert.* Hyacinthus Zeylanicus, paludoſus, floſculis trigonis, coeruleis, oblongis, tribus in ſummo luteſcentibus foliolis ſtellatim coronatis. *Herb. Herm.* JAWAEL floribus oblongis, coeruleis, triangulis, tribus in ſummo luteſcentibus foliolis ſtellatim coronatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 7. Planta Zeylanica, aquatica, lato & brevi gramineo folio, floribus coeruleis minimis, capſulis ventricoſis, an Siſyrinchii ſpecies? *Ray tom.* 3. *pag.* 559.

Planta

Fig. 1. Burmannia disticha L. Fig. 2. Commelina tuberosa Linnei. Fig. 3. Spermacoce hispida L.

BURMANNIA spica gemina Linnaei. GALEOPSIS Zeyl. folio oblongo, flore albo.

Planta eſt Spithami magnitudine, radiculis fibroſis, foliis gramineis, floſculis ex atro coeruleis, trigonis, oblongis, tribus in ſummo luteſcentibus foliolis ſtellatim coronatis, incolens prata uliginoſa & aquoſa. Brevis haec deſcriptio deſumpta eſt ex *Muſ. Zeyl. pag.* 52. Cui ex *Ray* citato loco addimus, quod ſummus caulis in duo velut cornua dividatur florifera & ſeminifera, quae ad ſe invicem incurvantur, fructus ſeu ſiliquae ad interiorem cornu partem vergunt ſimplici ordine, ut etiam diſtincte in noſtra Figura conſpicitur. JAWUL & DYAJAWUL id eſt *Jawul aquaticum* Zeylonice audit.

Nos ſequenti modo eam deſcribimus: Radix fibroſa eſt, tota capillacea, ratione magnitudinis plantae minima, e qua exeunt folia ſex, octo, vel novem biuncialia, lanceolata, culmiferorum ſimilia, integerrima, radicalia omnia. Caulis in planta adulta eſt ſpithamalis vel ſesquiſpithamalis, rectus, ſimplex, folia ſex, ſeptemve alterno ſitu caulem inveſtiunt, inferius vaginantia, ſuperius libera, uncialia, vix a caule remota, fere amplectentia. Caulem terminant ſpicae duae e recto patentes, floribus novem paucioribus vel pluribus ornatae, in ſingula ſpica homomale poſita ſurſum vergente inſident flores coerulei, non decidui, elegantiſſimi, quorum Calix eſt tubulatus, trialatus, apice trifido, tribus luteis laciniis in diſſepimentis inſtructus, ſtamina ſunt ſex breviſſima, piſtillum unicum; fructus ſiliqua oblonga triangularis, ſeminibus plurimis minutiſſimis repleta. accuratiſſimum hujus characterem dedit *Carol. Linnaeus in Char. pl. gen. pag.* 100. ſequenti modo.

CAL: *Perianthium* longum, monophyllum, cylindraceum, coloratum, alâ membranacea, triplici, longitudinali inſtructum, *ore* trifido parvo.

COR: minima. *Petala* tria, ovata, oblonga, in ore calycis poſita, minutiſſima.

STAM: *Filamenta* ſex, vix notabilia. *Antherae* totidem, in ore calycis, breviſſimae, binae ubique ſimul, mucrone reflexo diſtinctae.

PIST: *Germen* cylindraceum, calyce dimidio brevius. *Stylus* filiformis, longitudine corollae. *Stigmata* tria, obtuſa, concava.

PER: *Capſula* involuta, cylindraceo-trigona, trilocularis, trivalvis, angulis dehiſcens.

SEM: numeroſa, minima.

Duae hujus generis ſpecies auctori notae ſunt, noſtra, quam vocat, ſpica gemina, ſeu duplici, & altera eſt ſcapo biflore, quae ex apice

caulis duos tantummodo profert flores, quae in India Orientali occurrit, eſtque planta minima, itidem graminifolia, quam in Herbario ſuo ſervat *Joh. Fred. Gronovius.*

CACALIA foliis auriculatis, ſerratis, ſupra nigricantibus, infra lanugine alba obductis. *Nobis. Tab.* 21. Cacalia Indica odorata. *Muſ. Zeyl. pag.* 5. Cacalia Zeylanica odorata, quae Baccharidis forte ſpecies. *Herb. Herm.* Conyza Zeylanica odorata, foliis ſubtus lanuginoſis. *Muſ. Zeyl. pag.* 35. Conyza Zeylanica odorata. *ibidem pag.* 51. Eupatorium Zeylanicum, foliis dentatis ad pediculos breves auriculatis. *Moris. Hiſt. pl. Tom.* 3. *pag.* 99. quem vide, & ibi etiam citatur nomine Jacobaeae Senecionis flore Zeylanicae, odoratae PUPULA Zeylonenſibus dictae HERMANNI, & ex hoc apud *Ray tom.* 3. *pag.* 188. PUPULA dicitur a *Pupulathi* quod loca praerupta & inculta notat, quibus naſci gaudet planta. Quae caule adſurgit lignoſo rotundo, purpureo, villis albicantibus obſeſſo, folia gerens ſolitaria, firmis & breviſſimis pediculis innixa, auriculata, oblonga, profunde dentata, ſuperiore parte nigricantia, inferiore alba, & tomentoſa. Flores in ſummo caulium gerit collectos, in parvis quaſi umbellis diſpoſitos, qui floſculi calice oblongo dentato ſuſtinentur, ſemina plumoſa, longa, tenuia, nigricantia dantes.

CALAMINTHA Zeylanica *Grimm. Labor. Ceyl. pag.* 128. ubi haec habet: Copioſiſſime creſcit apud nos; utiliſſimi uſus eſt in Medicina & Chirurgia pro Clyſteribus, Decoctis, Catapl. Fomentis & pluribus aliis. Oleum largiſſime praebet, cujus virtutes admiratione dignae ſunt pro ſtomacho, capite & morbis Matricis. Aqua ipſius eosdem habet uſus ad hujusmodi morbos. Praeterea conficimus exinde Syrupum, ſicut & Salem ex cineribus.

CALTHA flore ſolitario, ex alis foliorum longiſſimo pedunculo prodeunte. *Nobis. Tab.* 22. *Fig.* 1. Eupatoriophalacron foliis anguſtis, rarius dentatis, flore radiato. *Vaill. act. reg. Paris. ann.* 1720. *pag.* 920. Chryſanthemum Zeylanicum foliis anguſtis, rarius dentatis, aſperis, KIRINDYA Zeylanenſium. D. SCHERARD apud *Ray Hiſt. pl. tom.* 3. *pag.* 212. Chryſanthemum ſeminibus in capitulum congeſtis recurvis. *Muſ. Zeyl. pag.* 38. Chryſanthemum Indicum longiſſimis pediculis, folio Bellidis. *Herb. Herm.* KIRINDYA Zeylonenſibus.

Vera

Eupatorium Zeylanicum. L.

CACALIA foliis auriculatis, serratis, supra nigricantibus, infra lanugine alba obductis. Nobis.

Fig. 1. Verbesina calendulacea.

Fig. 2.

CHRYSANTHEMOIDES hirsutum, foliis scabris, oblongis, acutis. Nobis.

Fig. 1.

CALTHA flore solitario, ex alis foliorum longissimo pedunculo prodeunte. Nobis.

Vera haec Calthae ſpecies eſt, quod non ſolum ex floris radiis dentatis, ſed inſuper ex *Hermanni* denominatione conſtat, ubi ipſi tribuit ſemina recurva in capitulum congeſta, ita ut a Chryſanthemo differat; nec ad Bidentem, cujus flores parum radiati, plerumque vero nudi ſunt, cum *Scherardo* referri poſſit. Unde & *Vaill.* novum inde compoſuit genus. Singulari itaque modo florem ſuum gerit haec planta longiſſimo pediculo ex foliorum alis productum, qui ſolitarius provenit radiatus, coloris aurei, calice ſcabro ſquammoſo contentus, & ut videtur, tubuloſo. Folia gerit oblonga, ſcabra & hirta, breviſſimis pediculis inſidentia, integra, oppoſita, forma Bellidis; Caulis eſt hirſutus, ſubrotundus, ad foliorum ortum protuberans: tota denique planta eſt ſcabra & hirſuta admodum.

CAMPANULA Ceilanica, Senecionis folio, flore purpureo. *Alb. Sebae rerum natur. theſ. part.* 1. *Tab.* 22. *Fig.* 12.

CANNACORUS latifolius vulgaris. *Tournef. inſt. pag.* 367. Cannacorus Daun-Taſſibek. *Rumph. Herbar. Ambon. lib.* 8. *cap.* 22. Canna Indica, ſeu Arundo latifolia maxima. *Muſ. Zeyl. pag.* 66. Canna Indica *Rivini p.* 20. & *Sloan. Cat. pl Jam. pag.* 121. ubi plurima habet ſynonyma. Hujus characterem vide accuratiſſime datum a *Linnaeo Charact. plant. pag.* 1. ad CANNAM Katu-Bala. *H. Malab. part.* 11. *Tab.* 43. PUKSARNA PUSSARNA & PUKSARANA Zeylonenſibus.

CAPPARIS ſpinoſa, foliis oblongis. *Muſ. Zeyl. pag.* 7. Capparis Indica, ſpinoſa, anguſtiore Salicis folio. *Plukn. Mantiſſ. pag.* 36. Capparis Zeylanica, duplicatis ſpinis, folio acuto. *Muſ. Petiv. no.* 625. huc ſpectat Cara-Schulli. *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 47.

CAPSICUM Indicum. *Muſ. Zeyl. pag.* 61. Capſicum Indicum. Tſchili *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 8. *cap.* 50. ubi majus rubrum, minus rubrum, & minus flavum depingitur, & deſcribitur. Piper Indicum, vulgatiſſimum *C. B. P. pag.* 132. Solanum mordens, fructu propendente oblongo, craſſo & obtuſo. *Plukn. Almag pag.* 353. ubi plurimae hujus enumerantur ſpecies, ut & apud *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 111. & *ſequent.* & *Hiſt. Jam. part.* 1. *pag.* 290. Vallia-Capo-Molago. *H. Malab. part.* 9. *Tab.* 35. RATHAMIRIS Zeylonenſibus. ejus uſum vide apud *Samuel. Dale. Pharmacol. p.* 245. & characterem apud *Linnaeum in Char. pl. pag.* 51.

CARDAMOMUM Zeylanicum, fructu rotundo nigro, in caulium ſummitate. *Par. Bat. Pr. pag.* 320. & *H. Beaum. pag.* 12. Grana Paradiſi Zeylanica. *Muſ. Zeyl. pag.* 40. Cardamomum fructu nigro rotundo Zeylanicum. *Par. Bat. Pr. App.* Cardamomum rotundum, Cardamom. *Rumph. Herb. Amboin. lib.* 8. *cap.* 12. an Cardamomum maximum *Ger. emac. pag.* 1542? Cardamomum maximum, & Grana Paradiſi. *Park. Theat. pag.* 1576. Grana Paradiſi officinarum, cujus folia ſub Mellegueta in Prodromo deſcripſimus. *C. B. P. pag.* 413. Characterem & uſum vide apud *Samuel. Dale Pharmacol. pag.* 324. & *ſequent.* ALUGHAS Zeylonenſibus.

CARDAMOMUM Zeylanicum, ſylveſtre, aquaticum, acre, ſapore Calami aromatici. *Muſ. Zeyl. pag.* 96. Cardamomum Zeylanicum ſylveſtre aquaticum, *ibidem. pag.* 48. Cardamomum ſylveſtre, quod ab incolis ALAGHAKU dicitur. *Grimm. Labor. Ceyl. pag.* 117. ubi haec habet: Fertiliter creſcit haec planta extra civitatem aulicam *Columbo.* Planta eſt, quae ad viſum *Galangam magnam* repraeſentat. Flores habet jucundos ac odoriferos, ex quibus Conſerva conficitur, quae valde cordialis eſt, atque ſtomachum & caput corroborans &c. Fructus & ſemen magnam Olei abundantiam emittunt ad varios uſus in Medicina, eandemque virtutem obtinent, ac Oleum *Cardam* ALUGHAHAS, ALUGHAHA & ALU Zeylonice dicitur, id eſt Arbor Cineris, quia fructus videntur ſaepe cinere quaſi adſperſi. Semina ſapiunt Cardamomum cum pauxillo piperis conjunctum, creſcit copioſe in paludoſis locis, ut ELATTERI *H. Malab.* quae eleganter exhibetur *Part.* 11. *Tab.* 4, 5, & 6. & ſequenti convenit.

CARDAMOMUM ENSAL dictum. *Muſ. Zeyl. pag.* 66. quod Cardamomum minus & vulgare; de quo vide *Cluſ. lib.* 1. *Aromat. cap.* 24. & *Bont. pag.* 126. ut & *Commel. Fl. Malab. pag.* 18 &c.

CARPINUS Zeylanica, filiculoſa, ſeu arbuſcula Zeylanica filiculoſa Carpino ſimilis. *Muſ. Zeyl. pag.* 53. Aceri vel Paliuro forte affinis arbor, caudice non ramoſo, foliis Sorbi Sylveſtris, floribus pentapetalis, racemoſis, purpureis &c. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 138. HAMPINNA Zeylonenſibus.

CAR-

Ptelea viscosa.

CARPINUS viscosa, Salicis folio integro, oblongo. Nobis.

Carpinus forte viſcoſa, Salicis folio integro, oblongo, *Nobis. Tab.* 23. Carpino ſeu Oſtryae adfinis, anguſto folio non ſerrato Zeylanica. *Par. Bat. Pr. pag.* 360. Arbuſcula Zeylanica, pannoſa, Salicis folio viſcoſo, ſeu Chamaerodendri capſulis inſtar Ulmi foliaceis. *Muſ. Zeyl. pag.* 32. Arbuſcula pannoſa Zeylanica, viſcoſo Salicis folio. *Herb. Herm.* Acer minus fructu orbiculari, Salicis folio Zeylanicum, ſive foliis & fructibus minoribus. *Breyn Prodr.* 2. *pag.* 8. Arbuſcula pannoſa, Zeylanica HERMANNI *ibidem.* Male huic pro ſynonymo additur Fagi foliis alterno poſitu alatis arbuſcula Bisnagarica a *Plukn. in Almag. pag.* 143. Cujus Figura exhibetur in *Phytogr. Tab.* 89. *Fig.* 10. quae Carpino antecedenti magis ſimilis eſt; ſed *Fig.* 1. *Tab.* 141. huic noſtrae quadrat, quae inſcribitur Arbuſcula viſcoſa Elaeagni foliis laete virentibus tricoccos, Americana, alias Ricini fructu Arbuſcula Bermudienſis, foliis longioribus viſcoſis &c. An Saponaria tricoccos, minor Americana, in *Almag. pag.* 43.? Aceri vel Paliuro adfinis anguſto, oblongo Liguſtri folio, flore tetrapetalo herbaceo. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 138. ubi vide reliqua: & *Hiſt. Jam. vol.* 2. *pag.* 27. *pl.* 20. *Tab.* 162. *Fig.* 3. ubi jungitur arbuſculae, quae a *Pluknetio* vocatur Triopteris Indiae Orientalis, ſeu Arbuſcula Amygdalae nanae folio, diſpermos, ſiliqua Thlaspeos Dioſcoridis, ternis amplioribus extantibus alis donata, WAENELLA Zeylonenſibus dicta in *Almag. pag.* 377. Triopteris Jamaicenſis anguſto Salicis folio, fructu minore fuſco. *ibidem.* &c. Miror quod in *Ray tom.* 3. *pag.* 93. *Dendr.* male huic jungatur. Acer minus fructu orbiculari, Salicis folio Braſilianum, ſeu foliis & fructibus majoribus BREYNII, quum a *Breynio* ipſo Acer minus fructu minore (ut ex prioribus patet) arbuſculae noſtrae Zeylanicae jungatur in ſuo *Prodr.* 2. dein in *Ray tom.* 3. *pag.* 6. *Dendr.* haec eadem iterum jungitur Fagi foliis, alterno poſitu alatis, arbuſcula &c. *Pluknetii.* quod ſaepius in illo tomo occurrit, quod ſcilicet una eademque planta bis citetur, & diverſis jungatur ſynonymis.

Quum itaque haec arbuſcula tantis in hac ſcientia viris non bene cognita vel perſpecta fuerit, malui hanc, licet floribus & fructu viduam, juxta *Hermanni* exemplar ex ſuo ipſius Herbario depromptum proponere; quae WAERELLAGHAS Zeylonenſibus audit, & caules vimineos laeves habet, quibus folia oblonga, integra, glabra, ſplendentia, viſco quaſi ſeu glutine obducta, alternatim proveniunt. Salicis formam aemulantia: Facies alias hujus arbuſculae cum Chamaelea haud male convenit, quod per *Pluknetii* denominationem, ubi hanc vocat tricoccam,

coccam, magis adſtruitur, ſed quum flores nec fructus viderim, nihil certi concludere hactenus audeo, quum aliorum auctorum nomina cum hac opinione non ita conſentiant.

CASSIA Fiſtula, Zeylanica. *Muſ. Zeyl. pag.* 21, 28, & 32. quae eſt Caſſia nigra, ſeu fiſtuloſa prima, ſive Caſſia fiſtula, Alexandrina *C. B. P. pag.* 403. & *Fl. Malab. pag.* 19. & *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 145. qui innumera fere habet hujus ſynonyma. & *Hiſt. part.* 2. *pag.* 42. Caſſia Fiſtula. *Rumph. Herb. Amboin. lib.* 2. *cap.* 30. Caſſia fiſtula vulgaris flore luteo. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* Conna. *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 22. ubi vide notas ſubjectas. & *Samuel. Dale Pharmac. pag.* 458. & *Cluſ. aromat. lib.* 1. *cap.* 29. De Arbore Caſſia Zeyl. *Grimm. in Labor. Ceyl. pag.* 119. haec habet: Ex floribus ipſius Conſervam extrahimus, quae ab obſtructionibus renum & Uretherum liberat, & in ipſa Gonorrhaea optimum producit effectum. AEHAELAGHAS, AETTAELAGHAS & AEHALA Zeylonenſibus.

CASSIA ſiliqua quadrangulari. *H. Elth. pag.* 72. *Tab.* 63. quae eſt Senna Orientalis hexaphylla. TALA Zeylonenſibus *H. L. Bat. pag.* 557. ubi deſcriptio & *Muſ. Zeyl. pag.* 58 & 69. Senna Orientalis hexaphylla ſiliquis longis, incurvis, *Tora* Indorum vulgo & *Tachara* Malabarorum. *Plukn. Almag. pag.* 342. & *Mantiſſ. pag.* 170. Galega Indica hexaphyllos, quae Senna herbacea Ceylanica minor hexaphylla. *Amman. H. Boſian. pag.* 15. & *Char. plant. pag.* 402. an Senna minor herbacea plerumque hexaphylla folio obtuſo? *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 148. & *Hiſt. Jam. vol.* 2. *pag.* 47. *pl.* 21. *Tab.* 180. *Fig.* c. &c. Taheara Malabarorum Paiomirioba hexaphylla, Glycyrrhizae foliis. *Petiv. act. Phil. Lond. vol.* 22. *no.* 271. *pl.* 94. TALA & TALAGHAS Zeylonenſium. & *Amm. H. Boſian. pag.* 35. ubi ad Galegam Indicam majorem demandatur. ita ut hujus duae ſint varietates, ſeu, ut alii volunt, ſpecies, major nempe & minor, quod patet ex *Amm. Char. Plant. pag.* 136. ubi Senna Ceylanica hexaphyllos major & minor occurrit. &c. hujus generis characterem exhibet *Linnaeus in char. gener. pl. pag.* 129. Cui ex florum conſenſu, Caſſia, Senna, Chamaecriſta, & Poinciana idem genus eſt.

CAUCALIS Zeylanica, repens, floſculis ſuaverubentibus, *Muſ. Zeyl. pag.* 58. cum qua forte eadem eſt Caucalis, PITTAGHUDDU Zeylonice dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 67.

CEN-

CENTAURIUM minus, Zeylanicum, flore luteo. *Muſ. Zeyl. pag.* 36. an Centaurium minus, aureum, floſculis numeroſis, Æthiopicum. *Plukn. Almag. p.* 94. *Phyt. Tab.* 275. *Fig.* 3?

CERASUS Zeylanica, ſarmentoſa, amara, capreolata, ſeu cornigera, cortice odore Coſti, ſeu violaceo. *Muſ. Zeyl. pag.* 9. Ceraſi fructu arbor Zeylanica, aegoceratos, cortice Coſtum olente HERMANNI apud *Ray tom.* 3. *Dendr. pag.* 45. BUGAETHYAWAEL Zeylonenſibus. Cortex recens Violae Martiae, aut Iridis Florentinae ſpirat odorem, & Coſti Indici loco uſurpatur. *Muſ. Zeyl.* Ab aliis facile diſtinguitur, quod infra ſurculos floriferos duo habeat cornicula tenuia, deorſum reflexa, & revoluta inſtar cornuum arietinorum. *Ray l. cit.*

CERASUS humilis, umbellata, floſculis incarnatis, fructu MORTINGHOS dicto. *Muſ. Zeyl. pag.* 3. Ceraſus humilis, umbellata, floſculis floccoſis, incarnatis, fructu nigro MORTINGHOS dicto. *Muſ. Zeyl. pag.* 14. Ceraſus Zeylanica, fructu MORTINGHOS dicto maximo, *ibidem. pag.* 53. DAM & DANIGHAS Zeylonenſibus. hujus fructus comeduntur.

CERASUS Zeylanica, ſylveſtris, fructu nigro MORTINGHOS dicto major. MAHAMADAN Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 65.

CERASUS Zeylanica, ſylveſtris, fructu nigro MORTINGHOS dicto minor. DANGHEDDI Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 65. an Tinûs infra propoſitae ſpecies hae?

CERATOCEPHALOIDES ſubrotundo folio. *Vaill. act. reg. Pariſ. ann.* 1720. *pag.* 425. quae eſt Bidens Indica, Hieracii foliō, caule alato. *Tournef. inſt. rei herb. pag.* 462. Bellis Zeylanica, aphyllos, foliis crenatis aſſurgens. *Muſ. Zeyl. pag.* 18. an Chryſanthemum caule alato, flore aurantio *ibidem*? & *Parad. Bat. pag.* 125. & in *H. Amſt. tom.* 1. *pag.* 5. ubi icones & deſcriptiones. Vide & *Plukn. Phyt. Tab.* 84. *Fig.* 3. & *Sloan. Cat. Pl. Jam. pag.* 126. ad Chryſanthemum Cannabinum, Americ. alatum, flore aphyllo globoſo, Baccharidis folio. *Breyn Prodr.* 2. *pag.* 32. &c. MUDHAMANA Zeylonenſibus. de cujus ſignificatione vide *Muſ. Zeyl. pag.* 18.

CERATOCEPHALUS Ballotes foliis, ACMELLA dictus. *Vaill. act. reg. Pariſ. ann.* 1720. *pag.* 422. ACMELLA & AHAMELLA. *Muſ. Zeyl. pag.* 17. Chryſanthemum bidens Zeylanicum, flore luteo, Lamii folio. *Breyn.* Filii in *diſſert.* de hac planta. Bidens Urticae folio, Lithontriptica, Zeylanica D. *Petr. Hotton Act. Phil. Lond. n.* 268. *pag.* 760. & apud *Ray tom.* 3. *pag.* 226. ubi ejus deſcriptio, & uſus ad Calculum & Nephritidem egregius indicatur. Bidens Ceilanica, flore luteo, Meliſſae folio, ACMELLA dicta. *Alb. Sebae rerum nat. theſ. part.* 1. *Tab.* 10. & *Tab.* 11. alteram ejus vide ſpeciem. Senecio Indiae Orientalis Ocymi majoris folio profunde crenato. *Plukn. Phyt. Tab.* 315. *Fig.* 2. *Almag. pag.* 343. Chryſanthemum Orientale bidens, ſeu bicorne, Ocymi majoris folio profunde crenato, floribus parvis bullalatis aureis. *Plukn. Amalth. pag.* 57. ubi vide reliqua. AKMELLA Zeylonenſibus vocatur ab *Aka*, quo ſignificatur illud, quod in extremo poſitum eſt, & *Mella* quod morti vicinum eſt. Hujus enim flores & ſemina ſemper quaſi ſemimortua, flaccida, & emarcida apparent, ut explicatur in *Muſ. Zeyl. pag.* 17.

CEREUS ſcandens, arboreus, trigonus, ſpinis inermibus. *Nobis.* Tithymalus Orientalis arboreſcens, triquetrus ſpinoſus ESULA INDICA BONTII. *Muſ. Zeyl. pag.* 56. Eſula Indica apud *Bontium* occurrit deſcripta & expreſſa *lib.* 6. *cap.* 57. *pag.* 153. an Ficoides triangulare articulatum, amplexicaule ſpinis brevibus obſitum. *Plukn. Almag. pag.* 148? qui Cereus Peruvianus amplexicaulis articulatus, fructu rotundo maximo, coccineo. *Par. Bat. Pr. pag.* 322. TALUKGHAHA Zeylonenſibus. Cerei charact. invenitur apud *Linnaeum in char. pl. gen. p.* 139. ad CACTUM.

CHAMAELAEA trifolia, aculeata, floribus ſpicatis. *Nobis. Tab.* 24. Chamaelaea Zeylanica, trifolia, ſpinoſa, fructu parvo, tripartito, croceo, ſapore dulci & acri *Herb. Hert.* Arbuſcula Zeylanica, trifolia, ſpinoſa, fructu tripartito, parvo croceo, ſapore dulci & acri. *Muſ. Zeyl. pag.* 22 & 36. Chamaelaea trifolia, ſpinoſa, & Piper ſylveſtre *ibidem pag.* 22. Chamaelaea trifolia, ſpinoſa, Malabarica. *Muſ. Petiv. Centur. pag.* 8. *Plukn. Tab.* 95. *Fig.* 5. Kaka-Toddaly *H. Malab. part.* 5. *Tab.* 41. cujus folia in ambitu ſunt crenata, unde noſtrae quodammodo varietas eſt. Frutex baccifer, Indicus, ſpinoſus, trifolius, floribus ſpicatis, fructu plano, rotundo, tricocco. *Ray hiſt. plant. pag.* 1612.

Plukn.

CHAMAELAEA trifolia, aculeata, floribus spicatis. Nobis.

Tragia Chamaelea.

CHAMAELAEA foliis linearibus, floribus spicatis, echinato fructu. Nobis.

Plukn. Almag. pag. 202. *Commel. Fl. Malab. pag.* 30. KUDHUMIRIS Zeylonice dicitur, a *Kudhu* ſpina & *Miris* quod Piper denotat, fructus enim Piperis habet acrimoniam, qui vermes enecat & expellit. *Muſ. Zeyl.*

Habet haec arbuſcula caulem viridem, rotundum, aculeis undique obſeſſum, lata baſi albicante provenientibus, & in apicem acutiſſimum reflexum nigrum deſinentibus, e quo folia alternatim eriguntur, longo & valido pediculo, quandoque etiam aculeato innixa, tria numero, bina inferiora ſibi oppoſita, claudente inpari ſummum; quae ſunt ovalia, lanceolata, integra, glabra, ſuperiore laete viridia, inferiore parte pallidiora & fere cinerea. Flores longiſſimis & validiſſimis pediculis, aculeatis quoque proveniunt ſpicati, pentapetali, ſtaminoſi, roſacei, qui fructum dant communiter tricoccum, ſingulo cocco continente ſemen unicum oblongum reniforme. Ludit autem in hiſce aliquando natura, transverſim diſſectis fructibus; inveni quadricapſularem, immo & pentacoccum, ut in *Tabula* etiam *noſtra* notatur. Fructus autem coloris eſt crocei, maculis nigris interpoſitis; ſaporis acerrimi cum quadam dulcedine juncti. Semen colorem habet griſeum, vel cinereum.

CHAMAELAEA foliis linearibus, floſculis ſpicatis, echinato fructu. *Nobis. Tab.* 25. Chamaelaea Zeylanica Eſulae folio anguſto, flore parvo, fructu tripartito. *Herb. Hert.* Tithymalus tenellus, Indicus foliis, Linariae raris. *Muſ. Zeyl. pag.* 32. Ricinoides forte fruteſcens, Linariae foliis obtuſis. *Plumier Catal. pl. Amer. pag.* 20. Cadi-Avanacu. *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 34.

Oritur haec planta radice tenuiſſima, fibroſa, nigricante, caulem emittente rotundum, obſcure viridem, cui folia adcreſcunt alterna, ſolitaria, ex tenui & brevi pedunculo orta, glabra, longa, obtuſa, linearia perfecte, ſuperiore parte viridia, inferiore pallentia, in ambitu leviſſimis & tenuiſſimis dentibus ſeu crenulis ſerrata, quae in *H. Malab.* majores exprimuntur. Floſculi ex foliorum alis, interdum ex ipſo ramo, in ortu proveniunt, ſpicati, minimi, examen in ſiccata fugientes planta, arctiſſime cohaerentes. Poſt hos ſequitur fructus rotundo-triangularis, & tricoccos, echinatus, ſeu ſpinulis undique obſeſſus inermibus, continens, tria ſemina oblonga, cinerea, in ſingulo loculo unicum.

CHENOPODIUM incanum, racemoſum, folio majore, minori oppoſito. *Nobis. Tab.* 26. *Fig.* 1. Atriplex Indica, tomentoſa, incana, Majoranae Venetae foliis. *Muſ. Zeyl. pag.* 2. Atriplex Indica, tomentoſa, racemoſa, Vulvariae folio. *ibidem pag.* 33. Atriplex Indica, tomentoſa, Majoranae Venetae folio. *Herb. Hert.* an Amaranthus Indiae Orientalis minimus, ſupinus, Portulacae folio, floribus in capitulum collectis. *Tournef. inſt. pag.* 236.? Amaranthus Alopecuroides Indicus herbaceus Atriplicis folio. *Breyn Prodr.* 2. *pag.* 13. Scheru-Bula. *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 29. ubi pro Herniariae ſpecie habetur. POLKUDUPALA Zeylonenſibus; a *Polkudu* quo trita medulla, ſeu nucleus Nucis Indicae *Coccos* dictae deſignatur, cui flores nonnihil ſimiles ſunt. *Pala* Blitum ſeu Amaranthum ſignificat.

Ceſpitoſa haec planta ramos undique per terram diſpergit ſemipedales, flexuoſos, tenaces, nec facile fragiles, ad ſingula folia floribus ſuis ubique ornatos. Folia autem alternatim e caulibus egrediuntur breviſſimo innixa pediculo, fere ſeſſilia, oblonga, integra, acuminata, ſuperne viridia & glabra, inferne incana & valde lanuginoſa, quibus in inferiore ramulorum parte foliolum ut plurimum eſt oppoſitum, quod in ſuperiore ramorum parte deſinit & quaſi evaneſcit; Ex ortu foliorum proveniunt floſculi plurimi in racemum oblongum duplicem, aut geminum utcunque collecti, albiſſimi, molles & tomento ſeu lanugine leviſſima obducti, tam arcte ſibi juncti, ut unum capitulum videantur, qui minimi ſunt, apetali, caliculis mollibus contenti, piſtillum ſimplex habentes, qui ſemen dant unicum, orbiculatum, depreſſum, nigrum, ſplendens, tenuiſſima membranula involutum, unde ad Chenopodium proxime pertinet.

CHENOPODIUM viride, vulgare, Alſines folio. *Nobis. Tab.* 26. *Fig.* 2. Parietaria Zeylanica, vulgaris, Alſines folio. *Herb. Hert.* Parietaria Zeylanica. *Muſ. Zeyl. pag.* 30. Blitum forte polygonoides, viride, polyanthos. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 99. & *Hiſt. Jam. part.* 1. *p.* 144. *Tab.* 92. *Fig.* 2. vel Blitum vulgare, minus, ſurrectum. *ibidem Tab.* 3. *Fig.* 2. Caulis hujus plantae eſt latus, ſimplex, ſucculentus, cui folia variae magnitudinis ſine ordine adcreſcunt, ſubrotunda, integra, viridia utrinque, ſubtus venoſa; plurima autem minora circa caulem ponuntur, majus inpar claudit reliqua. Flores ex alis foliorum proveniunt ſpicatim, ſpicis breviſſimis, confertim naſcentibus, horum floſculorum

Fig. 1 Achyranthes lanata.
Lin. spec. plant. 296.

Fig. 1 Illecebrum lanatum.
Linnæi Systema vegetabilium p. 206

Fig. 2. Parietaria Zeylanica Oron. hort. part. 6. p. 802.

Fig. 1.

CHENOPODIUM incanum, racemosum, folio majore, minori opposito. Nobis.

Fig. 2.

CHENOPODIUM viride, vulgare, Alsines folio. Nobis.

rum calix eſt quinquefidus, ſtamina quinque, piſtillum ſimplex, ſemen dantes unicum globoſum, depreſſum, nitidum, nigrum. unde & haec ad Chenopodia pertinet. Quorum character invenitur ap. *Linnaeum in char. pl. pag.* 67.

CHONDRILLA Zeylanica, minor, marina, folio Sinapios. *Muſ. Zeyl. pag.* 22. KADHUPARA Zeylonenſibus. a *Kadu* quod enſem ſeu gladium notat, cui folia ſunt ſimilia, & *Para* quod verbera, alias viam publicam notat. *ibidem.*

CHRISTOPHORIANA Zeylanica, racemoſa, baccis luteſcentibus. *Hart. in Catal. ſemin.*

CHRYSANTHEMOIDES hirſutum, foliis ſcabris, oblongis, acutis. *Nobis. Tab.* 22. *Fig.* 2. Chryſanthemoides Oſteoſpermon, Zeylanicum, folio rigido, flore luteo. *Herb. Hert.* Monilifera hoc genus a *Vaill.* vocatur in *act. reg. Paris.* 1720. *pag.* 373. ubi notas ejus vide characteriſticas. Elegans hic frutex e trunco ſuo firmo, ſcabro, emittit caules rotundos, leviter ſulcatos, ſcabros & villoſos, quibus folia adcreſcunt brevi ex pedunculo, ſcabra, oblonga, acuminata, bina ſibi invicem oppoſita, ſuperiore parte obſcura, inferiore glauca, nervoſa; flores in ſummitate ramorum gerit elegantes, luteos radiatos, diſco ſulphureo, calice ſquammoſo, diſſecto, contentos, poſt quos ſequuntur ſemina oblonga, lapidea; reliqua vide apud *Vaill.* loco citato. cum hac forte convenit

CHRYSANTHEMI ſeu Bellidis ſpecies folio integro, oblongo. *Muſ. Zeyl. pag.* 12. quae RANWANKIKIRINDI Zeylonice audit a *Ran* quod aurum, *Wan* ſimile notat. Flores enim aurei ſunt coloris.

CHRYSANTHEMUM, quae planta humilis, ramoſa, foliis anguſtis, leviter ſerratis, capitulis aphyllis, capitatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 26. an Chryſanthemum parvum, ramoſiſſimum, membranaceo caule Maderaſpatanum *Plukn. Phyt. Tab.* 160. *Fig.* 5. MUDHAMANA Zeylonenſibus.

CHRYSANTHEMUM Indicum minus, *Muſ. Zeyl. pag.* 32. Chryſanthemi ſpecies RANAWAELLA dicta. *ibidem. pag.* 26. *Waiſſunae* Malabaris.

CHRYSANTHEMUM Zeylanicum, foliis guttatis, inciſis. *Petiv. hort. ſicc.* apud *Ray tom.* 3. *append. pag.* 243. Chryſanthemum Americanum, fruteſcens, Balſaminae luteae foliis, nigris maculis punctatis. *Plukn. Phyt. Tab.* 161. *Fig.* 1. Chryſanthemum Curaſſavicum, fruteſcens, Hyperici foliis, nigris punctis notatis. *Par. Bat. Pr. pag.* 323.

CINNAMOMUM foliis latis, ovatis, frugiferum, *Nobis. Tab.* 27. Cinnamomum, ſeu Canella Zeylanica *C. B. P. pag.* 408. & *Herb. Herm.* Laurus Zeylanica, glandifera, folio trinervio, optimum & legitimum Cinnamomum ferens. *Muſ. Zeyl. pag.* 12. Canella Zeylanica cum fructibus nondum maturis. *ibidem pag.* 37. Pianta della Canella *Acoſtae edit. Ital. pag.* 2. Cuurudo *Piſonis Mantiſſ. aromat. pag.* 165. Caſſia Cinnanomea *H. L. Bat. pag.* 129. *& in append. pag.* 655. ejus Figura. Arbor Canellifera Zeylanica, cortice acerrimo ſeu praeſtantiſſimo, qui Cinnamomum officinarum *Breyn Prodr.* 2. *pag.* 17. Canella ſeu Cinnamomum vulgare. *J. B. part.* 1. *lib.* 4. *pag.* 440. vide porro notas ad *H. Malab. part.* 1. *pag.* 110. & *Ray hiſt. pl. tom.* 2. *pag.* 1559 & 1561. *Samuel Dale Pharmacol. pag.* 385 *& ſeq.* Canella a *Garzia* vocatur *lib.* 1. *aromat. cap.* 15. *pag.* 55 *& ſeq.* ubi folii icon peſſime exhibetur. &c. KURUDU quod Zeylonice pronunciatur KURUNDU *Muſ. Zeyl.* ubi dicitur: Ex radicis cortice deſtillatur Camphora, ejusque Oleum; Ex trunci cortice, Oleum Cinnamomi, ex foliis, Oleum Caryophyllorum; Ex fructibus Oleum Junipero ſimile.

Quum Cinnamomi deſcriptio in *H. Malab.* tam accurata & egregia exhibeatur, & apud alios citatos auctores ejus uſus, & modus colligendi abunde inveniatur, de iis, ne nimis exſpatier, hic nihil dico, contentus primo exactiſſimam Zeylonenſis dediſſe Figuram; notatum autem illud volo, quod haec noſtra a Malabarica illa tantum loco natali differat, & multo praeſtantior ſit, ut notat etiam *Cluſ. in lib.* 1. *Aromat. cap.* 15. ad Canellam & *Acoſt. arom. lib. cap.* 8. hujus varietates certe multae in India occurrunt, ut etiam notat Clar. *Hermannus* in *H. L. B.* ita ut licet haec noſtra *H. Malab.* figurae non reſpondeat, ipſum tamen & legitimum ſit Cinnamomum. *Novem Cinnamomi diverſitates* ex ſola Zeylona transmiſſas ſervo, quae foliatura maxime differunt, quas non exhibeo, quia jam delineatae & deſcriptae ſunt *in appendice ad acta Phyſico-Medica Acad. Caeſar. Leopold. natur. curioſ. volum.* 1. *ann.* 1727. *pag. in append. quarta*, & *ſequentibus.* Sequenti modo ibi diſtinguuntur & denominantur.

Prima

Laurus Cinnamomum L.

CINNAMOMUM fôliis latis, ovatis frugiferum. Nobis.

Laurus Cassia L.

CINNAMOMUM perpetuo florens, folio tenuiore, acuto. Nobis.

Prima ſpecies vocatur *Raſſe Coronde* ab indigenis, quaſi dicas, acre, ſuave ac dulce Cinnamomum, quod verum & praeſtantiſſimum habetur Cinnamomum a *Nobis. Tab.* 27. expreſſum. *Altera* ſpecies Cinghalenſibus dicitur *Cahette Coronde*, ſive amarum & adſtringens Cinnamomum, quod numero ſecundo in *actis Medicis* delineatum eſt.
Tertiae ſpeciei Ceilanenſes nomen imponunt *Cappare Coronde*; quod Caphuratum Cinnamomum notat, quia Caphurae ſaporem, odoremque potentiſſimum reddit.
Quarta ſpecies incolis audit *Welle Coronde*, ſive Cinnamomum arenoſum, quia in eo demorſo & manſo quaedam veluti arenulae percipiuntur, etiamſi revera harum penitus ſit expers.
Quintam ſpeciem vocant *Sewel Coronde*. SEWEL autem Ceilanica lingua idem valet, ac ſi diceres mucilaginoſum aut glutinoſum Cinnamomum.
Sextae ſpeciei Ceilanenſes nomen indunt *Nieke Coronde*, quia haec arbor illi, quam *Niekegas* vocant, ſimilis eſt.
Septimae ſpeciei cognomen eſt *Dawel Coronde*, ſive Tympani Cinnamomum, Belg. *Trommel-Caneel.* lignum enim hujus arboris leve, atque tenax ad vaſa & tympana, quae *Dawel* vocant, conficienda adhibetur.
Octava ſpecies inſignitur nomine *Catte Coronde*, CATTE vero Zeylanenſibus idem ſignificat quod SPINA Latinis; truncus enim hujus arboris multis ſpinis horret, unde CINNAMOMUM SPINOSUM dictum.
Nonam ſpeciem appellant *Mael Coronde*, ſive floridum Cinnamomum; quia haec arbor perpetua florum amoenitate viget, & haec proxime accedit illi primae, optimaeque ſpeciei *Raſſe Coronde* dictae, ſed nulli hujus fructus proveniunt, contra atque in laudata prima ſpecie fieri ſolet; cujus ramus florifer ſequenti *noſtrae Tabulae* 28. exhibetur. Commemoratarum autem ſpecierum folia in dictis actis Medicis proponuntur, cum brevi earum deſcriptione. *Cinnamomi* character apud *Linnaeum in char. pl. gener. p.* 120. occurrit. ubi LAURUM, CINNAMOMUM & CAMPHORAM ad idem genus reducit ex florum conſenſu.

CINNAMOMUM perpetuo florens, folio tenuiore, acuto. *Nobis. Tab.* 28. Canella Zeylanica ſylveſtris odore & ſapore Myrrhae, floſculis verticillatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 26. ſeu Laurus Zeylanica glandifera, folio trinervio, pallido, Canellae ſimili, odore & ſapore Myrrhae *ibidem.* Caſſia Cinnamomea, Myrrhae odore, folio trinervi ſubtus caeſio, NICADUWALA

DUWALA Cinghalenſibus dicta. *Plukn. Almag. pag.* 89. Arbor Canellifera, ſylveſtris, Zeylanica, odore & ſapore Lauri vel Myrrhae *Breyn Prodr.* 2. *pag.* 18. Canella ſylveſtris, Malabarica. *Ray H. p.* 1562. & *Fl. Malab. pag.* 17. Canella ſive Cinnamomum vulgare, craſſiore cortice. *J. B. tom.* 1. *lib.* 4. *pag.* 451 &c. Katou Karua *H. Malab. part.* 5. *Tab.* 53. quae loco natali tantum a noſtra differt, DAWALKURUNDU & NIKADAWALU Zeylonenſibus. Quum in *Hermanni Herbario* nulla diſtinctio inter hanc & primam quoad nomen occurrebat, anceps haeſi, quodnam legitimum eſſet Cinnamomum. Auctorum vero denominationes & deſcriptiones, ut & Figuras *H. L. Bat.* & *Malab.* accurate perpendens, prius Cinnamomum legitimum & optimum, hoc vilius & ſylveſtre eſſe puto. quod autem huic in *Muſ. Zeyl.* floſculi verticillati adſcribantur, non communi ſenſu Botanico eſt accipiendum, ſcilicet quod flores circa caules in verticillos collectos gerat, ſed verticillatos id eſt in ſummo caulium vel vertice poſitos, ad differentiam primi, quod flores per caules inter folia diſperſos etiam habeat. An bene an male ominatus fuerim, an vero ſit mas & foemina, ſive florifera & frugifera, ut in Lauris quarum hae ſunt propriae ſpecies, obtinet, peritioribus, & qui vivas eas in loco natali aliquando examinabunt, judicandum relinquo. Quidquid ſit; hoc etiam legitimum eſt Cinnamomum, (licet forte non ita praeſtans ac primum,) ut odor ejus aromaticus, gratus, in foliis contritis teſtatur. A Primo hoc differt, quod folia gerat multo minora, anguſtiora, magis acuta, ſubtus caeſia, bina fere ſemper oppoſita. Flores deinde non per caules ſparſos, ſed in ſummo plurimos collectos, qui ſequenti modo proveniunt. E calice tubuloſo, oblongo, unifolio, lappaceo, ore quinquefido oritur petalum unicum, infundibiliforme, quinquefidum, cum ſtaminibus quinque longitudine petali, & piſtillo unico capitato; Fructus dein infra calicem provenit umbilicatus, bacca monoſperma, ſubrotunda. hujus character etiam invenitur apud *Amman. char. pl. pag.* 320.

Praeter memoratas jam ſpecies, aliae inſuper Cinnamomi diverſitates in Zeylona obſervantur, ut patet ex *Muſ. Zeyl. pag.* 12. ubi KURUDUPAELA occurrit, quod parvum Cinnamomum notat, & KURUDUAETHA quod Cinnamomum frugiferum ſignificat, forte quod hujus ſint mares & foeminae. Sic a *Grimm. in Laborat. Ceyl. pag.* 84. etiam memoratur Arbor Cinnamomi ſylveſtris a Cinghalenſibus WALKURUNDU vocata, a Portugallis *Canell de Matte.* cujus radicis cortex prae-

praeſtantiſſimum eſt Alexipharmacum, attenuans, diſcutiens, putrefactioni reſiſtens, fermentum febrile (ut loquitur) praecipitans, & virtutem ſudoriferam poſſidens. Cortex hic praebet Sal quoddam volatile Oleoſum, quod Myrrhae ſaporem & odorem habet, & potentius adhuc eſt in ſupra dictis affectibus. &c. In genere autem de Cinnamomo haec habet: *in Labor. Ceyl. pag.* 56. Arbor Cinnamomi jure merito Regina omnium arborum vocari meretur &c. Ex floribus enim Aqua, Oleum, Spiritus & Conſerva penetrantiſſima & ſummi uſus in arte Medica, producuntur. Folia nihil fere quoad figuram a Laurinis foliis differunt, ex quibus Pulvis Carminativus in Colicae paſſionibus, Tympanitide, ad tormina inteſtinorum &c. Ex illis etiam aqua, Oleum ſtillat. Syrupus, Ol. coct. ad externos uſus optimum praeparatur. Vires doſis, & uſus ad innumeros morbos ibi latius explicantur. Fructus etiam dant aquam & Oleum fortiſſ. deſtil. & coctum, unde Emplaſtra, & linimenta penetrantiſſima. Spiritus autem harum partium tanquam Balſamum vitae veriſſimum ab eo agnoſcitur, qui morbis capitis, ſtomachi & matricis inprimis inſervit, &c. De cortice hujus arboris nil dico, quum apud plures alios auctores, & ipſum vulgum de ejus incomparabilibus virtutibus ſatis conſtet. Sed praeter haec omnia radix inprimis hujus arboris plurimas offert medicinas, cujus cortex excellentiſſimum eſt Alexipharmacum, & ſudoriferum in morbis venenatis, & malignis efficaciſſimum, quae per deſtillationem, & praeparationem exhibet aquam, & Oleum Camphorae, immo veram Camphoram. Unde Syrupus Camphor. Sp. Vini Camphor. Balſ. ſulph. compl. Tinct. Sulphur. Camphor. & Extractum ex radice optimum in fluxu ventris, & ſimilibus affectibus proficuum; cujus & Electuarium aliis nempe additis inſtar Diaſcordii agit, & Diaſcordium ſpagyricum ab auctore vocatur. Tot tantaeque variae res, & Medicamina ex una hac arbore procedunt, ut juſta ſit occaſio demirandi, qui fit, ut una haec arbor omnigenas nobis medicinas exhibeat. Quaelibet enim pars ſuam profert, & talis eſt omnium inter eas differentia, ut qui earum ignarus fuerit, juramentum praeſtare facile velit, eas ſcilicet ex unica hac arbore provenire non poſſe, ut loquitur egregius ille auctor *pag.* 56. ubi ejus praeparationes incipiunt & deſinunt hujus arboris cum *pag.* 84. Vide & *Philip. Baldeum Hiſtor. Ceylon. cap.* 49.

Ignoſcite Lectores *B.* quod a ſcopo Botanico parum declinaverim, ſed eximia nimis, & magis admiranda videbantur, quam ut ſicco ita pede haec tranſirem. praeſertim cum laudatus hic auctor, & aureus li-

bellus non multis forte notus, & in paucorum manibus verſetur. hujus verus eſt auctor *Grimm.* Suecus, qui diu in Zeylona fuit, licet *Barth. Pielat.* qui latinitate eum, (ut loquitur,) donavit, ejus nomen reticuerit. de quo vide *Act. Lipſiens. ann.* 1682. *pag.* 39.

CLEMATIS Zeylanica HERMANNI. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 46. Flammula, ſive Atragene Zeylanica, ſylveſtris, latifoliae ſimilis. *Breynii ibidem.* & *Sloan. Catal. pl. Jam. pag.* 222. ubi inquiritur, an ſit Clematis latifolia, ſylveſtris, ſive prima *C. B. P.* &c. quae apud *Sloan.* in *Hiſt. Jam. part.* 1. *pag.* 199. *Tab.* 128. *Fig.* 1. & cum reliquis ſuis ſynonymis proponitur *pag.* 84. *Cat. pl. Jam.* ubi ad finem dicitur, in ſylvis vicinas arbores ſcandens, & operiens reperitur. Numero foliorum ſolum ab Europaea differt, quae in Jamaica ſemper terna obſervavi, ideoque, ſi pro diſtincta planta habeatur, per me licebit, quamvis tota facies plantae eadem cum ſuperiori videatur.

CLEMATIS Zeylanica, floribus obſoletis parvis. *Muſ. Zeyl. pag.* 35. Forte eſt Liguſtrum foliis ad internodia ternis, infra deſcriptum & expreſſum.

CLEMATITIS ſpecies radice ampla bulboſa, URULA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 57.

CLERODENDRON folio lato & acuminato. *Nobis. Tab.* 29. Viburnum Zeylanicum, maximum, conjugato oblongo folio, flore albo. *Herb. Hert.* Arbor Zeylanica, *fortunata* quibusdam dicta. *Muſ. Petiv. no.* 870. Planta fortunata PINNA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 59. ubi & alia ſpecies proponitur, quae planta infelix, infortunata, ſeu PINNAKOLA Zeylonenſibus dicitur. *Muſ. Zeyl. pag.* 25 & 59. quam in *Herb. Herman.* ſub nomine PINNAKOLA ſeu *infortunata* etiam inveni, ſed ut verum fatear, quae a priori nil niſi folii rotundiore & magis cordata figura differt, caeterum in omnibus eadem. Quaeque foliatura, ſed majore, ut & toto habitu maxime convenit cum *Pluknetii Tab.* 211. *Fig.* 4. ubi vocatur Periclymeni ſimilis, Myrtifolia arbor Maderaspatana. huc & forte ſpectat Arbor Baccifera, flore luteo, monopetalo, difformi, fructu ſphaerico, nigricante, monopyreno. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 170. huc pertinet Peragu *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 25. Qui eſt frutex baccifer, Malabaricus, floribus pentapetalis, binis, una bacca nigra in calice ſtelliformiter expanſo. *Ray. hiſt. pag.* 1571. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 31.

Noſtrae

Clerodendrum infortunatum L.

CLERODENDRON folio lato & acuminato. Nobis.

Noſtrae plantae rami ſunt obtuſi, tetragoni, ſcabri, folia oppoſita, petiolis longis inſidentia, cordata, venoſa, ſcabra, per marginem integra, inferiora lata, leviter acuminata, ſuperiora prope caulem floriferum anguſtiora, & acutiora.

Florum racemus caulem terminat, qui conſtat ramulo recto cum lateralibus per Dycotomiam diviſis, quibus inſident flores, quorum calix eſt patens, ampliatus, erectus, ſemiquinquefidus, laciniis acuminatis, perpetuus, ad maturitatem fructus excreſcens. Petalum floris eſt unicum, tubo longiſſimo tereti erecto, limbis bilabiatis, galea bifida, reflexa, barba trifida, pendula, ſtamina ſunt quatuor petalo longiora, capillacea, reflexa, & pendula apicibus lateralibus.

Piſtillum floris eſt unicum petalo longius, etiam pendulum & reflexum. Fructus fit bacca, nucleum continens ſolitarium. Flos hujus plantae cum perſonatis *Tournefortii*, & monopetalis irregularibus *Rivini* convenit, ſed ab omnibus aliis mihi hactenus cognitis plantis differt, unde novum vocabulum graeca denominatione deſumptum, quod latinis *Arborem fortunatam* notat, ipſi indimus, & re vera novum eſt genus. Cujus characterem *Linnaeus in Char. pl. gen. pag.* 186. ſequenti modo definit.

CAL: *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, laciniis ovato-acutis, tubo corollae latioribus, perſiſtentibus.

COR: Monopetala ringens. *Tubus* tenuis, longus, labium ſuperius concavum, erectum, bifidum, obtuſum. Labium inferius ejusdem longitudinis, tripartitum, reflexum, obtuſum, laciniis omnibus aequalibus.

STAM: *Filamenta* quatuor filiformia, corolla multo longiora, quorum duo breviora; *Antherae* ſimplices.

PIST: *Germen* ſubrotundum. *Stylus* figura, longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* ſimplex.

PER. *Drupa* ſubrotunda, calici magno inpoſita.

SEM: unicum, ſubrotundum.

COLCHICUM Zeylanicum, flore Violae odore & colore ephemero. *Par. Bat. Pr. pag.* 324. Colchicum Zeylanicum HERMANNI *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 35. Colchicum Zeylanicum, flore ephemero, violaceo, odorato. *Amm. H. Boſian pag.* 9. Zedoaria radice rotunda *H. Beaum. pag.* 14. Zedoaria radice rotunda officin. *Breynii* apud *Ray tom.* 3. *pag.* 648. ubi pro Malan-Kua *H. Malab. part.* 11. *Tab.* 9. habetur. quae

apud *Plukn. Almag, pag.* 397. cum Zedoaria rotunda *C. B. P. pag.* 36. jungitur. quae eſt Zedoaria, tuberoſa, nigricans *ejusdem ibidem.* de qua *Samuel Dale in Pharmac. pag.* 328. dicit: Zedoaria longa & rotunda non aliter inter ſeſe differre nobis videntur, quam quod ejusdem radicis partes ſint diverſae. & apud *Ray tom.* 3. *pag.* 561. ex Boccone obſervatione legitur, Colchici radicem ſeu bulbum recentem collo alligatam, ita ut ſupra pectus dependeret, & carnem nudam tangeret, efficax, & ſalutare remedium fuiſſe adverſus peſtem anno 1680. in Germania ſaevientem &c. MAHA-KALUWA Zeylonenſibus. BLOK-ZEDOAR Belgis.

COLOCASIAE ſeu Fabae Ægyptiae, veterum flos *C. B. P. Muſ. Zeyl. pag.* 37. quae eſt Colocaſia, ſeu Faba Ægyptia veterum, Dioſcor. *C. B. Pin. pag.* 196. &c.

Colocasia, quod Arum Indicum COLOCASIA dictum, pediculis atris. *Muſ Zeyl. pag.* 56. Arum Zeylanicum, minus, Colocaſiae facie, pediculis punicantibus. *Par. Bat. Pr. pag.* 314. & *Par. Bat. pag.* 77. Arum Ceylonicum, minus, cauliculis nigricantibus, foliis Colocaſiae ſimilibus. *Cat. Hort. Med. Amſt. pag.* 37. GHAHALA Zeylonenſibus.

Colocasia, quod Arum Zeylanicum, minus, cauliculis viridantibus. *Par. Bat. pag.* 77. Arum Ceylonicum, minus, cauliculis viridantibus, foliis Colocaſiae ſimilibus. *J. Commel. Cat. Hort. Med. Amſt. pag.* 37. Arum minus, Nymphaeae foliis eſculentum. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 62. & *Tournef. inſt. pag.* 159.

Colocasia, quod Arum maximum, Ceylonicum, radice craſſa, longa, rotunda, geniculata Colocaſiae folio, Wela-Ila. *H. Malab. part.* 13. *nondum edit. in Catal. Hort. Med. Amſt. pag.* 37. & *Fl. Malab. pag.* 9. ubi Arum paluſtre, Malabaricum, folio Nymphaeae, radice arundinacea, vocatur, & in notis ad *H. Malab. part.* 11. *pag.* 43.

Colocasia ſtrongylorrhiza, Zeylanica, pediculis & foliorum limbis atro puniceis. *Par. Bat. pag.* 85. Arum maximum, Ceylonicum, cauliculis nigricantibus. *J. Commel. Cat. Hort. Med. Amſt. pag.* 37. Arum maximum, Ægyptiacum, quod vulgo Colocaſia, cauliculis nigricantibus Zeylanicum. *H. L. B. pag.* 60.

Colo-

Colocasia WALGHAHALA dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 66. an Arum maximum, Ægyptiacum, quod vulgo Colocaſia *C. B. P. pag.* 195? cujus in *Sloan. Catal. pl. Jam. pag.* 61. plurima enumerantur ſynonyma, & quae a prima citata Colocaſia ſeparatur a *C. B. P. in pag.* 195. Arum Ægyptiacum, Caladium ſativum, Kelady. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 8. *cap.* 84.

COLUTEA Indica, humilis, ex qua Indigo folio viridi, *Muſ. Zeyl. pag.* 32. & *Par. Bat. Pr. pag.* 325. Colutea Indica, herbacea, ex qua Indigo. *H. L. Bat. pag.* 168. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 21. ubi plura ſynonyma. Polygala Indica, ex qua Indigo minor HIN-AWARU Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 93. Ameri *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 54. ubi vide notas ſubjectas. Anil ſive Indigo Indica. *Moris hiſt. part.* 2. *pag.* 202. Anil ſive Nil Indorum color. *J. B. tom.* 2. *lib.* 22. *pag.* 945. Coachera prima *Piſonis lib.* 4. *pag.* 198. Indicum Tawon Anyl. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 8. *cap.* 29. Sesban Aniliferum, Indicum, Coronillae foliis vel Indigo Indica *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 91. ubi notas vide hujus characteriſticas. Coronilla Indica, ex qua Indigo. *Flor. Norimb. p.* 124. vide & *Ray hiſt. pl. part.* 1. *pag.* 926. & *Act. Phil. Lond. vol.* 22. *no.* 267. *pl.* 57. Ornithopodium Indicum, herbaceum, Coronillae foliis ex qua Indigo. *Hert. Catal. ſeminum.* Coluteae affinis fruticoſa, floribus ſpicatis, purpuraſcentibus, ſiliquis incurvis, e cujus tinctura Indigo conficitur. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 141. qui & alia habet ſynonyma. AVARU & AWARU Zeylonenſibus, & minor ſpecies HIN-AWARU dicitur, quae ſaepius pro diverſo coelo, & ſolo differunt, licet revera eaedem ſint plantae.

Colutea Zeylanica, maxima, ſiliquoſa, tota incana, grano rotundo, globoſo, *Muſ. Zeyl. pag.* 54. Colutea Zeylanica, marina, foliis argenteis, floribus luteis, ſiliquis teretibus, articulatis, ſeminibus globoſis, ſpadiceis, *Amm. H. Boſian. pag.* 9. vide infra ad CORONILLAM.

COMMELINA paludoſa, latifolia. *Nobis. Tab.* 20. *Fig.* 2. Gramen Zeylanicum, latifolium, flore coeruleo, ſtellato. *Herb. Herm.* Gramen paludoſum, flore coeruleo. *Muſ. Zeyl. pag.* 16. & Gramen flore coeruleo. *ibidem pag.* 25. hujus etiam mentio fit in *H. L. Bat. pag.* 232. a *Plumier* in *novis plantar. gener. pag.* 48. novo proponitur nomine in memoriam Clariſſimor. COMMELINORUM COMMELINA hoc genus.

nus. ubi inter notas characteriſticas dicit, quod flores gerat dipetalos, quum tripetali obſerventur, ut a Clariſſ. *Dillenio* etiam bene notatur in *H. Elth. pag.* 91. ubi tres *Commelinae* ſpecies eleganter delineatae, & depictae habentur. DIAMENERYA haec noſtra Zeylonice dicitur, & a Medicis inter aquea, & refrigerantia numeratur, & ejus ſuccus cum lacte vaccino datus movet urinam, ut notatur in *Muſ. Zeyl pag.* 16.

Uliginoſa amat haec planta loca, caule innitens ſungoſo, glabro, herbaceo, ubi folia emittit, nodoſo, ſeu potius, ubi folia erumpunt, folliculus membranaceus ei circumcreſcit, qui folio pro pediculo inſervit, ex quo illud continuatur, & erigitur, quod ſcabrum eſt, latum & acutum, alternatim proveniens.

Flores in ſummitate proveniunt ex folio lato, concavo, tanquam in concha primo occluſi, aperti dein tenui pediculo ex illo eriguntur coerulei, ſtellati, tripetali, calice tripetalo inſidentes, e cujus medio ſurgit piſtillum, quod deinde abit in fructum membranaceum, triloculärem, ſingulo loculo ſemen ſubrotundum continentem.

COMMELINA repens, folio ſubrotundo, obtuſo. *Nobis.* an Commelina procumbens, annua, Saponariae folio. *Dillen. H. Elth. pag.* 93. *Tab.* 78. *Fig.* 89? Ephemerum Indicum, bipetalum, procumbens, obtuſo folio, pediculo alato. *Par. Bat. pag.* 150. & *Ray tom.* 3. *pag.* 566. Ephemerum Benghalenſe, ſerpens, folio ſubrotundo, brevi, phalangoides. *Plukn Phyt. Tab.* 27. *Fig* 3. Arundinella, Sayor Bubu *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 10. *cap.* 17. Hujus generis character exacte exhibetur a *Linnaeo in Char. gener. plant. pag.* 11.

CONVOLVULUS Zeylanicus, hirſutus, foliis Pedis Tigridis in modum, ſeu quinque profundas lacinias diviſis. *Muſ. Zeyl. pag.* 12. Convolvulus Indicus, Pes Tigrinus dictus, minor, & hirſutus. *Par. Bat. Pr. pag.* 326. Convolvulus Zeylanicus, villoſus, pentaphyllus, & heptaphyllus, minor, Pes Tigrinus dictus. *H L. Bat. pag.* 184. ubi ejus deſcriptio, & *pag.* 187. ejus Figura. quae etiam proſtat in *Ephemer. curioſ. anni* 4 & 5ti *pag.* 136. Convolvulus heptaphyllus, Indicus, villoſus. *Breyn. Prodr.* 1 *pag.* 33. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 22. Convolvulus pentaphyllus, hirſutus. *Plumier. Catal. pl. Amer. pag.* 1. Volubilis Zeylanica, Pes Tigrinus dicta *H. Elth. pag.* 429. *Tab.* 318. *Fig.* 411. Pulli-Schovadi. *H. Malab. part.* 11. *Tab.* 59. DUVIPAHURU

&

& DUVIPASSURI Zeylonenſibus, a *Duvi*, quod Tigrim, & *Pail*, quod pedem notat. Folia enim Tigridis pedem referunt.

Convolvulus Indicus, Pes Tigrinus dictus, major, & glaber. *Par. Bat. Pr. pag.* 327. an Convolvulus quinquefolius, glaber, Americanus *Plukn. Phyt. Tab.* 167. *Fig.* 6? qui eſt Convolvulus pentaphyllus, folio glabro, dentato, viticulis hirſutis. *Plum. Cat. pl. Amer. pag.* 1. varias Convolvuli ſpecies habet *Rumph. in Herb. Ambon. lib.* 9. *cap.* 55. ad 60.

Convolvulus Zeylanicus, alatus, maximus, foliis Ibiſco non nihil ſimilibus, anguloſis. *H. L. Bat. pag.* 177. & *ſeq.* ubi deſcriptio, & elegans Figura. Turbith Arabum legitimum, & officinarum, *Muſ. Zeyl. pag.* 26. Turpethum repens folio Althaeae, vel Indicum *C. B. P. pag.* 109. Turbith Officinarum & Garciae atque Acoſtae apud *Breyn Prodr.* 2. *pag.* 101. Turpetum verum, ſeu album Cleyeri *ibidem* & apud *Plukn. Mantiſſ. pag.* 53. ubi inquiritur, an veteribus Graecis notum & variae de hujus radice opiniones proponuntur. Convolvulus Indicus, ampliſſimo ſubrotundo folio, caule alato, Turbith ſeu Tiguar Garciae quibusdam putatus. *Ray tom.* 3. *pag.* 373. vide & *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 56. ad Convolvulum Althaeae folio Cluſii &c.
Turbith TIRASTAWALU *Grimm. Labor. Ceyl. pag.* 122. ubi haec habet: Colligitur etiam extra Columbo, creſcit non ſecus ac CONVOLVULUS. Folia ipſius Malvae ſunt ſimilia, ſubtusque contacta lenia ſentiuntur. Semen etiam veluti arbor Belgice WINDE, Gallice *Liſet* dicta, continet, eſt rotundum atque nigrum, inſtar grani Piperis in certis quibusdam loculis incluſum jacens. Radix mediocriter eſt longa, contorta, & reſinoſa, de cujus virtutibus vide *Samuel Dale Pharmacol. pag.* 257. & *Cluſ. exot. cap.* 36. *lib.* 1. *pag.* 206. TIRASTAWALU Zeylonice audit.

Convolvulus lacteſcens, KIRIMANDI dictus. *Muſ. Zeyl. pag.* 45.

Convolvulus maritimus, Zeylanicus, folio craſſo, cordiformi. *H. L. Bat. pag.* 174. ubi icon & deſcriptio. *Commel. Fl. Malab. pag.* 22. & *Par. Bat. Pr. pag.* 325. Convolvulus maritimus, Zeylanicus, folio craſſo, cordiformi, flore roſeo. *Muſ. Zeyl. pag.* 55. Convolvulus maritimus, Zeylanicus, folio craſſo, bifido, ſeu cordato. *Herm. Flor. Lugd. Bat. pag.* 75. Convolvulus, marinus, catharticus, folio rotundo, *Plum. Sloan. Cat.*

Cat. pl. Jam. pag. 57. & *Hiſt. Jam. part.* 1. *pag.* 155. *Plumier. Catal. pl. Amer. pag.* 1. Soldanella Malabarica, cordato folio. *Petiv. Muſ. no.* 98. Schovanna-Adamboe. *H. Malab. part.* 11. *Tab.* 57. vide porro *Ray tom.* 2. *pag.* 188. & *tom.* 3. *pag.* 371. ut & *Plukn. Phyt. Tab.* 24. *Fig.* 4. BINTAMBURU Zeylonenſibus.

Convolvulus marinus, Indicus, repens, macrorizos, folio bifido, craſſo, flore roſeo, amplo, BINTAMBURUWAEL Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 39. Convolvulus Zeylanicus, terreſtris, flore amplo, radice Salſaeparillae ſimili, gummoſa. *Muſ. Zeyl. pag.* 61. varietas haec eſt Convolvuli maritimi folio craſſo cordiformi &c. ut patet, ſi hujus deſcriptio in *H. L. Bat.* facta, cum illa comparetur.

Convolvulus Zeylanicus, gracilis, tenuifolius APAS & APATHUAETHA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 39.

Convolvulus Indicus, Cantabricae folio latiori, floribus albis. *Muſ. Zeyl. pag.* 43. Phaſeolus ſylvaticus, paludoſus. *ibidem.* APAHU Zeylonice.

Convolvuli latifolii ſpecies PATIPALAE dicti *Muſ. Zeyl. pag.* 44 & 60.

Convolvulus Zeylanicus, medius, ſemine hirſuto GHIRITILLA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 52. Convolvulus fructu carnoſo GHIRITILLA dictus. *ibidem pag.* 53.

Convolvulus Zeylanicus, idem, major, ſemine glabro. *Muſ. Zeyl. pag.* 52.

Convolvulus Zeyl. idem, maximus, ſemine hirſuto. *ibidem.*

Convolvulus Zeyl. maximus, ſemine hirſuto, alato. *ibidem.*

Convolvulus Zeyl. idem, minimus, ſemine hirſuto. *ibidem.*

Convolvulus Zeyl. idem, major, ſemine hirſuto. *ibidem pag.* 53.

Convolvulus Zeyl. idem, medius, hirſutiſſimus. *ibidem.*

Convolvulus Indicus, maximus, capreolatus, tuberoſus, foliis profunde inciſis ſeu tripartitis. *Muſ. Zeyl. pag.* 63. Modecca. *H. Malab. part.* 8. *Tab.* 20. Flos paſſionis ſpurius, Malabaricus, quinquefido folio primus,

mus, ſive ſpinoſus, fructu rotundo. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 48. ubi vide notas characteriſticas. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 29. Modecca fructu majore, flore ex albo flaveſcente. *Par. Bat. Pr. pag.* 354.

Convolvulus Indicus, capreolis donatus, foliis Bryoniae albae diviſuris, Sandaracae colorem referentibus, floribus ſtriatis, per limbum flavis, & in collo ex viridi albicantibus, Kindici-Valli. *H. Malab. part.* 8. *Tab.* 27. TODWALLEWEL Zeylonenſibus dictus. *Plukn. Mantiſſ. pag.* 55.

Convolvulus Zeylanicus, folio ſagittato. *Muſ. Zeyl. pag.* 64. Convolvulus Sagittariae folio, flore purpureo. *Plukn. Phyt. Tab.* 85. *Fig.* 3. Tala-Neli *H. Malab. part.* 11. *Tab.* 55. ubi in notis, Convolvulus Malabaricus, anguſto folio, flore variegato, vocatur. vide & *Fl. Malab. pag.* 22. an Convolvulus minimus, anguſto, auriculato folio. *Boccon. Muſ. Tab.* 33? qui eſt Convolvulus Graecus, Sagittae foliis, flore albo *Tournef. Cor. pag.* 1.

Convolvulus Zeylanicus, hirſutus, folio Hepaticae trilobatae, floribus pluribus in capitulo junctis. *Par. Bat. Pr. pag.* 327. Convolvulus Zeylanicus, hirſutus, folio Hepaticae nobilis. *Muſ. Zeyl. pag.* 65. & *Par. Bat. App. pag.* 6. Convolvulus Indicus, villoſus, Hederae folio tripartito, flore coeruleo. *H. L. Bat. pag.* 182. ubi ejus deſcriptio. Convolvulus folio hederaceo, anguloſo, lanuginoſo, flore magno, coeruleo, patulo. *Sloan. Catal. pl. Jam. pag.* 56. ubi plurima habet ſynonyma.

Convolvulus folio piloſo, BOMI Zeylonenſibus dictus. *Muſ. Zeyl. pag.* 26. an Convolvulus Jamaïcenſis, trilobatus, foliis tomentoſa lanugine denſiori & leviſſima utrinque obductis, flore peramoene purpureo? *Pluknet. Phyt. Tab.* 167. *Fig.* 4. qui eſt Convolvulus folio lanato, in tres lacinias diviſo, flore oblongo purpureo. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 55.

Convolvulus Zeylanicus, major, folio ſubrotundo, cauliculis ſpinulis inermibus obſeſſis. *Nobis.* ex ſeminibus Ceylon: nobis ante duos annos progerminavit. Folia ſunt inſtar Convolvuli vulgaris majoris, caules ſpinulis albicantibus hinc inde obſiti, flores non dedit. a *Plukenetio* in omnibus huic conveniens, & ut puto, idem exprimitur in *Phyt. Tab.* 276. *Fig.* 3. qui eſt Convolvulus Americanus, ſubrotundis foliis,

viticulis ſpinoſis in *Almag. pag.* 115. ubi reliqua ejus inveniuntur ſynonyma & ſingularis virtus ad Luem Veneream. in *Mantiſſ.* vero vocatur Convolvulus maximus, caule ſpinulis obtuſis obſito, flore albo, folio hederaceo, anguloſo. *pag.* 54.

Convolvulus flore minore, lacteo, fundo atro rubente. *Dillen. H. Elth. pag.* 98. *Tab.* 83. Convolvulus Zeylanicus, folio Aſari, flore albo, macula purpurea notato. *ibidem.* Convolvulus Scammonii folio, ſubrotundo, flore albo, umbone nigro, Curaſſavicus. *Par. Bat. App. pag.* 6.

Convolvulus Zeylanicus, folio ſerrato, flore parvo, albo, macula purpurea notato. *Hert. Catal. ſemin.* Convolvuli characterem vide apud *Linnaeum in Char. gen. pl. pag.* 47.

An Convolvuli ſpecies alia? *Muſ. Zeyl. pag.* 27. quae eſt planta ſcandens, folio Convolvuli obtuſo, umbilicato. *ibidem. pag.* 21. KAHIPISSAN Zeylonenſibus. *Kahi* tuſſim notat, *Piſſan* fatuum. ſuccus enim foliorum aquae inſtillatus facit eam quaſi molliter concreſcere ad formam Ficus Indicae *Piſſan* vocatae. *Muſ. Zeyl. pag.* 21. quod optimum ſine dubio ad tuſſim eſt remedium, unde & dubito, an non haec ſit illa Smilacis ſpecies, cujus radix *Hermanno* per excellentiam Aſthmatica vocatur, quam vide infra ad Smilacem.

CONYZA arbor Zeylonenſis, ſubrotundo folio, maxime tomentoſo. *Plukn. Amalth. pag.* 64. an Conyza arbor, Helenoides, ſive Inſulae St. Helenae, Salviae crenatis foliis, prona parte alba lanugine incanis, Balſamifera? *Plukn. Mantiſſ. pag.* 56.

Conyza Indica, villoſa, mollis, odorata, acris, flore purpureo pappoſo, DADHAKAEHAEL Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 41.

CORALLODENDRON triphyllum, Americanum, ſpinoſum, flore ruberrimo. *Tournef. inſt. pag.* 661. Siliqua ſylveſtris, ſpinoſa, Arbor Indica, CORALL dicta, fructu rubicundo. *Muſ. Zeyl. pag.* 49. & *C. B. P. pag.* 402. Coral arbor ſpinoſa, Orientalis, fructu obſcure rubente. *Par. Bat. Pr. pag.* 327. *Commel. Fl. Malab. pag.* 23. Arbor Corall *H. Amſt. part.* 1. *pag.* 211. quem vide, ut & notas ad *H. Malab. part.* 6. *Tab.* 7. ubi Mouricu vocatur. Arbor ſabifera, *Boa Tincking* dicta

dicta *Bontii pag.* 134. & *H. Beaum. pag.* 14. Gelala littorea, Gelalapantey. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 3. *cap.* 33. Phaseolis accedens *Corall* arbor, spinosa, Orientalis, fructu obscure rubente. *Plukn. Almag. pag.* 293. ubi vide reliqua ejus synonyma; nec non apud *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 142. ad Corall arbor *Clusii hist. rar. pl. append. pag.* 253. ERABUDU & ERABUDUGHAHA Zeylonensibus. Haec species est spinis ex albo virentibus, & seminibus rubentibus. quae Corallina Ceylanica, & Javanica vocatur ab *Amman. in Hort. Bosian. pag.* 9. ubi haec addit. Sunt arbores peregrinae, spinosae, semina in siliquis oblongo-rotunda ferentes, quae habent colorem quodammodo Corallorum, quem *Clusius pag.* 253. cum *Ferrario* in *cultur. pag.* 380. ob denegatam autopsiam floribus perperam tribuit. Caeterum Figura Clusii cum arbore nostra Ceylanica exacte convenit. *Amm.*

CORALLODENDRON triphyllum, Americanum, minus, spinis, & seminibus nigricantibus. *Tournef. inst. pag.* 661. CORALL arbor spinosa, seminibus & spinis nigricantibus. *Par. Bat. Pr. pag.* 327. CORALL arbor, siliquosa, minor, spinis, & seminibus nigricantibus. *H. L. Bat. pag.* 189. Gelala Itam *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 3. *cap.* 35. Phaseolis accedens utriusque Indiae, *Corall* angustifolia, spinosissima, fructu tenuiore, atro-nitente. *Plukn. Almag. pag.* 293. ubi vide reliqua ut & *Ray. hist. pag.* 1736. JACERABUDU haec Zeylonensibus dicitur.

CORCHORUS, quod Erysimum latifolium, Sesami siliquis. *Mus. Zeyl. pag.* 31.

CORCHORUS folio auriculato, rotundiore, Zeylanicus. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 36. Alceae cibariae affinis, Orientalis, brevioribus foliis, flore flavo, fructu caryophylloide, longiori. *Plukn. Almag. pag.* 18.

COR INDUM, sive Halicacabum peregrinum, minus. *H. L. Bat. pag.* 190. Corindum folio & fructu minore. *Tournef. inst. pag.* 431. Pisum vesicarium, fructu nigro macula alba notato, Indicum. *Mus. Zeyl. pag.* 5. & *Herb. Herm.* Pisum Cordatum. *H. Eyst. Æst. ord.* 13. *Fol.* 11. *Fig.* 1. Halicacabus peregrinus Utta Malu. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 10. *cap.* 44. Halicacabum Indicum, tricoccon, fructu nigro, minore, Lunula alba signato. *Plukn. Almag. pag.* 120. Pisum decimum, sive vesicarium fructu nigro, alba macula notato. *C. B. P. pag.* 343. & *Sloan. Cat. pl. Jam.*

pag. 110. ubi plurima hujus occurrunt ſynonyma. vide & *Hiſt. Jam. part.* 1. *pag.* 238. PENALA Zeylonenſibus. Ex hujus foliis incolae lavamen conficiunt, quo capitis dolorem, ac ardorem ſedare contendunt. *Muſ. Zeyl. pag.* 5.

Cor Indum, ampliore folio, fructu majore. *Tournef. inſt. pag.* 431. & *Fl. Malab. pag.* 23. Cor Indum, ſive Halicacabum, peregrinum, fructu majore. *Plukn. Almag. pag.* 120. Piſum veſicarium, fructu nigro, macula alba notato, majus. *Muſ. Zeyl. pag.* 42. Ulmja *H. Malab. part.* 8. *Tab.* 28. MAHAPENALA Zeylonenſibus. *Maha* majus notat. Characterem hujus generis vide apud *Amm. Ch. pl. pag.* 518 & 519. *Tournef. pag.* 431. & *Linnaeum in char. gen. pl. pag.* 117. ubi *Cardioſpermum* optime vocatur.

CORNUS Zeylanica, KIRIWALLA dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 65.

Cornus ſylveſtris, foliis croceum colorem tingentibus, floſculis ad foliorum alas globoſis. *Nobis. Tab.* 30. Rhamnus Zeylanicus, baccifer, foliis conjugatis, floribus coeruleis, WALIKAHA Cinghalenſibus. *Herb. Hert.* Crocus Zeylanicus, ſylvaticus, ſeu arbor WALIKAHU *Muſ. Zeyl. pag.* 7. Arbuſcula Zeylanica, baccifera, cujus folia Croci vires ſupplent. *ibidem pag.* 4. WALIKAHA Zeylonice dicitur a *Wali*, quod arenam notat, & *Kaha* quod Crocum, quaſi Crocus arenoſus. Creſcunt autem hae arbuſculae locis arenoſis, quarum folia ſiccata ex viridi in croceum transmutantur colorem, vicemque Croci incolis ſupplent. *Muſ. Zeyl. pag.* 4.

Caulis hujus arbuſculae eſt teres, anguſtus, ſecundum annos genicula gerens, flexilis, albicans, folia dans oppoſita, ovata, integerrima, utrinque glabra, petiolis bilinealibus affixa; in ſingula ala prodit petiolus ſemiuncialis, flores plurimos ſuſtentans, quorum calix eſt minutiſſimus, ſemiquadrifidus, obtuſus, patulus; petala florum quatuor minima; ſtamina itidem quatuor, & piſtillum unicum. Fructus, qui bacca eſt, deeſt noſtrae plantae.

Cornus Zeylanica, ſylveſtris, altera KORAKAHA dicta. *Nobis. Tab.* 31. Crocus Zeylanica, arbor ſylveſtris, KORAKAHA dicta. *Herb. Herm.* Crocus Zeylanicus, alter, ſylvaticus, ſeu arbor KORRAKAHU. *Muſ. Zeyl. pag.* 40.

Ex trunco hujus arboris rami provenientes cortice cinereo in validioribus,

Memecylon capitellatum L. Ins. Zeylanischen Baumen.

CORNUS sylvestris, folus croceum colorem tin- gentibus flosculis ad foliorum alas globosis. Nobis.

Memecylon umbellatum L.

CORNUS Zeylanica, sylvestris, altera KORAKAHA dicta. Nobis.

Galega purpurea. L.

CORONILLA Zeylanica, herbacea, flore purpurascente.

ribus, in tenerioribus albicante teguntur, qui in infima parte, ubi nulla locantur folia, flores ſuos gerunt collectos, in umbellas parvas quaſi diſpoſitos, ex uno centro ſingula umbellula proveniente.
Flores tenuiſſimis oriuntur pediculis, calicibus quadrifoliis contenti, dum clauſi, ſphaerica forma, aperti vero ſtellati, ex quatuor foliolis cum quatuor longiſſimis ſtaminibus, in ſummo apices flavos habentibus, conſtant, quid porro de fructibus ſit, qui deſunt, nihil determino.
Ad medium circiter ramorum, ubi hi floſculi deſinunt, ramificationes duae folioſae proveniunt, e quibus folia proveniunt bina ſemper oppoſita, ovalia, glabra, viridia, brevibus, nigricantibus pediculis innixa, quae an croceum etiam tingant colorem, & ejus loco uſurpentur, ut in antecedenti ſpecie, dubito, quum nulla hujus fiat mentio, & aquae ferventi infuſa colorem ſuum retinent, nec aquam tingunt.
Crocus tamen ſylveſtris arbor ab *Hermanno* vocatur, ob ſimilitudinem forte, quam cum altera habet ſpecie, hujus generis characterem vide apud *Linnaeum in charact. gener. plant. pag.* 29.

CORONILLA Zeylanica, argentea, tota. *Boerh. Ind. H. L. B. tom.* 2. *pag.* 50. Colutea Zeylanica, argentea, tota. *H. L. Bat. pag.* 169. ubi icon & deſcriptio. Colutea Zeylanica, argentea, latifolia. *Par. Bat. Pr. pag.* 325. *Muſ. Zeyl. pag.* 11 & 31. *Amm. Char. pl. pag.* 137. Ervum, ſive Orobus arboreſcens, incanus, Glycyrrhizae folio, flore luteo, ſpicato. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 43. MUNDAMURUNGHOS, quae Colutea Indica, marina, tota argentea, ſiliquis teretibus, articulatis, ſeminibus globoſis. *Amm. Char. plant. pag.* 480. MUNDUMURUNGHU Zeylonenſibus. a *Mundu* quod notat mare. *Murunghu* eſt alia arbor, ut notatur in *Muſ. Zeyl. pag.* 11.

CORONILLA Zeylanica, herbacea, flore purpuraſcente. *Herb. Hert. Tab.* 32. cum qua convenire videtur Coronilla Cretica, herbacea, flore parvo, purpuraſcente. *Tournef. Corolar. pag.* 44.
Ramoſa haec admodum eſt planta, caules gerens rotundos, virides, lignoſos, glabros, quibus folia brevibus innixa pediculis adcreſcunt, glabra, oblonga, integra, viridia, eleganter cancellata, bina oppoſita, in impar deſinentia: Flores ex adverſo, ubi foliorum rachis provenit, oriuntur ſpicati, longiſſimo pedunculo adunati, ex brevi autem dependentes, bini utcunque ex uno puncto provenientes, qui parvi ſunt, purpurei, papilionacei, calice ſat magno, quinquefido con-

tenti, poſt quos ſiliquae propullulant glabrae, tenues, teretes, in apices acutiſſimos deſinentes, ſemina parva, reniformia, oblonga, fuſca, continentes.

CORONILLA Zeylanica, ſiliquis fuſcis, hirſutis, piloſis, flore albo. *Herb. Hert. Tab.* 33. Colutea Indica, platycarpos, flore albo, amplo. *Muſ. Zeyl. pag.* 54. PETAN Zeylonenſibus.
Singularis haec Coronillae ſpecies, iridem ramoſa eſt, caules emittens rotundos, lignoſos, virides, & hirſutos, quibus foliorum raches vario modo & ordine adcreſcunt, quae folia gerunt bina ſibi oppoſita, inpare claudente, ſeſſilia fere, glabra, oblonga, obtuſa, ſuperiore parte viridia, inferiore pallida, ſtriata, per dorſum coſta validiſſima decurrente. Ramorum ſummum terminant flores, qui hinc inde in longiſſima ſpica, interpoſito aliquando foliofo rachi, proveniunt, in ſummo autem collecti frequentiores progerminant; ſunt autem ſatis ampli & plani, albicantes, calicibus magnis, profunde diſſectis, hirſutiſſimis contenti, qui totum fere florem ambiunt, ſeu complectuntur, unde ejus figura non ita clare in tabula conſpici poteſt. Poſt flores ſequuntur ſiliquae planae, latae, incurvae, ſeu carinatae, & articulatae, fuſcae, ſericeae, piloſiſſimae, in ſingula diſtincta ſua thecula, ſeu in ſingulo loculo ſemen oblongum, glabrum continentes.

CORONILLA Zeylanica, ſiliquis fuſcis, hirſutis, piloſis, flore purpuraſcente. *Nobis.* ſeu Colutea Zeylanica, flore purpuraſcente, ſiliqua hirſuta. *Herb. Herm.* Prioris haec varietas videtur.

COSTUS Indicus, Violae Martiae odore. *Muſ. Zeyl. pag.* 58. qui eſt Coſtus *Linnaei* in tractatu de *Muſa Cliffort. pag.* 14. & eſt Tsjana-Kua *H. Malab. part.* 11. *Tab.* 8. cujus character a Linnaeo loco cit. exacte recenſetur. De Coſto autem vide *Cluſii lib.* 1. *aromat. cap.* 35. & *Samuel Dale in Pharmacol. pag.* 329. haec habet, ubi tres enumerat ſpecies. ARABICUM, AMARUM & DULCEM, ſed juxta *Bontium* monet, unam eandemque eſſe radicem, ſolummodo loco, aetate, aut corruptione differentem, recentem ſcilicet & incorruptam eſſe dulcem, & candidam; corruptam vero amaram, & nigricantem &c. Synonyma itaque Coſti facit, Coſtus Arabicus Dioſcoridis *C. B. P. pag.* 36. & Coſtus Iridem redolens *ejusdem.* Coſtus amarus Officinarum, ſeu Helenium, & Comagenium Dioſcoridis *C. B. P. pag.* 37.

Coſtus

Galega villosa. L.

CORONILLA Zeylanica, siliquis fuscis, hirsutis, pilosis, flore albo.

Coſtus dulcis officinar. Centaurio magno cognatus *ejusdem. in Theat. Botan. p.* 670. Coſtus Helenii facie officinarum. *J. B. tom.* 1. *lib.* 19. *pag.* 751. Coſtus dulcis officinarum *ejusdem.* Coſtus Indicus, odoratus. *Ger.* & Coſtus Indicus Cluſii *Park. Theat. pag.* 1582. Tsjanakua *H. Malab.* &c. ubi porro radicis deſcriptionem & uſum addit. Vide & *Commel. Fl. Malab. pag.* 23.

CRISTA PAVONIS flore elegantiſſimo, variegato. *Nobis.* Frutex Pavoninus, ſive Criſta Pavonis, *Breynii Cent. pag.* 61. ubi deſcriptio, & elegans Figura. vide & ejus *Prodr.* 1. *pag.* 35. Criſta Pavonis, Bonga Merak. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 6. *cap.* 25. Criſta Pavonis, Coronillae folio, prima, ſive floribus ſpicatis, ampliſſimis, ex aureo & coccineo variegatis, ſiliqua Piſi. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 37. hujus elegans Figura exhibetur a *Merian. inſect. Surin. Tab.* 45. Quae eſt Criſta Pavonis, flore albo ex Surinama. *Amm. H. Boſian. pag.* 9. ubi male dicitur, quod ob floris ſimilitudinem caudae, (ſed criſtae) pavoninae, a Ceylonenſibus MONARAKUDHUMBYA vocetur. Poinciana flore pulcherrimo. *Tournef. inſt. pag.* 619. Sena ſpuria, arborea, ſpinoſa, foliis alatis, ramoſis, ſeu decompoſitis, flore ex luteo & rubro, ſpecioſo. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 149. & *Hiſt. Jam. part.* 2. *pag.* 49. Colutea Ir dica, platycarpos, flore pavonino, ſeu flos Indicus, pavoninus. *Muſ. Zeyl. pag.* 39. Planta tricapſularis, floribus criſtatis. MONARAPAHUA, & MONARAHUDHIBBYA Zeylonenſibus. *ibidem. pag.* 12. Acacia Orientalis, glorioſa, Coluteae foliis, rachi medio ad genicula ſolummodo ſpinis gemellis aculeata. *Plukn. Almag. pag* 5. Erythroxylum Indicum, minus ſpinoſum, Coluteae foliis, ſiliquis anguſtioribus, flore ex luteo & rubro eleganter variegato. *Par. Bat. Pr. pag.* 333. Tsjetti Mandaru *H. Malab. part.* 6. *Tab.* 1. Sed quae ſpinis, (incuria forte omiſſis,) vidua eſt. MONARAMAL Zeylonenſibus, quod dicitur a *Monara* quod Pavonem, & *Mal* quod florem notat. MONARAKUDHUMBYA etiam vocatur, a *Monara* Pavone, & *Kudhumbya* quod criſtam, quam in capite gerunt, denotat, quia florum ſtamina hanc repraeſentant, ut notatur in *Muſ. Zeyl. pag.* 39. *Foula de Pavan.* ſeu flos pavoninus Luſitanis audit. Hujus in *Herbario Hermanni* elegans ſervo ſpecimen, quod inſculpi non curavi, quum ſaepius jam bene expreſſum ſit, & a *Breynio* optime etiam deſcriptum.

CRISTA PAVONIS arbor, foliis ſubrotundis, alternis, flore ſpicato, pentape-

tapetalo, flavo, lobis longis, fructu orbiculato, coccineo. *Nobis.* Criſta Pavonis Glycyrrhizae folio, maxima, Indica, flore ſubluteo, minimo, ſpicato, ſiliquis anguſtis, longiſſimis, ubi ſemina occultantur, protuberantibus, ſemine orbiculato, compreſſo, ſanguineo, *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 38. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 24. Phaſeolus alatus arboreus, fructu orbiculato, compreſſo, coccineo. *H. L. Bat. pag.* 495. MANDATHYA Cinghalenſium, qui Phaſeolus arboreus, alatus, fructu prorſus coccineo, orbiculato, compreſſo. *Amm. H. Boſian. pag.* 21. Arbor ſiliquoſa, Indica, flore ſpicato, pentapetalo, ſiliquis longis, nodoſis, fabis coccineis. *Ray. hiſt. p.* 1752. Arbor Indica, piſa rotunda, compreſſa, coccinea, in lobis fuſcis, parvis, articulatis, gerens. *Muſ. Zeyl. pag.* 21. Phaſeolus alatus, arbor Indica, fructu coccineo fere orbiculari, medio utrinque tumido. *Plukn. Almag. pag.* 294. Mandsjadi *H. Malab. part.* 6. *Tab.* 14. ubi vide notas. MANDATHYA ſeu MARA ut & MANGILI Zeylonenſibus, quod vulgo *Madathya*, quo certa ponderis ſpecies, *Mangili* vocata, denotatur, quod arboris hujus fructus ſupplent: hinc aurifices his utuntur loco ponderum, ſemina quoque tota comeduntur, ut Caſtaneae in Europa. *Muſ. Zeyl. pag.* 21. *Breynius* recte hanc ex Phaſeolis excluſit, cum flores, folia, immo tota plantae forma ab illis differant, notas autem character. quas huic generi Criſtae Pavonis tribuit, vide in ejus *Prodr.* 2. *pag.* 38. Licet hae arbores juxta *Breynium Criſtae Pavonis* dictae, non ita accurate in omnibus ſibi conveniant, ad unum tamen genus, & ultimum quod *Hermannus Phaſeolum alatum* vocavit, hic retinuimus; quum alios *Phaſeolos* infra ad *Lentes* locatos ab his *Criſtae Pavonis* ſpeciebus *Breynii* ſeparavimus: quae vero a ſummis Botanicis, *Hermanno*, *Boerhavio*, *Plukenetio* & aliis ad ACACIAS relatae fuerint, quorum veſtigia premens, & illas ad ACACIAS ſupra memoravi: licet juxta *Tournefort.* ad POINCIANAM, vel hic melius locatae fuiſſent, quum hujus videantur ſpecies.

CROTALARIA Aſiatica, floribus luteis, folio ſingulari, cordiformi. *H. L. Bat. pag.* 200. ubi icon & deſcriptio. *Plukn. Almag. pag.* 122. Crotalaria major, prima ſpecies, Kering Keringam. *Rumph. Herb. Ambon lib.* 8. *cap.* 65. Geniſta Indica, folio ſimplici, glabro, cordato, ſiliquis glabris, flore luteo. *Muſ. Zeyl. pag.* 20. Geniſtella Indica, major, Salicis folio, glabro, obtuſo, cordiformi, flore luteo, minore. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 50. Tandale-Cotti. *H. Malab. part.* 9. *Tab.*

Crotalaria verrucosa L.

CROTALARIA foliis solitariis, ovato-acutis, caule sulcato. Nobis.

Tab. 25. Geniſta Malabarica, folio ſingulari, floribus luteis, ſiliquis bullatis. *Commel. ibid. in notis pag.* 46. & *Fl. Malab. p.* 33. JACBERYA & ANDANAHIRYA Zeylonenſibus. *Jacca* Diaboli nomen eſt. *Berya* ſonitum edere aut ſibilum. Herba Daemonica eſt, cujus ſiliquarum ope Cinghalenſes credunt diabolum ad interrogata reſpondere: Nam hae per maturitatem ſiccatae, & induratae leviſſimo etiam vento commoventur, ac ob ſemina leviſſima petiolis quaſi in bilance dependentia, ſiliquarum parietes ferientia, crepant, ac ſonitum edunt, ut notatur in *Muſ. Zeyl. pag.* 20.

Crotalaria Aſiatica, folio ſingulari, verrucoſo, floribus coeruleis. *H. L. Bat. pag.* 198. ubi icon & deſcriptio. & *Herb. Herm.* cujus figuram daremus, ſi non optime & accuratiſſime in *H. Malab.* eſſet expreſſa, illa autem *H. L. Bat.* minime valet, folia enim ſunt nimis acuta, & auriculae foliorum etiam vitioſe exprimuntur; ſed illa *H. Malab.* in omnibus plantae noſtrae exacte convenit, inſculpta autem eſt *Tab.* 29. *part.* 9. vocata Pee-Tandale-Cotti. & a *Commel.* in notis; Geniſta Indica, Alni folio, floribus coeruleis, ſiliquis bullatis. *ibidem. pag.* 53. & *Fl. Malab. pag.* 32. Geniſtella major, Indica, Alni folio, flore coeruleo, ſpicato, *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 50. &c.

Crotalaria foliis ſolitariis, ovato-acutis, caule ſulcato. *Nobis. Tab.* 34. Crotalaria Aſiatica, folio ſingulari, floribus coeruleis. *Herb. Hert.* Geniſta Indica, rotundifolia, ſpicata, coerulea, ſiliquis hirſutis, bullatis, JAKWANOSSA Zeylonenſibus. *Herb. Herm.* Geniſta Indica, folio ſimplici, criſpo, floribus coeruleis, ſiliquis bullatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 65. ubi JACBERYA Zeylonice vocatur, quod nomen genericum *Crotalariae* eſt. Ab illa *H. L. Bat.* & *Malab.* haec planta multum differt, folia gerens acutiora, minora, ut & flores multo minores, ut & tota forma minor, & tenerior; ut ambae, quas ſervo, plantae inter ſe comparatae liquido oſtendunt. Caule haec itidem ſulcato provenit, quadrangulari, leviter hirſuto, viridi, e quo folia ſolitaria, dilute viridia, oblonga, acuta, tenui ſuſtentata pediculo, alternatim proveniunt, ad quorum ortum foliola auriculata utcunque ponuntur, non ita conſtanter, nec tanta, ut in antecedente ſpecie. Flores in ſpica magna, & firma eleganter eriguntur, alternatim, ſolitarii provenientes, papilionacei, coerulei, lati, qui calice magno, quinquefido, & petiolo ſubhirſuto, cum ſpinula paleacea, ſuſtinentur,

qui ſiliquas dant latas, breves, tumidas, hirſutas, ſeu piloſas, ſeminibus reniformibus repletas.

Crotalaria Aſiatica, folio ſingulari, floribus luteis. *Hert. Catal. ſemin.* Katou-Tandale-Cotti, *H. Malab. part. 9. Tab. 26.* quae in notis, Crotalaria Malabarica, ſylveſtris, foliis ſingularibus, majoribus, floribus luteis, vocatur. ut & Geniſta Malabarica, folio ſingulari, oblongo, flore flavo, dilutiore, ſiliquis bullatis. *Commel. & Fl. Malab. pag.* 33. quae eſt Crotalaria Bengalenſis, foliis Geniſtae ſubhirſutis, Katou-Tandale-Cotti. *H. Malab. Plukn. Phyt. Tab. 169. Fig. 5.*

Crotalaria Zeylanica, fruteſcens, argentea, flore luteo parvo. *Hert. Catal. ſemin.* an Crotalaria Aſiatica, folio argenteo, villoſo, flore luteo, ſiliquis pendulis in ſpica *Boerh. Ind. pl. part. 2. pag. 25?*

Crotalaria Zeylanica, repens, folio hirſuto &c. *Hert. ibidem.* Crotalaria forte hirſuta, major, Americana herbacea, caule ad ſummum ſagittato. *H. L. Bat. Plukn. Phyt. Tab. 169. Fig. 6.* &c.

Crotalaria arboreſcens, trifoliata, glabra, & viridis. *Nobis. Tab. 35.* Cytiſus glaber, arboreſcens, ſiliquis bullatis. *Herb. Herm.* Anonis Zeylanica, arboreſcens, flore luteo, ſiliquis bullatis, Cytiſi habitu. *Hert. Catal. ſemin.* Cytiſus Zeylanicus, arboreſcens, glaber, flore luteo, ſiliquis bullatis. *Muſ. Zeyl. pag. 40.* Cytiſus Zeylanicus, ſiliquis bullatis, pediculis longiſſimis. *ibidem. pag. 49.* Cytiſus pediculis longiſſimis, ſiliquis pendentibus. *ibidem. pag. 59.* JAKBERYA Zeylonenſibus. Quoad faciem externam, quam diu flores nec ſiliquas perfecit haec arbuſcula, Cytiſum perfecte imitatur, inprimis Alpinum illum latifolium. Folia autem gerit terna, glabra, utrinque laete viridia, longiſſimis ſuſtentata pediculis, qui ex cortice flavo, glabro, lignum albicans tegente, oriuntur. Flores in longiſſimis, validiſſimisque ſpicis eriguntur multiplices, magni, elegantes, coloris ex luteo purpurei, papilionacei, brevi ſulphureo vexillo, alis minimis conſtantes, carina exiſtente lata, longiſſima, reflexa, intenſe purpurea.

Siliquae inflatae & tumidae ſunt, ut in prioribus etiam ſpeciebus. quo a *Geniſta* & *Cytiſo* differunt, hoc tamen convenit cum *Anonide*, ut & foliatura trifoliata, unde & ad *Anonidem* ablegari poſſet, ut eo *Tournefortius* alteram hujus ſpeciem, quam ad *Anonidem* ideo recenſui, revo-

Crotalaria laburnifolia. L.

CROTALARIA arborescens, trifoliata, glabra, & viridis. Nobis.

revocavit. cum qua haec noſtra in multis etiam convenit, quaeque facile inter ſe confundi poſſunt, unde & hujus exactiſſimam dedi figuram. ab *Anonide* autem illa *Tournefortii* in eo differt, quod illa *Tournef.* folia habeat acutiora, in parte ſuperiore obſcure virentia, in inferiore vero incana, & hirſuta, quum noſtrae folia ſint glaberrima, utrinque viridia, rotundiora: caules itidem ſunt glaberrimi, pallidiores, nec ita lignoſi, quum in altera ſint hirſuti, purpuraſcentes & penitus lignoſi. Flores noſtrae plantae in quadruplo fere longioribus ſpicis, nec foliaceis proveniunt copioſiores, forma tamen proxime inter ſeſe convenientes. Ex utrisque, quas ſervo, plantis differentiam hanc notare neceſſe duxi, quum externa figura quam maxime ſimiles ſint, & ſi quis hanc noſtram ad *Anonidem* ablegare velit, ad diſtinctionem alterius haec, Anonis trifolia, glabra, viridis, arboreſcens, Zeylanica vocari poſſet. Crotalariae characterem vide apud *Amm. Char. pl. pag.* 356.

CURCUMA radice longa. *H. L. Bat. pag.* 208. ubi ejus icon, & deſcriptio. *Commel. Fl. Malab. pag.* 25. Curcumae flos. *Muſ. Zeyl. pag.* 30. Crocus Indicus, Arabibus *Curcum*, officinis noſtris radix *Curcumae* dicta. *J. Bontii Hiſt. nat. lib. 6. cap.* 30. *pag.* 116. Sed ubi loco Curcumae, Canna Indica delineata eſt. qui error certe, ut videtur, *Tournefortio* impoſuit, qui inde hanc ad *Cannacori* ſpecies redegit, quum alius certe generis ſit planta Curcuma, vocatur ab ipſo Cannacorus, radice crocea, ſive *Curcuma* Officinarum *inſtit. pag.* 367. Curcuma ſive Crocus Indicus, ſubterreſtris, Luſitanis *Saffranda Tierra* dictus. Amman. *H. Boſian. pag.* 10. Saffrano Dell' Indie *Acoſt. edit. Ital. pag.* 193. Manyella-Koua. *H. Malab. part.* 11. *Tab.* 11. ubi notas vide ſubjectas. Curcuma foliis longioribus & anguſtioribus. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 40. vide & *Moriſ. hiſt. tom.* 3. *pag.* 253. & *Ray. tom.* 3. *pag.* 649. Cyperus Indicus *Dioſcoridis Matth. pag.* 27. Zinziberis facie radix longa, intus flava, Malaice Kunhet *Linſchot. part.* 3. *Ind. Orient. cap.* 14. apud *Plukn. Almag. pag.* 397. notas hujus characteriſticas ut & uſum Medicum invenies apud *Samuel. Dale Pharmacol. pag.* 324. KAHA Zeylonenſibus dicitur, quod Crocum notat. & apud Indos hujus radix *Borri*, *Borri* vulgo dicitur. Curcumae Figuram & deſcriptionem exactiſſimam habet *Rumph. in Herb. Amb. lib.* 8. *cap.* 16. ubi Curcuma major, Cuning vel Cunyet vocatur.

Curcuma radice rotunda. *Par. Bat. Pr. pag.* 330. Curcuma foliis latioribus & rotundioribus. *Breyn. Prodr. 2. pag.* 40. Manya-Kua. *H. Malab. part.* 11. *Tab.* 10. quae eſt Curcuma *Linnaeo in tractat. de Muſa Cliffort. pag.* 15. ubi exactiſſime nota hujus characteriſtica explicatur. Zinziberis facie radix intus flava, rotunda *Plukn. Almag. pag.* 397. qui eſt Crocus Indicus, ſeu *Curcuma* radice rotunda. *ibidem.* Curcumae characterem habet etiam *Amm. in Char. plant. pag.* 360.

CUSCUTA Indica, floribus albis, ſtellatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 67. an Acatsja-Valli *H. Malab. part.* 7. *Tab.* 44? quae Cuſcutae ſpecies ſupra arbores & plantas naſcens. *Commel. in notis* & *Fl. Malab. pag.* 25.

Cuscuta Zeylanica, floſculis incarnatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 42. an Cuſſutha Rambut, Putri *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 9. *cap.* 91?

CYCLAMINIS ſpecies, URULU Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 57. dicitur ab *Uru*, quod porcum notat.

CYDONIA arbor BALANGHAS dicta *Nobis.* Balanghas ad Cydoniam referenda quae convenit cum Cavalam *H. Malab. part.* 1. *pag.* 89. vel cum Marmelos Garciae ab Horto. juxta *Amm. Hort. Boſian. pag.* 6. ubi dicitur: ſed BALANGHAS fructum fert majorem, pulpamque acidiorem. Deſcribitur etiam haec arbor BOLANGA a *Grimm. in Labor. Ceyl. pag.* 85. cujus deſcriptio ſupra *pag.* 31. ad arborem BOLANGA invenitur.

Cydonia exotica, quae MARMELOS arbor. *Muſ. Zeyl. pag.* 60. Cydonia malus Indica, ſpinoſa, trifolia, putamine oſſeo duriſſimo, pulpa Meſpili. *Par. Bat. Pr. pag.* 330. quae & Meſpilus Indica, ſpinoſa, trifolia, putamine oſſeo duro *ibidem* vocatur. Meſpilus Indica, trifolia, ſpinoſa, odore roſeo, fructu Mali magnitudine, cortice duro, obtecto, *Marmelos* vocata. *Muſ. Zeyl. pag.* 46. Bilacus Madja, Bilac Tyloor. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 1. *cap.* 68. ubi cum Malo Cydonio Indico *Bontii lib.* 6. *c.* 8. jungitur & *Cluſ.* vocantur Cydonia exotica. *lib.* 2. *c.* 14. Covalam ſeu Cydonia exotica. *C. B. Pin. pag.* 435. *H. Malab. part.* 3. *Tab.* 37. Ville Vittre Malab. *Petiv. act. Phil. Lond. vol.* 22. *no.* 271. *pl.* 108. Cucurbitifera trifolia, ſpinoſa, Indica, fructus pulpa Cydonii aemula. *Plukn. Phyt. Tab.* 170. *Fig.* 5. & in *Almag. pag.* 125. reliqua vide Synonyma & adlegatos auctores, ut & *Commel. Fl. Malab. pag.* 25. BELI & BELIGHAS Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 46. ubi dicitur, quod

Cistus Aegyptiacus. L.

CYTICYSTUS, *foliis inferioribus confertis, superioribus oppositis. Nobis.*

quod *Garcias ab Horto* huic arbori male tribuat folia Urticae, & quod ex floſculis hujus aqua deſtilletur odore aquam Roſarum aemulans. Arbor haec MARMELLE vocatur a *Grimm. in Labor. Ceyl. pag.* 88. & ſequenti modo deſcribitur: Haec arbor ſimiliter eſt altiſſima, fructus oblongos producit cum duro putamine. *Cluſius* eos vocat *Cydonia Bengalica.* easdem aeque ac Cydonia vires poſſident, & ex eorum pulpis res omnes confici poſſunt, ad quas Cydonia ſunt in uſu. Flores, qui jucundiſſime olent, per Balneum Mariae deſtillati, aquam exhibent odoriferam valde, quae cor & ſpiritus vivificat; Componuntur ex pulpa horum fructuum praeter ea omnia, quae ex Cydoniis vulgaribus in Europa fiunt, variae adhuc Marmeladae, quae excellentiſſimae ſunt pro Magnatibus & Nobilibus, & quae ad remotas regiones transferri poſſunt. Sic ex hiſce fiunt Marmelada Cordialis, Cephalica, Stomachica, Pectoralis, Hepatica, Splenetica, Nephritica, Laxativa, Hydropica cum Gummi Gotti, quarum formulae deſcriptae ſunt in *Labor. illo Ceylon.* a *pag.* 88. ad 95.

CYTICYSTUS, foliis inferioribus confertis, ſuperioribus oppoſitis. *Nobis. Tab.* 36. Cytiſus floribus luteis, minimis, ſiliqua glabra, brevi. *Herb. Hert.* Cytiſus Zeylanicus, fruticoſus, humilis, ſiliquis anguſtis, Ericae folio. *Muſ. Zeyl. pag.* 34. RATHOHOMBA & RATHIHOBA Zeylonenſibus.

Elegans hic fruticulus cortice ſcabro, antequam ramos producit, gaudet, caules dein emittens molles, albicantes, laeviſſima lanugine tectos, quos folia verticillatim ambiunt inferius plurima ſimul collecta, incana, Lavendulae folia perfecte referentia, ſuperius ad caulis floriferi ortum bina tantum oppoſita collocantur.

Flores in eorum ſummitate eriguntur ſpicati, minimi, tribus ex petalis communiter conſtantes, magnum calicem, qui veſicam haud male repraeſentat, referentibus, qui trifariam diviſus, pilis tenuiſſimis, albicantibus obducitur, petala autem haec floris calicis dein vicem gerunt; ex fundo autem ejus ſtamina novem, minima, proveniunt, & ejus piſtillum abit in fructum unicapſularem, in tres valvas dehiſcentem, ſeminibus foetum plurimis, anguloſis.

Ita ut peculiaris ſit ſtructurae haec planta & novi plane generis, quum vero florem fructumque gerat tanquam in ciſta aut veſica abſconditos, ut in *Tabula noſtra* apparet, & Cytiſi nomen ab inventoribus ipſi fuerit, neſcio qua ratione, inpoſitum, Cyticyſtum per contractionem pro Cytiſo-Cyſtum ipſam vocavimus.

CYTISUS folio molli, incano, ſiliquis Orobi contortis, & acutis. *Nobis. Tab.* 37. Cytiſus Zeylanicus, folio molli, incano, flore ex luteo purpuraſcente. *Herb. Hert.* Phaſeolus arbor, Indica, incana, ſiliquis toroſis *Kayan* dicta. *H. L. Bat. App. pag.* 694. & *Muſ. Zeyl. pag.* 4. Arbor Indica, trifoliata, leguminoſa, fructu eduli, *Kayan* dicto. *ibidem. pag.* 34. Anagyris Indica, leguminoſa, ſiliquis toroſis. *Par. Bat. Pr. pag.* 311. Phaſeolus erectus, incanus, ſiliquis toroſis, *Kayan* dictus. *Plukn. Phyt. Tab.* 213. *Fig.* 3. Thora-Paeru *H. Malab. part.* 6. *Tab.* 13. ubi vide notas. Cajan arbor, Indica, foliis Trifolii Bituminoſi, ſiliquis Orobi. *Breyn. Prodr.* 1. *pag.* 20. Laburnum humilius, ſiliqua inter grana & grana juncta, ſemine eſculento. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 139. & *Hiſtor. vol.* 2. *pag.* 31. Arbor trifolia, Indica. *J. B. tom.* 2. *lib.* 17. *pag.* 386. & *Ray tom.* 3. *pag.* 102. reliqua porro vide in *Plukn. Almag. pag.* 293. &c.

RATHATORA & WITTRAWINANSA Zeylonenſibus.

Inſtar plurimarum Cytiſi ſpecierum gerit haec arbuſcula folia terna, communi primo, dein trifariam diviſo pediculo inſidentia, quae ſunt mollia, averſa parte maxime incana & tomentoſa, plurimis nervis donata, & alternatim ad caules albicantes, tomentoſos proveniunt: in ſumma ramorum parte ad foliorum exortum pediculi longiſſimi eriguntur, in quorum faſtigio flores ſuſtinentur plurimi, ſimul collecti, papilionacei, coloris obſcure lutei, ſeu purpuraſcentis, calicibus oblongis, rotundis, in quinque partes diſſectis, contenti.

Siliquae ſubſequentes ſunt longae, acutae, toroſae, articulatae, & diviſae, in ſingulo nempe loculo ſuo ſuum continentes ſemen; quod eſt ſubrotundum, glabrum, ſtriatum, ſpadiceum, in inferiore parte, ubi ſiliquae jungitur, protuberans, & griſeum.

Seminibus hiſce Columbae veſcuntur in Indiis utrisque, & homines ſaepius in navibus. Quae hoc anno nomine WANDOE & WANDOUW ex India Occidentali etiam accepi.

DAWATHA. *Muſ. Zeyl. pag.* 70.

DENTILLARIA Zeylanica, flore minimo, Antirrhini folio, WISSADULI Zeylonenſibus. *D. Herman* apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 246. WISSADULI maximum, ex arboribus proceris, putredine infectis, collectum. *Muſ. Zeyl. pag.* 42. an Dentillaria ſcandens, ſylvatica, Lych-

CYTISUS *folio molli, incano, filiquis Orobi contortis, & acutis. Nobis.*

Lychnoides flore albo. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 91. & *Hiſt. part.* 1. *pag.* 211. *Tab.* 133. *Fig.* 1?

DIGITALIS Zeylanica, flore albo, variegato. *Herb. Hert.* quae convenit cum Valli-Upu-Dali *H. Malab. part.* 9. *Tab.* 45. ſed in eo differt, quod hujus folia ſint bina oppoſita, noſtrae autem folia alterna, majora, duobus minoribus ad eundem exortum provenientibus. Glaberrima ſunt, viridia, inſtar Ocymaſtri, ſeu Plumbaginis Ceylonenſis, cum qua totus plantae habitus externe etiam convenit. Flore fructuque quum mutila ſit, quam ſervo, planta, de iis nihil certi dicere poſſum.

DIGITALIS Orientalis SESAMUM dicta. *Tournef. inſtit. pag.* 165. Seſamum veterum *C. B. P. p.* 27. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 59. & *Hiſt. vol.* 1. *pag.* 161. Seſamum *Rivini ord. pl. irreg monop.* qui elegantem habet Figuram, & in *H. Malab. part.* 9. *Tab.* 54. Schit-Elu vocatur. Seſamum ſemine fuſco. *H. L. B. pag.* 559. Seſamum Indicum, Widyn *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 8. *cap.* 33. Sempſen *Pr. Alp. de plant. Ægypt. pag.* 37. reliqua vide apud *Ray. in hiſt. pl. pag.* 1327. *Plukn. Almag. pag.* 344. & *Phyt. Tab.* 109. *Fig.* 4. TALA Zeylonenſibus dicitur. Quum auctorum Figurae adeo variant, & huic plantae in inferiore parte Trifoliatura etiam tribuatur, noſtrae quam ſervo, plantae folium ex infima parte deſumptum etiam depingendum curavimus, quod unicum tantum ſemper inveni alteri oppoſitum, caeterae partes noſtrae plantae cum aliis exhibitis figuris ſunt convenientes. Inſculptum autem eſt noſtrae Folium. *Tab.* 38. *Fig.* 1. quod ad diſtinctionem ſubſequentis Digitalis etiam additum eſt. Tota autem planta, ut & folium eſt ſcabrum, integrum, ſuperius viride, inferius pallidum, oblongum, anguſtatum, acutum &c. Apud adlegatos auctores uberior hujus deſcriptio inveniri poteſt, & aliorum auctorum ſynonyma. *Grimm. in Laborat. ſuo Ceylan. pag.* 131. ad caput de SESAMO haec habet: Oleum exhibet per decoctionem, quod commodiſſimi uſus eſt in Chirurgia, peculiariter in ardentibus, atque calidis capitis doloribus. Emolliens eſt, dolores mitigans, & aliquatenus reſolvens. Uſum familiariſſimum habet apud Cinghalenſes, a quibus *Oleum* illud *Schinſchilli* nomen obtinet. vide & *Samuel Dale Pharmac. pag.* 345. qui pro charact. ſiliquas habet breves, erectas, quadrangulares. &c.

DIGI-

Digitalis Zeylanica, hirsuta, foliis Sesami anguſtioribus. *Nobis. Tab.* 38. *Fig.* 2. Sideritis Zeylanica, anguſtifolia, hirsuta. *Herb. Hert.* Sideritis Zeylanica, aſpera, major, ASWAENNA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 46. & Sideritis Echioïdes, Indica, foliis oblongis. *ibidem. pag.* 59 & 62. Seſamum forte Zeylanicum, folio ſingulari, oblongo, flore luteo. *Hert. Catal. ſemin.* Florem gerit haec planta tubuloſum, calici inſedentem, qui quinis foliis, anguſtiſſimis, erectis, ſcabris, & acutis conſtat, poſt quem fructus ſubſequitur, qui eſt capſula membranacea, ex ovali oblonga, compreſſa, bilocularis, bivalvis, ſemina ovata mire excavata condens. Planta vero ipſa caulem habet ſimplicem, quadragonum, hirſutum, ad foliorum exortum protuberantem, aut quaſi geniculatum, ex quo folia progerminant oblonga, ſeſſilia, integerrima, bina oppoſita, unciali ſpatio remota. Ex ſingula autem ala flores proveniunt calice ſuſtentati tenuiſſimo, hirſuto, jam deſcripto. Tota porro planta ſcabra, & hirſuta eſt. Digitalis characterem habet. *Linnaeus Char. pl. gen. p.* 179.

Digitalis forte aſpera, repens, rotundifolia. *Nobis.* Sideritis Zeylanica, aſpera, repens, rotundifolia, minor, floſculis minimis, pallide coeruleis. *Muſ. Zeyl. pag.* 3. Sideritis Echioïdes, Indica, minor. *ibidem. pag.* 57. ASWANNA Zeylonenſibus haec etiam dicitur, ab *As* quod equum ſignificat. *Wanna* Caudam; Caudam enim equinam videtur exprimere radix multis nigris capillata fibrillis. Vocatur a Malabaris *Kuddurawalli,* id eſt Cauda equina eandem ob rationem. an forte haec planta ad Gymnotetraſpermas aſperifolias, ad *Aſperuginem* nempe *Tournefortii*, *Heliotropium*, *Lithoſpermum* vel ſimile genus pertinet? Suadet ſic *Hermanni* denominatio in *Muſ. Zeyl. pag.* 3. Quum vero iisdem in *Muſ. Zeyl.* gaudet denominationibus ac planta antecedens, ab ea ſeparare non auſus fui, licet *Breynius in Ephemer. German.* talem ad Bugloſſum retuliſſe videatur. ut ſupra ad *Bugloſſum* notavimus. nos vero in planta noſtra ſemina non nuda, ſed capſula incluſa, ut juxta accuratiſſimum examen in antecedente planta deſcripſimus, invenimus, unde & ad Digitalem, cum qua penitus convenit illa planta, eam reduximus: Floris vero compreſſi forma non ita certam concluſionem exhibet, quam integra capſula ſeminalis.

Digitali ſimilis, planta bicapſularis, flore tubuloſo, galea trifida, & labio integro, obtuſo conſtante. *Nobis.* Euphraſiae affinis, Indica, Echioï-

Fig. 1. Sesamum orientale L. Fig. 2. Justicia ciliaris. Lin. Suppl. pl. pag. 89.

Pag. 88. Tab. 38.

DIGITALIS SESAMUM Orientalis dicta Tournef.



Fig. 1.

Fig. 2.

DIGITALIS Zeylanica, hirsuta, foliis Sesami angustioribus. Nobis.

Echioïdes. *H. L. Append. pag.* 668. ubi icon & deſcriptio. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 28. Gratiolae affinis, Echioïdes, Zeylanica, major. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 54. *Petiv. Act. Phil. Lond. num.* 244. *pl.* 36. Bugloſſum Echioïdes, Zeylanicum, foliis Convolvuli Indici minoris, coerulei. *Breyn. Ephemer. German. ann.* 4 & 5. *obſerv.* 159. & *Ray. tom.* 1. *pag.* 498. Bugloſſum forte Zeylanicum, anguſtifolium, majus, flore ex coeruleo albido. *Hart. Catal. ſemin.* Pee-Tumba *H. Malab. part.* 9. *Tab.* 46. KAWATUWA & KAWATUMBA. *Muſ. Zeyl. pag.* 13.

DIWUL, & GIWUL. *Muſ. Zeyl. pag.* 13 & 17. Bolangos Luſitanis. *ibidem.* ubi additur, *Diwul* notat adſtrictionem gutturis, quae ſaepe cauſſatur a fructibus inmaturis. Hujus autem arboris fructus adſtringunt, unde in Dyſenteria valde commendatur. Folia habet Foeni Graeci, majora tamen, ſpica longa ad foliorum alam internam donata. vide ſupra ad *Cydonia pag.* 84. & ad arborem Bolanga, cum qua haec forte eadem.

DODHAMPANA. *Muſ. Zeyl. pag.* 67. a *Pana.* quod pectinem ſignificat.

DORYCNIUM Zeylanicum, folio minutiſſimo. *Hertog in Catal. ſemin.* an Dorycnium Indicum, floribus ſingularibus, rubris, in pedicillis oblongis, ſiliquis perexiguis. *Ray. tom.* 3. *pag.* 471. & Manelli *H. Malab. part.* 9. *Tab.* 37.

DRACUNCULUS Indicus, folio trifido. *Tournef. inſt. pag.* 161. Dracontium Indicum, folio tripartito. *Muſ. Zeyl. pag.* 33. Arum trilobato folio, humilius, & minus, Zeylanicum. *Par. Bat. pag.* 78. ubi icon & deſcriptio. Arum Zeylanicum tuberoſum, folio tripartito. *Muſ. Zeyl. pag.* 63. Serpentaria Zeylanica, triphylla. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 90. Ariſarum Ambonicum, Bora Kitſyl. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 8. *cap.* 86. PANUWALA Zeylonenſibus, a *Panuwa* quod vermiculos notat quoscunque ulceribus inhabitantes, quos hujus radicis ſuccus enecat. *Ala* radix eſt. *Muſ. Zeyl.*

Dracunculus non ſpinoſus, eſculentus. *Nobis.* Dracontium Zeylanicum, non ſpinoſum, eſculentum. *Muſ. Zeyl. pag.* 21. Ari ſpecies, an Arum quinquefolium, Indicum *Cluſii Muſ. Zeyl. pag.* 58? an Arum

amplis foliis, virentibus, eſculentum. *Plum. Cat. pl. Amer. pag.* 4. KIDARAM Zeylonenſibus.

Dracunculus Zeylanicus, polyphyllus, maximus, caule trifido. *Tournef. inſt. pag.* 161. Dracontium Zeylanicum, ramoſo folio, maximum. *Par. Bat. pag.* 89. ubi vide deſcriptionem. Dracontium Indicum, multifidum. *Muſ. Zeyl. pag.* 33.

Dracunculus Zeylanicus, polyphyllus, caule aſpero, ex flavo & viridi variegato. *Tournef. inſtit. pag.* 160. Dracontium Zeylanicum, ramoſo folio, caule ex viridi & flavo variegato, aſpero, KIDARAN Zeylonenſibus. *Par. Bat. pag.* 89. Serpentaria polyphylla, Indica, caule maculato, aſpero. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 90. Serpentariae ſpecies. *Muſ. Zeyl. pag.* 33. Arum polyphyllum, *Dracontium* & *Serpentaria* dictum, folio ramoſo, Poeoniae inſtar. caule aſpero, Zeylanicum. *Par. Bat. Pr. pag.* 315. KIDARAM Zeylonenſibus.

Dracunculus Zeylanicus, polyphyllus, caule aſpero, vireſcente, maculis albicantibus notato. *Tournef. inſtit. pag.* 160. Arum polyphyllum, Ceylanicum, caule ſcabro, viridi diluto, maculis albicantibus notato. *H. Amſt. part.* 1. *pag.* 99. ubi elegans Figura, & deſcriptio.

Dracunculus Zeylanicus, polyphyllus, caule aſpero, maculis viridi-fuſcis, viridi-dilutis, & albicantibus pulchre notato. *Tournef. inſtit. pag.* 160. Arum Ceylanicum, polyphyllum, caule aſpero, maculis viridi-fuſcis, viridi-dilutis, & albicantibus pulchre notato. *H. Amſt. part.* 1. *pag.* 101. ubi icon & deſcriptio. Arum polyphyllum, *Dracunculus* & *Serpentaria* dictum, Ceylanicum, caule aſpero cum maculis viridi-fuſcis, & viridi-dilutis, albicantibus pulchre notatum, majus, & elatius. *Commel. Cat. Hort. Med. Amſt. pag.* 38. & *Fl. Malab. pag.* 9. Serpentaria polyphylla, Indica, caule maculato, aſpero. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 90. Mullu-Schena *H. Malab. part.* 11. *Tab.* 19.

Dracunculus Zeylanicus, polyphyllus, caule laevi, ex viridi & albo variegato. *Tournef. inſtit. pag.* 161. Dracontium Zeylanicum, ramoſo folio, caule ex viridi & albo variegato, laevi. *Par. Bat. pag.* 90. Serpentaria polyphylla, Indica, caule maculato, laevi. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 90. Arum polyphyllum, *Dracontium* & *Serpentaria* dictum, folio ramoſo, Poeoniae inſtar, caule laevi. *Par. Bat. Pr. pag.* 315.

Arum

Arum polyphyllum *Dracunculus* & *Serpentaria* dictum, Ceylonicum, caule glabro, viridi diluto, maculis albicantibus notato, majus & elatius. *Commel. Cat. Hort. Med. Amſt. pag.* 38. & *Fl. Malab. pag.* 49. Schena *H. Malab. part.* 11. *Tab.* 18. Serpentaria major, ſeu Dracunculus major, polyphyllus, *Markgrav. pag.* 27. *edit.* 1648. huc ſpectat Arum polyphyllum, *Dracunculus* & *Serpentaria* dictum, Surinamenſe, caule atro rubente, glabro, & eleganter variegato. *H. Beaum. Plukn. Phyt. Tab.* 149. *Fig.* 1.

DRACUNCULUS Zeylanicus, ſpinoſus, Polypodii foliis, radice repente. *Tournef. inſtit. pag.* 161. Dracontium Zeylanicum, ſpinoſum, foliis profunde inciſis, Filicis in modum, radice longa, repente. *Muſ. Zeyl. pag.* 64. Dracontium Zeylanicum, ſpinoſum, Polypodii foliis, radice repente. *Par. Bat. pag.* 94. ubi ejus deſcriptio.

DRYPIS Theophraſti. *Muſ. Zeyl. pag.* 62. RAWANAKOFFA Zeylonenſibus. RAWANA olim Cinghalorum rex fuit decem capitibus & viginti manibus, (ut fabulantur) ex cujus ſanguine nata haec planta creditur. *Koffa* denotat ſcopulam, qua quaevis res purgatur. &c. *Muſ. Zeyl.*

DYALABU. *Muſ. Zeyl. pag.* 70.

EBENUS arbor Indiae Orientalis, Fagi amplioribus foliis, Anonae dulcis fructu, magno, coronato, eduli. TUMBAMARUM & CARPAMARAM Malabar. *Plukn. Mantiſſ. pag.* 66. Ebenum vel Hebenus. Caju Arang. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 4. *cap.* 1. Lignum Ebenum. *Grimm. Labor. Ceyl. pag.* 98. ubi de eo dicitur. Tantum abeſt, ut lignum iſtud nobis deficiat in Ceylona, ut ipſius rami decidentes nobis ſufficiant. Quis autem negare poteſt, Lignum iſtud eandem habere virtutem, quam *Lignum Guajacum* &c. Ego quidem auſim munus hoc ſuſcipere, me ſcilicet paraturum ex iſto, quidquid ex alio poteſt fieri. Caeterum praeterquam quod omnis generis concoctiones (decocta) ingredi poſſit, praebet etiam ſpiritum, qui praeſtantiſſimum eſt Medicamentum, ſudorem promovens, contra quasvis inpuritates, Lues, Scabies. &c. ubi porro hujus ſpiritus praeparatio, uſus, doſis, & alia, quae ex hoc ligno parari poſſunt, indicantur. de Ligno porro Ebeno vide *Samuel Dale Pharmacol. ſupplem. pag.* 259 & 295. ubi Ebenum ſive Lignum

Indicum Camelli vocatur. Cujus descriptionem etiam habet: *Histor. Lugd. pag.* 1751.

ELAEACHNUS foliis oblongis, acuminatis, maculatis. *Nobis. Tab.* 39. *Fig.* 1. Olea Zeylanica, sylvestris, folio oblongo, subtus incano. *Herb. Hert.* an Olea sylvestris, seu Zizyphus Cheusanensis, non spinosa, folio subtus argenteo, molli, fructu rotundo, rubente, punctulis notato? *Plukn. Amalth. pag.* 160. ubi brevis ejus descriptio cum nostra maxime conveniens, quae caulem habet laeviter scabrum, qui folia ad gemmas alternatim emittit, adfixa petiolis semiuncialibus, teretibus, superius sulcatis; Folia autem ipsa sunt oblonga, superius laevia, maculis purpurascentibus adspersa, inferius argentea. Flores ad gemmas sessiles fere progerminant, qui constant calice colorato, tubulato, ore quadrifido, insistente Embryoni suo oblongo, scabro & argenteo, ut ipsi flores; Ergo quum fructus intra calicem gerat, non ad *Oleas* sed ad *Elaeachnos* juxta *Tournefortium* pertinet. Elaeachni autem character apud mox citatum auctorem, & *Linnaeum* latius explicatur *in char. plant. gener. pag.* 31.

ELAEACHNUS foliis rotundis, maculatis. *Nobis. Tab.* 39. *Fig.* 2. Zizyphus Indica, argentea tota, Caryophylli aromatici flore. *Herb. Herm.* Zizyphus Zeylanica, argentea, spinis carens. *Par. Bat. Pr. pag.* 386. *Amm. Char. pl. pag.* 618. Zizyphus Indica, & Zeylanica, argentea tota. *Par. Bat. Pr. Mus. Zeyl. pag.* 8 & 37. Zizyphus alba, argentea, Zeylanica *Hermanni. Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 105. Zizyphus Zeylanica, argentea, Mali Cotoneae folio, WAELEMBILLA indigenis *Hermanni. Ray. tom.* 3. *Dendr. pag.* 44. Olea sylvestris, argenteo folio. *Plukn. Almag. pag.* 269. & *Ray. tom.* 3. *Dendr. pag.* 47. WAELEMBILLA Zeylonensibus, id est *Æmbilla* sarmentosa, *Wael* enim sarmentum est. *Mus. Zeyl. pag.* 8. ubi porro dicitur, flos est argenteus, tubulosus, plures simul ad foliorum exortus. & in *Ray. citato loco* dicitur. Flores cum fructibus, quibus insident, e foliorum alis exeunt in pediculis mediae longitudinis, argenteo exterius colore, dum adhuc in gemma sunt. Fructus oblongus, sulcatus, argenteus, nucleum includens, subruffum, molliculum; pellicula nucleum involvens, viscoso humore pauco madet. *D. Scherard.* Foliis tantum rotundis a priori differt, in omnibus caeterum idem. De WAELEMBILLA in notis ad *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 41. *pag.* 86. legitur, quod Perim Toddali eadem

Fig. 1. Varietas Segmentis planiusculis per fig. 2. expressae. Fig. 2. Elaeagnus latifolia L.

Fig. 1.

Fig. 2.

ELAEACHNUS foliis oblongis, acuminatis, maculatis. Nobis.

ELAEACHNUS foliis rotundis, maculatis. Nobis.

Elaeocarpus Serrata L. Mar. Gmelin Lenden.

ELAIOCARPOS folio Lauri serrato, floribus spicatis. Nobis.

EMERUS siliquis geminatis longissimis. Nobis.

eadem ſit planta, cum qua tamen minime haec noſtra convenit, ut ex collatis figuris & deſcriptione facile patet; & potius ad *Jujubas* pertinet juxta *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 60. cum qua a *Commel.* in *Fl. Malab. pag.* 38. illa jungitur, ubi vide reliqua, & infra ad *Jujubam.*

ELAIOCARPOS folio Lauri ſerrato, floribus ſpicatis. *Nobis. Tab.* 40. Laurus Indica, ſerratifolia, inodora, fructu Olivae magnitudine, & forma, nucleis criſpis, lapideis, Lauro-Ceraſo Cluſii congener. *Muſ. Zeyl. pag.* 9. Laurus Indica, ſerratifolia, inodora, fructibus Olivae magnitudine & forma, nucleis lapideis, criſpis. *Herb. Herm.* Perun-Kara *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 24. an Arbor Laurifolia, Indica, fructu ad caulem racemoſo, Oleae magnitudine, & forma, villoſo, ſeminibus Anonae nucleorum aemulis referto? *Plukn. Mantiſſ. pag.* 21. huc ſpectat Baccifera arbor, calyculata, foliis Laurinis, fructu racemoſo, eſculento, ſubrotundo, monopyreno, pallide luteo. *Sloan. Hiſt. Jam. vol.* 2. *Tab.* 198. *Fig.* 2. WERALU Zeylonenſibus. Gerit haec elegans arbor folia ſua ad ramorum ſummitatem plurima, alternata, ovato-oblonga, per marginem obtuſe ſerrata, petiolis brevibus inſidentia, glabra, quae ex ſuis alis dant ſcapum ſemipedalem, plures continentem flores, minutiſſimis petiolis inſidentes, ſecundum ſcapi longitudinem ſparſos, deorſum nutantes, quorum calix eſt quadrifolius, interdum quinquefolius, petala totidem laciniata. Stamina ſedecim, ſi quatuor, viginti, ſi quinque, erecta. piſtillum vero unicum. Fructus eſt bacca ovalis, nucleum criſpum, lapideum continens. Fructus hi inmaturi condiuntur muria ab incolis, addito pauxillo Oleo Olivarum ad conciliandum ſaporem Olivis proximum. ut notatur in *Muſ. Zeyl.* in Tabula noſtra florem a dorſo conſpiciendum exhibuimus, ut calix quadrifidus appareat, & petala quatuor ipſius floris eleganter fimbriata ad litt. a. litt. b. eſt petalum. c. ſtamen. d. piſtillum.

EMERUS ſiliquis geminatis, longiſſimis. *Nobis. Tab.* 41. Emerus ſiliquis longiſſimis, & anguſtiſſimis. *Plumier. Cat. pl. Amer. pag.* 19. Senna Zeylanica, arboreſcens, ſiliqua longiſſima. *Herb. Hart.* Kedangu. *H. Malab. part.* 6. *Tab.* 27. quae Colutea ſiliquoſa, Malabarenſis. *ibidem.* Colutea Sesban Ægyptiacae foliis accedens, Maderasp. *Plukn. Tab.* 165. *Fig.* 2. Forte & Colutea exotica, anguſtifolia, floribus luteis, averſa parte eleganter punctatis. *Plukn. Phyt. Tab.* 169. *Fig.* 5. huc & ſpectat Turia Turi. *Rumph. Herb. Ambon.* 1. *cap.* 64. quae cum

Kedangu *H. Malab.* jungitur, ſed quae tres gerit ſiliquas, & flores ac folia habet majora, loco tantum natali caeterum differens.
Rami noſtri fruticis ſunt lignoſi, ſimplices, teretes, ſtriati, folia alterna, ſolitaria, pinnata, longiſſima, ſine inpari. Pinna ſingula oppoſite inſerta, oblonga, obtuſa, glabra, integerrima, ex alis foliorum petioli egrediuntur communes, tenuiſſimi, ſparſi, flores ſuſtinentes papilionaceos, luteos: Poſt flores ſiliquae communiter duae in ſingulo petiolo ad maturitatem proveniunt, longiſſimae, tenues, bivalves, unicapſulares, iſthmo interceptae, ſemina condentes nigra, reniformia, laevia, parva, ſecundum longitudinem digeſta. vide infra ad *Galegam*, cum qua videtur haecce noſtra convenire.

EPHEMERUM Zeylanicum, procumbens, criſtatum. *Par. Bat. pag.* 148. ubi deſcriptio. & *Ray. tom.* 3. *pag.* 566. Gramen Zeylanicum, putridarum arborum, ſpica piſcium pulmones aemulante. *Muſ. Zeyl. pag.* 53. potius Phalangium eſt. *ibidem.* Gramen diſtacophoron, ſpica turgida, criſtata. *Muſ. Zeyl. pag.* 25. ubi dicitur, Ramulorum ſummus profert capitellum oblongum, multis ſeminatis, herbaceis foliolis, imbricatim ſibi invicem inpoſitis exornatum. Frequens occurrit in arborum ſenio confectarum truncis, lignis putridis, aliisque udoſis, & opacis locis inſulae Zeylonae, a cujus incolis BOLHIDA vocatur, quod pronunciant BOLHINDA.

EPHEMERUM Zeylanicum, procumbens, Alſinae mediae folio. *Par. Bat. Pr. pag.* 332. mutilata ejus Figura conſpicitur apud *Pluknet. in Phyt. Tab.* 174. *Fig.* 2. Graminis dactyli proprie habenda ſpecies, ut notatur in *Par. Bat. pag.* 154.

ERYNGIUM Indicum, aquaticum, Ilicis aculeatae folio, floribus coeruleis. *Muſ. Zeyl. pag.* 66. Eryngii ſpecies *Bontii ibidem*, quae apud *Bontium* deſcripta & delineata eſt *pag.* 151. MAHALKIRI Zeylonenſibus.

ERYSIMUM Zeylanicum, ſiliqua recta, hexagona, nigricante, alata. *Muſ. Zeyl. pag.* 59.

ESULA Indica, DALUK Zeylonice dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 67. Eſula, cujus praeter legitimam multae aliae ſunt ſpecies. *Grimm. Labor. Ceyl.*

Verbesina Lavenia L.

EUPATORIOPHALACRON Scrophulariae aquaticae folijs oppositis. Nobis.

Ceyl. pag. 123. ubi dicit: Conficitur ex ea correctum quoddam extractum, quod certiſſimum habet uſum iis in affectibus, ad quos commendari ſolet *Eſula.*

ESULAE ſpecies in inſula Lio, foliis anguſtioribus. PITTAGHAEDIGHAS Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 22.

EUONYMUS Zeylanica, fructu quadrangulo, miniato. WAELAWAEL Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 67.

EUPATORIO affinis, planta Zeylanica, foliis Ulmi. *Breyn. Cent. pag.* 142. & *Moris. Tab.* 27. *ſect.* 7. *Fig.* 29. ut & *Ray. hiſt. tom.* 1. *pag.* 294.

EUPATORIOPHALACRON Scrophulariae aquaticae foliis oppoſitis. *Nobis. Tab.* 42. Eupatoriophalacron Scrophulariae folio trinervi. *Vaill. act. Reg. Paris. ann.* 1720. *pag.* 421. Conyza Zeylanica, latifolia, dentata, flore albo. *Herb. Hart.* Chryſanthemum Zeylanicum, Scrophulariae aquaticae folio, LAVENIA dictum. *D. Scherard.* apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 217.
Habet haec elegans planta caulem viridem, rotundum, cui folia lata adreſcunt bina oppoſita, ſeſſilia, longo & tenuiſſimo principio ortum ducentia, ad tertiam fere partem integra, ſeu non dentata, dein inciſiones ſeu dentes profundos habentia, obtuſos: Folia autem ſunt glabra, tenuia, ſuperiore parte viridia, inferiore glauca, venis magnis albicantibus, & coſta per medium validiſſima donata. Flores in ſummo caulis, ubi divaricatus eſt, gerit, longis in pediculis gemellos, qui communi pedunculo, dein diviſo, ſolitarius ſuo ſuſtinetur pediculo. Flores hi juxta *Hertog* ſunt albicantes, quorum anatomiam, characteremque exactiſſime dederunt *Vaillant in act. Paris loc. citat.* & *Dillen. in H. Elth. pag.* 138.

EUPHORBIO-TITHYMALUS ſpinoſus, caule rotundo, & anguloſo, foliis Nerii latioribus, & anguſtioribus. *Nobis.* Tithymalus Zeylanicus, ſpinoſus, arboreſcens. *Par. Bat. Pr. pag.* 381. *Pluk. Phyt. Tab.* 230. *Fig.* 4. Tithymalus Indicus, arboreſcens, ſpinoſus, Nerii folio. Ela Calli. *H. Amſt. part.* 1. *Fig.* 13. *pag.* 25. Tithymalus arboreſcens, ſpinoſus, Zeylanicus, foliis Laurinis. Ela Calli. *Par. Bat. App. pag.* 13. Tithymalus arbor, Indica, ſpinoſa, foliis latis, Linguae Caninae facie. *Muſ. Zeyl. pag.* 54. Euphorbio & Tithymalo media affinis, aizoi-

aizoides, Indica, arboreſcens, ſpinoſa, Nerii folio. *Breyn. Prodr. 2. pag.* 45. Ela Calli *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 43. quod Euphorbium ſecundum, hactenus ignotum *Commel. in notis.* & *Fl. Malab. pag.* 28. Tithymalus Africanus, arboreſcens, ſpinoſus, & folioſus, lacteſcens, & Euphorbium fundens; ſeu Euphorbium Africanum, arboreſcens, folioſum & ſpinoſum. *H. Beaum. pag.* 39. Varietas eſt Euphorbii anguloſi, foliis Nerii latioribus. *Boerh. Ind. H. L. B. part.* 1. *pag.* 259. qui eſt Tithymalus aizoides, arboreſcens, ſpinoſus, caudice rotundo, Nerii folio. *Commel. praelud. Botan. pag.* 22. & Tithymalus aizoides, arboreſcens, ſpinoſus, caule angulari, Nerii folio. *Commel. praelud. Botan. pag.* 56. quae tantum differunt una caule rotundiori; altera magis anguloſo, & folio latiori, & anguſtiori; unde & in *act. reg. Paris. ann.* 1720. *pag.* 501. diſtinguitur in Euphorbium ſpinoſum, amplo Nerii folio, & Euphorbium ſpinoſum, anguſto Salicis folio. Quas tantum varietates habeo, ſi vero quis diſtinctas velit ſpecies, per me licet. vide & *Act. Philoſ. Lond. vol.* 22. *num.* 287. *pl.* 24. ubi a *Petiv.* Ricinus Malabaricus, ſpinoſus, Phyllitidis folio vocatur.

EUPHORBIUM trigonum, ſpinoſum, rotundifolium. *Act. Reg. Paris. ann.* 1720. *pag.* 500. Euphorbium verum antiquorum Scadida-Calli. *H. Amſtel. part.* 1. *pag.* 23. Euphorbium Indicum, Opuntiae facie, caule geniculato, triangulari. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 44. *Moris. Hiſt. pl. tom.* 3. *pag.* 345. *Commel. Fl. Malab. pag.* 27. Tithymalus Indicus, ſpinoſus, & anguloſus, lacte turgens acri. *H. Beaum. pag.* 41. Scadida-Calli. *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 42. Tithymalus aizoides, triangularis, nodoſus, & ſpinoſus, lacte turgens acri. *Plukn. Almag. pag.* 370. Euphorbium verum antiquorum *Ray. Hiſt. pl. pag.* 873. *Boerh. Ind. H. L. B. tom.* 1. *pag.* 269. Euphorbii characterem vide apud *Linnaeum in char. pl. gen. pag.* 152. vires vero & uſum apud *Samuel Dale Pharmac. pag.* 279.

EUPHORBIUM trigonum, & tetragonum, ſpinoſum, ramis compreſſis. *Act. Reg. Paris. ann.* 1720. *pag.* 500. Euphorbio ſimilis, *Sadricalli* Indorum, quae forte Euphorbium triangulari caule, ramis planis, compreſſis, Opuntiae facie, appellari poteſt. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 44. Rangiferi cornua referens, planta Zeylanica, *Sandricalli* Zeylonenſibus. *Par. Bat. Pr. pag.* 368. Tithymalus aizoides, triangularis, & quadrangularis, nodoſus, & ſpinoſus, ramis compreſſis. *Commel. Prae-*

Trichomanes adiantoides L.

FILIX non ramosa Zeylanica, foliis Adianthi in modum serratis.

Praelud. Botan. pag. 21. & Tithymalus aizoïdes, triangularis, & quadrangularis, articulosus & spinosus, seu spinis geminis aduncis ex eadem sede ortis armatus, succo lacteo acerrimo turgidus. *H. Beaum. pag.* 41. vide & *Plukn. Phyt. Tab.* 320. *Fig.* 2. & *Almag. pag.* 370.

FAGARAS Avicennae, *Clus. ad Garc. Hist. arom. lib.* 1. *cap.* 23. Cubebis affinis, Fagara major, *C. B. P. pag.* 412. Fagara major, Imperato. *ibidem.* GUEGELA-ETTA Zeylonensibus dicta. *Plukn. Almag. Botan.* 143. ubi cum Fagara Abensinae, vel Avicennae conjungitur.

FILIX non ramosa, Zeylanica, foliis Adianthi in modum serratis. *Herb. Herm. Tab.* 43. Filix Zeylanica, foliis Adianthi in modum serratis. *Mus. Zeyl. pag.* 36. Adianthum Africanum, Rutae Murariae aemulum, segmentis longioribus, acutis. *Plukn. Phyt. Tab.* 132. *Fig.* 6. Alta haec, & erecta Filicis species caule adsurgit simplici, firmo, glabro, purpurascente, e quo pinnae foliorum egrediuntur virides, glaberrimae, sensim attenuatae, longissimae, versus basin laciniatae, laciniis paulo longioribus & acutioribus, lacinia singula secundum marginem serrato-dentata est, satis profunda, crenulâ bifidâ, quandoque trifidâ. Apex autem pinnarum, qui acutissimus, & tenuissimus est, integer existit per spatium unciale. Peculiare est in hac planta, quod pinnae, quo magis ad radicem sint positae, eo propius sibi accedant, & in infima plantae parte fere oppositae, quae alias alternatim proveniunt, in caulis medio maxime remotae, ad summum iterum arctius unitae, quod ob plantae altitudinem in Figura nostra, si justa & naturalis foliorum magnitudo, quae in omnibus nostris Tabulis, quantum fieri potuit, servata est, in infima ejus parte exprimi haud potuit, summa enim & dimidia fere totius caulis pars exsculpta est.

FILIX, foliis alternis, denticulatis, indivisis, uncialibus. *Mus. Zeyl. pag.* 7. Trichomanis cubitalis species. *ibidem. pag.* 9. RILLA Zeylonensibus.

FILIX, similis ramosae Alpini, angustioribus vero foliis, & tantum semel ad basin divisis. RILLA Zeylon. *Mus. Zeyl. pag.* 11.

FILIX ramosa, Zeylanica (foeminae species) divisuris integris, nostra angustioribus, semel aut bis dissectis. *Mus. Zeyl. pag.* 32.

Polypodium ramosum Linn.

Filicis humilis ſpecies, ſegmentis longis, & anguſtis. *Muſ. Zeyl. pag.* 25

Filix Zeylanica, foliis integris, in margine leviter ſerratis. *Muſ. Zeyl. pag.* 35. Filix exotica, praelongis & anguſtis ramulis, denticulata. *Plukn. Phyt. Tab.* 181. *Fig.* 5.

Filix Zeylanica, foliis auriculatis, brevibus obtuſis. *Muſ. Zeyl. pag.* 35. an Filix paluſtris, mas, non ramoſa, pinnulis obtuſioribus, ex inſula Bermudienſi. *Plukn. Phyt. Tab.* 242. *Fig.* 6?

Filix Zeylanica, ramoſa, denticulata. *Muſ. Zeyl. pag.* 35. Filix Bermudienſis, elegans, ramoſa, pinnis rarioribus, profunde dentatis, &c. *Plukn. Phyt. Tab.* 244. *Fig.* 2.

Filix Zeylanica, denticulata, non ramoſa. *Muſ. Zeyl. pag.* 36. *Tab.* 44. *Fig.* 1. Filix Zeylanica, dentata. *ibidem.* Filix Zeylanica, denticulata, GHODHAMI-WANA Zeylonenſibus. *Herbar. Gronov.* Filix pyramidalis, Maderaspatana, elegans, pinnulis ſerratis. *Muſ. Petiv. no.* 55. *Tab.* 1. icon. Filix Bermudienſis, non ramoſa, petraea, pinnis acutioribus, planis, hirſute pubeſcentibus. *Plukn. Phyt. Tab.* 244. *Fig.* 1. Filix non ramoſa, major, ſurculis raris, brevioribus, pinnulis crebris, latis, brevibus, non aculeatis. *Sloan. Catal. pl. Jam. pag.* 20. & *Hiſt. Jam. part.* 1. *pag.* 90. *Tab.* 48. *Fig.* 2. quae eſt Filix Indica, major, alis longis, rotundis, crenatis, binis macularum ordinibus ad oras notatis, Arana-Panna *H. Malab. part.* 12. *Tab.* 31. *Bobart. hiſt. Oxon. pag.* 575. quoad deſcriptionem:
Caulis hujus plantae eſt tenuis, rectus, longus, ſupra ſulcatus, ſimplex, purpureus, e quo breviſſimis pediculis proveniunt pinnae plurimum alternae, rarius oppoſitae, longae, tenues, per marginem profunde ſerratae: Unaquaeque ſerratura, ſi venarum ſitum ſpectemus, eſt fere ovata, ſuperius glabra, & laete viridis, inferius fere fuſca; Fructus averſa pinnae parte ſecundum marginem denticulorum natus, inſtar pulveris adſperſi apparet.
Ex communicatione *Joh. Freder. Gronovii*, Botanici egregii, hanc cum duabus ſubſequentibus delineandam curavimus.

Filix Zeylanica, Lonchitidis facie. *Breyn. Cent. pag.* 189. *Tab.* 44. *Fig.* 2. Filicifolia, Lonchitis aſpera, maxima Indorum. *Plukn. Phyt. Tab.* 30. *Fig.* 4. & *Almag. pag.* 152. Lonchitis aſpera, Zeylanica, alis

Fig. 2. Polypodium auriculatum L. Fig. 1. Polypodium unitum L.



Fig. 2.

FILIX Zeylanica, Lonchitidis facie. Breyn.

Fig. 1.

FILIX Zeylanica, denticulata, non ramosa. Mus. Zeyl.



FILIX Zeylanica, arborescens, pinnis alternis, longis, integris, in apice bifidis, caule membranis aucto. Nobis.

alis falcatis, laeviſſime denticulatis, & ſuperiore latere auriculatis. *Bobart. Hiſt. Oxon. part.* 3. *pag.* 566. Quum in *Pluknetii Figura* ſuperior plantae pars deficiat, illam hac tabula ſupplemus. Peculiaris vero ſtructurae eſt haec planta, caulis enim in inferiore plantae parte hirſutiſſimus eſt, (qui male glaber a *Pluknetio* depictus eſt) ſpinulis, ſeu ſquamulis undique obſeſſus, quae ſenſim ad ſuperiora evaneſcentes, caulem in ſummo glaberrimum conſtituunt: Caeterum caulis tenuis eſt, ſulcatus, flexuoſus, ſimplex, inferius villoſus, ſuperius glaber. Pinnae communiter in parte inferiore oppoſitae, in ſuperiore alternae, ſimplices. Singula pinna habet fere faciem digiti, ad baſin transverſim angulo inferiore cauli annexa, ſuperiore autem magis producta, appendiculam conſtituens; margo vix notabiliter ſerratus eſt, quaelibet ſerratura tenuiſſimo aculeo vel ſetula terminatur. Fructus punctatim diſperſus eſt in pinnis ſupremis.

Filix Zeylanica, arboreſcens, pinnis alternis, longis, integris, in apice bifidis, caule membranis aucto. *Nobis. Tab.* 45. Filix arboreſcens, ex ſylvis Cotenſibus HERMANNI *Herbar. Gronov.* Filix ad alas folioſa. *Plum. Cat. pl. Amer. pag.* 11. An Filix arborea, ramoſa, caudice non diviſo, pinnulis anguſtis, raris, obtuſis, integris. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 22? Ad exemplar *Gronovii* manu *Hermanni* adſcriptum erat, foliorum decoctum habilitat uterum ad concipiendum. Elegans certe & rariſſima Filicis ſpecies eſt, quae tota quanta, glaberrima, nigricans, & ſplendens ſeſe offert: Cujus caulis rectus eſt, ad latera utrinque membranulis auctus; membranulae hae e tenuiſſima baſi incipiunt, & latere cauli adnectuntur, ſenſim latiores factae, tandemque in obtuſum deſinunt, longitudine unciali, latitudine ſumma bilineali, adeoque tales membranulae ſenſim ſeſe excipiunt, tanquam gradus in ſcala, & quae a latere oppoſitae ſunt, alternatim cum hiſce variant. Folia ſeu potius pinnae ſunt oblongo-lanceolatae, integerrimae, usque ad ſummum (ubi fiſſum eſt unumquodque folium) venoſae, ſeſſiles, ſingula in ſingulo ſinu membranae per gradus caulis proveniente, adeoque folium hocce compoſitum pinnatum eſt ex pinnis alternis.

Filix non ramoſa, foliis integris, non ſerratis, maxima, Indiae Orientalis. *Breyn. Cent. pag.* 189. Phyllitis *Bontii lib.* 6. *cap.* 34. Filix paluſtris, aurea, foliis Linguae Cervinae *Plum. pag.* 5. *Fig.* 7. Filix ſimpliciter

pliciter pinnatis foliis, seu Phyllitis ramosa, Jamaicensis, maxima, aversa parte, ferruginea lanugine circumquaque obducta, a *Pluknetio* in *Almag. pag.* 154. huic jungitur, quae delineatur in Phytogr. *Tab.* 288. *Fig.* 1. Lonchitis palustris, maxima. *Sloan. Catal. pl. Jam. pag.* 15. Vide & notas ad *H. Malab. part.* 12. *Tab.* 12. *pag.* 25.

Filix non ramosa, Zeylanica, foliis integris, Filici vulgari similis, *Breyn. Cent. pag.* 188. *Ray. hist. pl. tom.* 1. *pag.* 143. an Filix mas, vulgari similis, pinnulis amplioribus, non crenatis, Virginiana. *Plukn. Phyt. Tab.* 179. *Fig.* 2?

Filix non ramosa, foliis integris, non serratis, Zeylanica, minor, *Breyn. Cent. pag.* 188. Filix major in pinnas tantum divisa oblongas, angustasque non crenatas. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 18. & *Hist. Jam. pag.* 48. *part.* 1. *Tab.* 40. Filix non ramosa alis longis, Salicinis, alternis, non crenatis. *Bobart. Hist. Oxon. part.* 3. *pag.* 572.

Filix non ramosa, altissima, palustris, pinnis integris, alternis, serratis, acutis. *Nobis. Tab.* 46. Filix Zeylanica, palustris, non ramosa, altitudine humana superior. *Herb. Herm.* Filix Zeylanica, glabra, latifolia, maxima. *Mus. Zeyl. pag.* 38. Filix non ramosa, foliis integris, serratis, Zeylanica. *Breyn. Cent. pag.* 188. *Ray. hist. pl. tom.* 1. *pag.* 141. quae a *Breynio* Haemionitidi, alteri *Dalechampii* perquam similis dicitur, quae depicta etiam reperitur in *Hist. Lugd. pag.* 1218. sed quae serraturas habet profundiores, & minor ac humilior est.
De nostra in *Mus. Zeyl.* dicitur: foliis est longis, sesquiunciam latis, venosis; Plurimi exiles nervi, recte a medio nervo ad margines excurrunt: quibus addo, quod margines sint laeviter serrati, serraturis angustis, nervus vero medius est crassus, ab utraque folii parte protuberans & conspicuus, coloris straminei, cujus etiam est caulis. Folia sunt pinnata, glaberrima, nervosa, laete viridia, ex caule provenientia.

Filix Zeylanica, scandens, foliis crassis, & angustis. *Mus. Zeyl. pag.* 39. Filix scandens, perpulchra, Indica. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 46.

FLOS CLITORIUS flore coeruleo. *Nobis.* flos Clitorius. *Breyn. Cent. pag.* 76. ubi icon & descriptio *Petiv. Act. Phil. Lond. vol.* 20. *no.* 244. *pl.* 19.

Polypodium palustre Lin.

FILIX non ramosa, altissima, palustris, pinnis integris, alternis, serratis, acutis. Nobis.

pl. 19. Clitorius Zeylanicus, flore coeruleo. *Hart. Catal. semin.* Flos coeruleus, Bonga Biru. *Rumph. Herb. Ambon. lib* 7. *cap.* 30. Phaseolus Indicus, Glycyrrhizae foliis, flore amplo coeruleo. *H. Amst. tom.* 1. *pag.* 47. Phaseolus Indicus, purgans, seu Galega Phaseoloides Zeylanica, flore coeruleo. *Mus. Zeyl. pag.* 10 & 31. Phaseolo adfinis, Glycyrrhizae Germanicae foliis, Orientalis, flore amplo coeruleo. *Par. Bat. Pr. pag.* 364. Phaseolus Indicus, Glycyrrhizae foliis, flore coeruleo amplo, sive Flos Clitoridis. *Breyn. Prodr.* 1. *pag.* 43. Flos Clitoridis Ternatensium *Amm. Char. pl. pag.* 62 & 394. Phaseolus Indicus, coeruleus, Glycyrrhizae foliis alatis, flore amplo Clitorio. *Plukn. Almag. pag.* 294. Faba purgatrix CATHARODU Zeylonensibus. *Grimm. Labor. Ceyl. pag.* 124. vocatur & KATARODUWAEL in *Mus. Zeyl.* ubi additur: Ex fructu destillatur aqua Ophthalmica. Farina Fructuum in jusculo ad drachmas duas data, & assumpta, alvum leniter solvit. in *Labor. Ceyl.* notatur, quod fabae exsiccentur, & ex iis pulvis conficiatur, qui cum Lacte *Cocos* assumptus, aut jusculo, leniſſime purgat, & dolorem mitigat in Colica, Stomachum etiam, & viscera juvat. dosis est, drachma una ad tres.

Flos Clitorius, flore albo. *Nobis.* Phaseolus Zeylanicus, purgans, floribus albis. *Mus. Zeyl. pag.* 61. Galega Phaseoloides Zeylanica, flore albo. *ibidem. pag.* 32. Clitorius flos albus *H. L. Bat. pag.* 162. Phaseolo affinis, Glycyrrhizae Germanicae foliis, Orientalis, flore albo. *Par. Bat. Pr. p.* 365. & *Fl. Malab. p.* 54. Schanga-Cuspi. *H. Malab. part.* 8. *Tab.* 38. KATARODU haec quoque Zeylonensibus audit, estque prioris varietas.

FRUCTUS Indicus, sarmentosus, foliis hispidis, rigidis, ad quamvis materiam laevigandam commodissimus. *Mus. Zeyl. pag.* 19. KOROSWAEL & KOROSSAWAEL Zeylonensibus. Nomen tulit a *Korossa* laevigare; folia enim plantae, cum admodum densa & scabra sint, usurpantur ab incolis ad poliendam, & laevigandam quamcunque rem.

FRUTEX trifolius, spicatus, producens baccas nigras, *Mus. Zeyl. pag.* 24. Rhois trifoliatae frutex Salawaccensis, floribus juliformibus *Mus. Petiv. no.* 678. & *Ray. tom.* 3. *pag.* 58. *Dendrol.* KOBBAE Zeylonensibus.

FRUTEX Zeylanicus, ſpinoſus, Jasmini flore, folio ſubrotundo, ſiliquis falcatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 33.

FRUTEX Zeylanicus, ſpinoſus, KATHUPILA dictus. *Muſ. Zeyl. pag.* 39.

FRUTEX ſpinoſus, baccas ſanguineas, oblongas proferens. *Muſ. Zeyl. pag.* 56.

FRUTEX Zeylanicus, ſpinoſus, ſarmentoſus, fructibus rubicundis, carnoſis, rotundis. *Muſ. Zeyl. pag.* 59.

FRUTEX ſarmentoſus, ligno croceo, levi, longe lateque ſpargens. *Muſ. Zeyl. pag.* 47. ubi additur, ſaepe ultra duo, aut tria millia paſſuum in circumferentia prorepit. BANWAL Zeylonenſibus dicitur a *Bana* quod funiculum ſignificat ad alligandum boves, talia enim conficiunt ex tenuioribus hujus ſarmentis.

GAEDHUMBA *Muſ. Zeyl. pag.* 60. ſic dicitur a glutine, quia corticis ſuccus viſcoſus eſt, ac glutinoſus.

GALANGA minor, *Muſ. Zeyl. pag.* 51. *Cluſ. Aromat. hiſt. lib.* 1. *cap.* 40. *pag.* 211. *Acoſt. apud Cluſ. cap.* 31. *pag.* 275. Galanga & Galanga minor Officinarum. *C. B. Pin. pag.* 35 vide & *Ray. tom.* 2. *pag.* 1337. &c. Galanga major & minor, Lanquas & Lampujang apud *Rumph. in Herb. Ambon. lib.* 8 *cap.* 9 & 10. eleganter deſcribuntur. MAHUKALUWA haec quoque Zeylonenſibus dicitur, quod nomen *Zedoariae rotundae* etiam tribuitur; ut patet ſupra ad *Colchicum pag.* 68.

GALANGA ignobilior. *Muſ. Zeyl. pag.* 51. Galanga major *C. B. Pin. pag.* 35. qui utriusque plura habet ſynonyma, apud *Acoſt. in edit. Venet. pag.* 45. hujus habetur figura. Vide apud *Cluſ. lib.* 1. *aromat. cap.* 40. & *Acoſt. cap.* 31. Galangae majoris & minoris deſcriptionem ac uſum habet etiam *Samuel Dale in Pharmac. pag.* 330. *Grimm.* autem in *Labor. Ceyl. pag.* 122. de Galanga majore haec habet: Nos ipſi hanc, prout neceſſitas poſtulavit, ſaepiſſime uſui adhibuimus, & apud nos abundanter plantari poteſt, nam parvae eſt altitudinis; albos flores emittit, ſicut & fructum non abſimilem ipſi Cardamomo &c. Propter quam rationem inter ejus ſpecies libenter fructum illum annumerarem. Iſtius radicis vires ſufficienter ſunt notae. E floribus conſervam com-

compono, quae radice jucundior eſt ad tenerarum perſonarum uſum. KUDAKALUWA Zeylonenſibus.

GALEGA quadrifolia, TELAMANDUKOLA Zeylonice dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 15. nomen habet a *Tela* quod notat illud, quod ſine butyro coctum ſaporoſum eſt: Coquitur autem haec herba loco Bliti.

Galega Indica, ſiliquis articulatis, foliis latioribus, ramulis ad exortum alatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 24 & 55. Sesban Alpini folio latiori DYAHYABALA Zeylonenſibus. *ibidem.*

Galega Indica, minor, hexaphylla. *Muſ. Zeyl. pag.* 42. TORA & TORAKOLA Zeylonenſibus. vide ſupra ad Cassiam *pag.* 56.

Galega Indica, fruteſcens, ſpinuloſa, ſiliquis anguſtis, longiſſimis, folio Mimoſae. *Muſ. Zeyl. pag.* 64. & Galega Ægyptiaca, ſiliquis articulatis. *ibidem. C. B. Pin. pag.* 352. Sesban *Alpini Pl. Ægypt. pag.* 81 & 82. *Amm. H. Boſian. pag.* 33. & Sesban aculeatum *Veſſingii pag.* 27. Vide hanc cum ejus charactere deſcriptam in *Ponted. Anthol. pag.* 284. & *ſeq.* an eadem cum *Emero* ſuperius deſcripto?

GALEOPSIS Zeylanica, folio oblongo, flore albo. *Herb. Herm. Tab.* 20. *Fig.* 3. ſupra expreſſa eſt.

Caulem gerit haec planta quadrangularem, hirſutum, viridem; folia bina oppoſita, ſcabra, ſuperiore parte viridia, inferiore pallidiora, oblonga, & obtuſa. Flores ad alas foliorum locantur verticillati, parvi, albicantes, longis in calicibus, hirſutis, diſſectis contenti, qui ſemina poſt ſe relinquunt oblongo-rotunda, nigra, quae pericarpio magno, in ſummo corniculis quatuor inſtructo, occluduntur.

GALLIUM Zeylanicum, minimum, odoratum. *Muſ. Zeyl. pag.* 51.

Gallium Zeylanicum, ſylveſtre, Lini folio, flore albido. *Hert. Catal. ſemin.* Convenit forte cum Gallio albo Linifolio. *Barl. Obſerv.* 99.

GAMBU Moluccanum, odore roſeo. *Muſ. Zeyl. pag.* 48. GABBU Zeylonenſibus. Fructus hujus arboris parvi ſunt, Mespili magnitudine, lutei, odore roſeo. Alia hujus ſpecies Pyri magnitudine ac forma eſt.

Jam-

Jambos Acoſtae. arbores has ex Europa in Zeylonam eſſe tranſlatas credunt. vide infra ad *Jambos.*

GENISTA articulata, repens, foliis craſſiuſculis, planis, acutis. *Nobis. Tab.* 47. *Fig.* 1. Geniſta Zeylanica, ſylveſtris, repens, flore coeruleo. *Herb. Hert.* Hedyſarum monophyllum, repens, ſiliculis glabris, non crenatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 33. UDUPYALI alia ſpecies, folio ſingulari, oblongo. *Muſ. Zeyl. pag.* 5.
In ſylvis magna copia haec planta per terram repens, & ſeſe diffundens reperitur, caules multos, rotundos, virides emittens, ubi folia erumpunt, nodoſos ſeu articulatos, paleaceos, ex ſingulo nodo unicum producens folium, quod ſatis longo, & firmo ſuſtinetur pediculo, glaberrimum, laete virens, aequale, craſſum, oblongum, acuminatum. Floſculi in longis ſpicis ſuſtinentur, plures alternatim in ſpica, quae ex alis foliorum erigitur, provenientes, tenuibus, ſed magnis, acutis, quadrifariam diſſectis, paleaceis calicibus contenti, & fere occluſi; ſunt minimi, coerulei, papilionacei. Siliquae binae in ſpica ſimul producuntur communi primo, dein proprio pediculo inſedentes, copioſae admodum hae in ſpicae faſtigio apparent, quae ſunt virides, planae, glaberrimae, nullis articulis vel interſtitiis diſtinctae, ſeminibus reniformibus repletae. Unde ad *Geniſtam* & non ad *Hedyſarum* pertinet. Cumque hac convenire videtur denominatio *C. B. in Pin. pag.* 395. quae Geniſta ramoſa, Hyperici folio ab eo vocatur; noſtrae enim folia Hyperico ſimillima ſunt, & planta ipſa ramoſa admodum eſt. Differt autem ab Hedyſaro Indico, folio ſingulari, ſubrotundo. *Tournef. inſtit. pag.* 401. uti ex *Plukn. Phyt. Tab.* 59. *Fig.* 3. patet.

GENISTELLA Zeylanica, ſpinoſa. *Muſ. Zeyl. pag.* 58. an Geniſtella ſpinoſa, Africana, Laricis folio, *Breyn. Cent. pag.* 68?

GENTIANA Indica, flore patulo, coeruleo, Calthae paluſtris facie, radice tenui, fibroſa. *Muſ. Zeyl. pag.* 33. Gentiana Indica, aquatica, caule quadrato, floribus coeruleis, amplis, radice fibroſa. *ibidem. pag.* 53. GHIROTILLA Zeylonenſibus.

GERANIUM maximum, Zeylanicum, Tuſſilaginis folio, flore purpureo. *Alb. Sebae rer. nat. theſ. part.* 1. *Tab.* 26. *Fig.* 2. *pag.* 42. Characterem hujus generis expoſuit *Linnaeus in char. gen. pl. pag.* 204.

GHAE-

Hedysarum vaginale L. Fig. 2. Hedysarum Gangeticum Lin.

Fig. 1.

Fig. 2.

GENISTA articulata, repens, foliis crassiusculis planis, acutis. Nobis.

HEDYSARUM monophyllum, latifolium, siliculis plurimis spica longa digestis. Nobis.

GHAERIETHAGAS, seu arbor bovina. *Mus. Zeyl. pag.* 23 & 33. nomen significat ossa vaccarum, quia lignum ossa refert.

GHALBERYA *Mus. Zeyl. pag.* 22. a *Ghal* quod lapidem, & *Berya* quod cribrare significat; purgat enim haec planta sordes pedum.

GHANDAPANA. *Mus. Zeyl. pag.* 60. *Ghanda* notat foetorem, folia enim foetent. *Pana* alia species est, nec foetens, nec olens.

GHODHAMELUM *Mus. Zeyl. pag.* 16. Flos est Antirrhini. Planta est refrigerans, bilem maxime educit, sanat Icterum, praesertim cum lacte vaccino data. ut notatur in *Mus. Zeyl. Orketambari* Malabaris.

GHODHAPARAGHAHA. *Mus. Zeyl. pag.* 70. sic dicitur, quod crescat solo duro, *Ghodha* vocato. *Para* additur, quod & alia ejus species est, PARA vocata.

GHONAPITTAN *Mus. Zeyl. pag.* 68. *Ghona* Cervum, *Pittan* dorsum notat, folia quodammodo Cervi dorsum repraesentant. ut dicitur in *Mus. Zeyl.*

GRAMEN Alopecuroides. *Mus. Zeyl. pag.* 5. Gramen Alopecuras, Zeylanicum, *ibidem. pag.* 45. Gramen forte Alopecuroides Indicum, majus, vel minus &c. *Plukn. Phyt. Tab.* 92. *Fig.* 4 & 5. KAWULA Zeylonensibus.

GRAMEN amoris, minus. *Mus. Zeyl. pag.* 25. Gramen forte amoris alterum, paniculis strigosioribus magisque sparsis. *Ray. Catal. pl. exter.* apud *Plukn. Phyt. Tab.* 92. *Fig.* 2. Gramini tremulo affine, panniculatum, elegans, minimum *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 34. an Tsjama-Pullu *H. Malab. part.* 12. *Tab.* 41? an Amourettes Maderaspat. panniculа minus sparsa locustis perexiguis. *S. Brouwn. lib.* 7. *no.* 293. apud *Scheuchz. Agrost. pag.* 197?

GRAMEN arundinaceum, Lithospermi semine, minus. *Mus. Zeyl. pag.* 45. an Gramen Cyperoides sylvaticum, maximum, geniculatum, asperius, semine Milii Solis. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 36. & *Hist. part.* 1. *p.* 118. *Tab.* 77. *Fig.* 1? WELHIRI Zeylonensibus.

Gramen arundinaceum, tibicinum, Zeylanicum, NALAGHAS. Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 45.

Gramen cruciatum Zeylanicum, an Gramen Miliaceum latifolium? *Muſ. Zeyl. pag.* 6. an Gramen iſchaemon Malabaricum, ſpecioſius, longioribus & mucronatis foliis. *Plukn. Phyt. Tab.* 300. *Fig.* 8? Gramen dactylon, Ægyptiacum *C. B. P. pag.* 7. & *Fl. Botan. pag.* 110. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 34. Gramen dactylon ſpicis brevibus craſſis, plerumque quatuor cruciformiter diſpoſitis. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 33. ubi vide plurima ſynonyma, & *Hiſt. Jam. pag.* 110. *vol.* 1. Gramen vaccinum, Rompot Carbou *Rumph. Herb. Ambon lib.* 10. *cap.* 5. Cavara-Pullu *H. Malab. part.* 12. *Tab.* 69. ITANA & IDADHU Zeylonenſibus. *Idadhu* ſignificat cuſpidem arcuum ferream, Cinghalenſium, cujus cuſpidis formam referunt hujus plantae folia. *Tana* eſt particula adjectiva, herbarum nominibus admodum familiaris.

Gramen cruciatum, ſupinum, Zeylanicum, humi repens. *Muſ. Zeyl. pag.* 45. Gramen dactylon procumbens, craſſum & viridius, cumlo reclinato. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 33. & *Hiſt. Jam. vol.* 1. *pag.* 111. Gramen dactylon cruciatum, Americanum &c. *Plukn. Phyt. Tab.* 189. *Fig.* 7. ITANA Zeylonenſibus.

Gramen Dactyloides ſpicis deorſum ariſtatis. *Nobis. Tab.* 47. *Fig.* 1. Gramen ſpica diviſa Zeylanicum, ex una parte ariſtis donatum. *Muſ. Zeyl. pag.* 36. Gramen dactylon, elatius ſpicis plurimis tomentoſis. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 33. & *Hiſt. Jam. tom.* 1. *pag.* 111. *Tab.* 65. *Fig.* 2. Gramen Dactylon, Indicum, ſpicis villoſis, ſubrubeſcentibus. *Bobart. Hiſt. Oxon. part.* 3. *pag.* 185. Gramen Zeylanicum, ſpica in quinque vel ſex partes diviſa. *Heiſt. Cat. pl. Acad. Jul. ann.* 1733. *pag.* 8. Florum ſpicae e ſummitate caulis veluti ex eodem puncto oriuntur, quinque, ſex, vel ſeptem ſimul, una vel altera interdum brevi ſpatio remota e caule exit. Omnes ſunt ſpicae oblongae, digitales, rectae, vel laeviter incurvatae, heteromalae verſus latus inferius, conſtant omnes glumis alternatim poſitis, muticis, duae vel tres in communi calice mutico exceptae ſunt. Caulis eſt ſesquiſpithamalis, laevis, ſtriatus, glaber. Folia attingunt ſaepe longitudinem caulis, ad margines ſcabra, latitudine per totam longitudinem aequalia, ſtriata, laevia.

Gra-

Fig. 3. Poa tenella L. Fig. 1. Cynosurus Indicus L.

Fig. 2. { Scirpus autumnalis Linnei Sec. Houttuyn 2. 344. Pyll. 12. B. 1785 / Scirpus capillaris L. secundum Gronov. Lor. W. pag. 500. } Gerardus. Pag. 128.

GRAMEN panniculatum, locustis tenuissimis subrotundis. Nobis.

Fig. 3.

GRAMEN pusillum Junci capitulis minimis, ad basin foliolis binis auctis. Nobis.

Fig. 2.



Fig. 1.

GRAMEN Dactyloides spicis deorsum aristatis. Nobis.

GRAMEN Dactylon, Zeylanicum, radice tuberosa, aromatica, dulci, odorata. *Musc. Zeyl. pag.* 66. Gramen dactylon, aromaticum, multiplici pannicula, spicis brevibus, tomento candicantibus. &c. *Plukn. Phyt. Tab.* 190. *Fig.* 1. KALANDURU Zeylonensibus.

GRAMEN Dictacophoron, spica turgida, cristata. *Musc. Zeyl. pag.* 25. Gramen dactylon, bicorne, tomentosum, minus. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 33. & *Hist. Jam. part.* 1. *pag.* 110. *Tab.* 68. *Fig.* 2. an Gramen Dactylon, Siculum, multiplici pannicula, spicis ex eodem exortu geminis? *Ray. hist. pl. pag.* 1271. *Plukn. Phyt. Tab.* 92. *Fig.* 1.

GRAMEN Dactylon, Zeylanicum, minus. *Heist. Cat. pl. Acad. Jul. ann.* 1732. *pag.* 11. an Gramen dactylon bicorne, spicis purpurascentibus, minus. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 34. & *Hist. vol.* 1. *pag.* 112. *Tab.* 68. *Fig.* 1.

GRAMEN Cyperinum, Zeylanicum, vulgare, minus, KALANDURA Zeylonensibus. *Musc. Zeyl. pag.* 2 & 4. an Gramen Cyperoides, minus, spicis compactis, subrotundis, flavicantibus, *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 36. & *Hist. vol.* 1. *pag.* 119. *Tab.* 79. *Fig.* 1?

GRAMEN Cyperinum, Zeylanicum, radice tuberosa, *Hin* Zeylonensibus dictum. *Musc. Zeyl. pag.* 4. an Gramen Cyperoides, minimum, spica simplici, compacta, radice tuberosa, odorata. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 36. & *Hist. vol.* 1. *pag.* 120. *Tab.* 79. *Fig.* 2?

GRAMEN Cyperinum, Zeylanicum, porcinum, capitulis conglobatis, rotundis. *Musc. Zeyl. pag.* 7. Gramen Cyperoides latiore folio, pannicula in summitate caulis conglomerata. *Plukn. Phyt. Tab.* 190. *Fig.* 8. vel potius Gramen Cyperoides, minus, spica compacta, subrotunda, viridi radice odorata. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 36. & *Hist. vol.* 1. *pag.* 119. *Tab.* 78. *Fig.* 2. URUKIRI Zeylonensibus. ab *Uru* quod porcum notat, a porcis enim hoc gramen appetitur.

GRAMEN parvum, spica triunciali, ramosa, instar Cyperi Miliacei. *Musc. Zeyl. pag.* 26. Gramen Cyperoides pumilum, elegans Maderasp. *Plukn. Phyt. Tab.* 191. *Fig.* 8.

GRAMEN Cyperinum, junceum, longiſſimum, HASPAN vocatum. *Muſ. Zeyl. pag.* 23. an Gramen Cyperoides, Maderasp. pannicula magis ſparſa, & ſpecioſa. *Plukn. Phyt. Tab.* 192. *Fig.* 2?

GRAMEN Cyperinum, Indicum, minimum, capillaceum, ſeu barbatum. *Muſ. Zeyl. pag.* 57. an Gramen Cyperoides, minimum, ſpicis pluribus compactis & oblongo-rotundis. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 36. & *Hiſt. vol.* 1. *pag.* 120. *Tab.* 79. *Fig.* 3? Seu Gramen junceum perpuſillum, capillaceis foliis, Æthiopicum *Plukn. Almag. pag.* 179. & *Phyt. Tab.* 300. *Fig.* 5? MANGHARUDAELI Zeylon. *Mangharu* piſciculi barbati nomen eſt. *Daeli* barbam notat.

GRAMEN Cyperinum, Zeylanicum, majus, alterum. *Muſ. Zeyl. pag.* 58. an Gramen Cyperoides, Indicae Orientalis elatius, pannicula ſparſa, palleſcente. *Plukn. Phyt. Tab.* 191. *Fig.* 7?

GRAMEN Cyperinum, KARABUHIRI dictum. *Muſ. Zeyl. pag.* 45.

GRAMEN Cyperinum, maximum, MAHAKIRI dictum. *Muſ. Zeyl. pag.* 45. an Gramen Cyperoides, majus, ſpicis ex oblongo rotundis, compactis, ferrugineis. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 36. & *Hiſt. vol.* 1. *pag.* 118. *Tab.* 77. *Fig.* 2?

GRAMEN Cyperinum, minimum, HINKIRI dictum. *Muſ. Zeyl. pag.* 45.

GRAMEN Cyperinum, medium, inaugurale, ÆLHIN dictum. *Muſ. Zeyl. pag.* 45. *Æl* Oryzam nondum mundatam, ſeu decorticatam notat. *Hiri* Oryza eſt. Inter Oryzam autem hoc gramen creſcere ſolet. *Inaugurale* vocatur, quia Cinghali ex hujus graminis luxuria inaugurantur agrorum fertilitatem, nec ſpes bonae frugis illos facile fallit, ſi Oryzâ conſerunt agros, quos gramine hoc luxuriantes obſervarunt: ut notatur in *Muſ. Zeyl.*

GRAMEN Junceum, Chamaemeli capitulis, aphyllis, albis, *Muſ. Zeyl. pag.* 7. Gramen Indicum, capitulis tomentoſis *ibidem. pag.* 57. Gramen junceum, Indiae Orientalis, minus, capitulo rotundo, ex paleaceis ſpiculis in cacumine caulis glomerato. *Plukn. Mantiſſ. pag.* 98. KOKMOTHA Zeylonenſibus. *Motha* ſignificat ſagittam ſine cuſpide ferreo, ſed lignoſo, in globuli formam facto. *Koka* aviculam parvam, can-

candidam, longo collo, capite albicante, quod gramen hoc repraesentat. Pedem circiter altum est, foliis latioribus dordiano, ut describitur in *Mus. Zeyl.*

GRAMEN junceum, foliis capillaceis fericeis, capitulis minimis, rotundis. *Mus. Zeyl. pag.* 8. PENDA Zeylonensibus, quod caudam avium notat.

GRAMEN junceum, Chamaemeli capitulis albis, aphyllis, minus. *Mus. Zeyl. pag.* 8. KOKMATHA minor *ibidem. pag.* 20. ubi additur: Haec est illa species, quam habet *D. Doody.* Gramen junceum, minus e Maderasp. seu Juncus pumilus, capitulis in summitate aphyllis. *Plukn. Phyt. Tab.* 192. *Fig.* 7.

GRAMEN Indicum, capitulis oblongis, floridis, aureis, squammatis. *Jupicai* Bontii. *Mus. Zeyl. pag.* 41. *Erva* d'*Empige* Lusitanis *ibidem.* & *Pisonis pag.* 238. Gramen florens capitulo squamoso. *Ray. hist. p.* 1318. & *Commel. Fl. Malab. p.* 34. Kotsjiletti-Pullu *H. Malab. part.* 9. *Tab.* 71. ubi vide notas. RANMOTHA Zeylonensibus. *Ran* denotat aurum. *Motha* quodcunque corpus tenerum; hujus enim plantae capitula oblongo-rotunda, aurei coloris sunt.

GRAMEN floridum, luteum, capitulis squammatis, majus. *Mus. Zeyl. pag.* 50. MOTHTHU Zeylonensibus, quod notat capitellum, quod gladiorum manubriis inponitur.

GRAMEN Junceum, Zeylanicum, odoratum. *Mus. Zeyl. pag.* 57. Radix Indica odore Cyperi. *ibidem. pag.* 51. SAEWAENDARA Zeylonensibus, quod notat odorem. *Lambutschi veru*, id est radix odorata. Substituunt has radiculas odoratas pro Cypero ac Iride. Comestae reddunt urinam odoratam, eamque promovent. *Mus. Zeyl. pag.* 52.

GRAMEN paludosum, Junci capitulis ad basin foliosis. *Mus. Zeyl. pag.* 45. an Gramen junceum, aquaticum, capitulis cum foliis capillaribus simul ortis proliferum. *Plukn. Phyt. Tab.* 32. *Fig.* 3? &c. BINTANA Zeylonensibus.

GRAMEN pusillum, Junci capitulis minimis, ad basin foliolis binis auctis. *Nobis. Tab.* 47. *Fig.* 2. Gramen glareosum, Junci capitulis ad basin

foliosis. *Musc. Zeyl. pag.* 45. Gramen Junceum parvum, seu Holosteum, strictissimis & hirsutis foliis. *Plukn. Phyt. Tab.* 299. *Fig.* 3. Juncus foliatus, minimus. *J. B. tom.* 2. *lib.* 18. *pag.* 523. Huc spectat Motta-Pullu *H. Malab. part.* 12. *Tab.* 38. HADUTANA Zeylonensibus.
Graminis nostri radices sunt capillares, plures, simplices, serpentinae, albicantes, quae ex capitulo eodem protrudunt folia plurima capillaria, longitudine circiter digiti, interstincta dein brevibus, acuminatis, acutis, sulcatis squamis. Folia haec majuscula versus apicem, vel ab eo dimidio uncialis spatio protrudunt floseulum unicum, vel alterum e latere inferius foliolo tenuissimo suffultum. Flos hic constat squamis sex, calicinis, in orbem positis, oblongo-acuminatis, includens sex stamina, & unicum pistillum, absque ullis petalis, tandem proferens fructum membranaceum trilocularem. Parvitate certat cum Scirpo omnium minimo, capitulo breviori, *Tournef.*

Gramen panniculatum, locustis tenuissimis, subrotundis. *Nobis. Tab.* 47. *Fig.* 3. Gramen panniculatum, ex oris Malabaricis, pannicula delicatiore. *Plukn. Phyt. Tab.* 300. *Fig.* 2. Gramen Miliaceum, folio hirsuto. *Musc. Zeyl. pag.* 24. Gramen Furni, Rompot Assap. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 10. *cap.* 6. MENERITANA Zeylonensibus. a *Meneri* quod Milium notat.
Caulem terminat pannicula delicatula, contracta, vel angusta, continens locustas compositas ex quatuor vel quinque glumis muticis, minimis, exceptas a calice biglumi, mutico.
Omnes hae squamae distinctae, & imbricatim collocantur in formam ovatam. Caulis, qui tenuis est, tegitur fere vaginis foliorum, quae angusta, striata, acuminata, ad exortum e caule hirsuta sunt.

Gramen Zeylanicum, Miliaceum. *Musc. Zeyl. pag.* 58. Gramen Dactylon, Orientale, majus, Frumentaceum semine Napi. *Plukn. Phyt. Tab.* 91. *Fig.* 2. vide & *Almag. pag.* 174. Caracam Cinghalensibus *Knox Itiner. pag.* 11. vide & *Moris tom.* 3. *pag.* 185. ut & *Ray. tom.* 3. *pag.* 606. KURAKKAN Zeylonensibus.

Graminis species, cujus semina comeduntur loco Oryzae. *Musc. Zeyl. pag.* 61. Gramen dactylon, Indicum, esculentum, spica articulata. *Ambros. Phytol. pag.* 546. Figura ejus invenitur apud *Plukn. Phyt. Tab.* 190. *Fig.* 2. BADHAMU Zeylonensibus.

Ceanothus Asiaticus L.

GROSSULARIA *spinis vidua, baccis in racemo congestis spadiceis, foliis crenatis ovato-acuminatis. Nob.*

GRAMEN Zeylanicum, folio eleganter maculato. *Par. Bat. Pr. pag.* 338. Gramen paniceum, minimum, humi ſtratum, ſpica diviſa mutica, foliis variegatis. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 30. & *Hiſt. Jam. vol.* 1. *p.* 107. *Tab.* 64. *Fig.* 3. *Ray. tom.* 3. *pag.* 600. Gramen ſerpentarium, Zeylanicum, *Breyn. Cent. Prodr.* 2. *pag.* 54. ubi pro Graminis Dactyli, aut Panicei ſpecie habetur.

GRAMEN pratenſe, Zeylanicum, paniculis hirſutis, plumoſis. *Muſ. Zeyl. pag.* 58. an Gramen pratenſe, tomentoſum, paniculaſparſa. *C.B. P. pag.* 4?

GRAMEN tremulum, minus, ITANA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 56. Gramen tremulum, minus, panicula ſparſa, *C. B. P. pag.* 2. *Plukn. Almag. pag.* 176. &c.

GRAMEN Typhoides, album, *Muſ. Zeyl pag.* 32. Gramen forte, Indicum, Alopecuroides, holoſericum, majus, ſpica longa pappeſcente. *Plukn. Almag. pag.* 177. & *Phyt. Tab.* 92. *Fig.* 5. an Gramen Alopecuroides Curaſſ. ſpica longiſſima, & ſericea candida. *Par. Bat. Pr.*

GRANATA MALUS Zeylanica, ſpinoſa. *Par. Bat. Pr. pag.* 338. & *Commel. Fl. Malab. p.* 34. Granata Malus Zeylanica, ſpinoſa, flore luteo. *Par. Bat. Append. pag.* 9. Malus Punica Zeylonenſium, ſpinoſa. *Plukn. Almag. pag.* 240. Malus Granata Zeylonenſis, aculeata *Phyt. Tab.* 98. *Fig.* 6. Katunaregam *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 13. *Ray. tom.* 3. *pag.* 19. *Dendr.* Granatum Malum, Delima, *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 2. *cap.* 33. Arbor Granata. *Grimm. Labor. Ceyl. pag.* 116. ubi haec habet: Offert nobis Syrupum Granatorum, Confervas flor. Granat. Flores & folia optimum ſuum habent uſum in Chirurgia ad Gargarismos, Clyſteres, & alia medicamenta, quae ſimul attrahendi, repellendi, atque abſtergendi virtutem habere debent. &c. a *Commel. in Fl. Malab. pag.* 42. huic jungitur Malus Limonia, Malabarica, fructu umbilicato. *Ray. Hiſt. p.* 1463.

GROSSULARIA ſpinis vidua, baccis in racemo congeſtis, ſpadiceis, foliis crenatis, ovato-acuminatis. *Nobis. Tab.* 48. Groſſulariae adfinis arbor, baccis in racemo congeſtis, ſpadiceis, ex acido dulceſcentibus, *Herb. Herm.* Groſſulariae forte fructu, non ſpinoſa, Malabathri foliis oblongis, floribus herbaceis racemoſis, fructu nigro. *Sloan. Cat. pl. Jam.*

Jam. pag. 165. Groſſularia Zeylanica, baccis majoribus nigris. *Muſ. Zeyl. pag.* 11 & 26. Groſſularia Zeylanica, magno flore, EMBILLE Zeylonenſibus. D. Herman. apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 27. *Dendr.* an Ana-Vinga *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 49. ÆMBILLA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl.* ubi additur, baccas fert forma & ſapore Ribes aemulantes. Gerit haec arbuſcula caules firmos, craſſos, rotundos, glabros, obſcure virides, e quibus folia alternatim proveniunt ſolitaria, ſubrotunda, acuminata, in ambitu crenata, glabra, obſcure virentia. Flores ex foliorum alis proveniunt, in parvis racemis congeſti, tetra aut pentapetaloides parvi, ſtaminibus plurimis & calice ſuo contenti, qui baccas dant ex acido dulceſcentes, ſpadiceas, *Ribeſii* forma, unde & forte, quum etiam ſpinis deſtituatur, eo propius accedit.

GROSSULARIA Zeylanica, major, GHAESAEMBILLA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 36. Groſſularia baccis albis, pediculis floriferis in ſummo ramo, & ex alis foliorum exeuntibus. *Ray. tom.* 3. *Dendr. pag.* 27.

GROSSULARIA Zeylanica, baccis minoribus, albis, acidiuſculis. *Muſ. Zeyl. pag.* 11. Groſſularia Zeylanica, fructu albo. D. Hermans. *Ray. tom.* 3. *pag.* 27. *Dendr.* Baccifera Maderasp. Ribes more, floribus muſcoſis, Juli inſtar. *Petiv. Muſ. no.* 621. GHAESAEMBILLA haec etiam Zeylonice audit, priorisque varietas eſt. Groſſulariae character invenitur apud *Linn. char. pl. gen. pag.* 68. ad RIBES.

GUAJAVOS fructu pallido, dulci *Muſ. Zeyl. pag.* 3. Guajava alba, dulcis. *Par. Bat. Pr. pag.* 330. *H. Amſt. tom.* 1. *pag.* 121. Guajava Indica, fructu Mali facie, pulpa interiore alba *J. B. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 41. Guajava alba, dulcis, fructu longo. *Herm. Cat. H. L. B. pag.* 305. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 34. Guajaba pomifera, Indica, pulpa candida. *C. B. P. pag.* 437. Guajavus domeſtica, Guajavus *Rumph. Herb. Amboi. lib.* 1. *cap.* 41. qui & *cap.* 42. ſylveſtrem habet fructu viridi. Guajavae dulcis icon etiam exprimitur apud *Merian. inſect. Surin. hiſt. Tab.* 19. & apud *Piſonem* Guajaba vocatur *pag.* 153. Pela *H. Malab. part.* 3. *Tab.* 34. *pag.* 31. vide & *Ray hiſt. pag.* 1455. Malo punicae affinis pomifera, flore pentapetalo, albo, fructu nullis diſſepimentis interſtincto, ex toto eſculento, majore, albo. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 199. qui plurima habet ſynonyma & alias etiam ſpecies, vide & *Hiſt. Jam. part.* 2 *pag.* 163. PERA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl.* ubi dicitur: Luſitani hanc arborem in Zeylonam tranſtulerunt.

HAM-

HAMDAMANIAS, *Muſ. Zeyl. pag.* 3. *Hamma*, ſeu *Hambda* pellem, vel corium notat.

HAMPINNA *Muſ. Zeyl. pag.* 70. *Ham* pelliculam denotat.

HANSAPE *Muſ. Zeyl. pag.* 13. *Hanſa* anſerem, *Pe* pedem notat. Radix enim, & folia pedem anſerinum referunt.

HEDYSARUM monophyllum, latifolium, ſiliculis plurimis ſpica longa digeſtis. *Nobis. Tab.* 49. *Fig.* 2. Hedyſarum Indicum, folio ſingulari acuminato. *Tournef. inſt. pag.* 401. Onobrychis Zeylanica, folio ſingulari, oblongo-rotundo D. *Hermanni* apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 453. huc ſpectat Onobrychis Gangetica, monophyllos, ſiliculis ſingularibus, laevibus, falcatim per internodia diſcriminatis *Plukn. Phyt. Tab.* 50. *Fig.* 3. & Onobrychis Indiae Orientalis, Fagi foliis alternis, ſiliculis ſpica longa diſpoſitis. *Muſ. Petiv. no.* 788.
Planta haec alternatim ſua gerit folia, in inferiore caulis parte maxima, ſubrotunda, lata, inſtar *Perſicariae Orientalis;* ſuperiore parte viridia & glabra, inferiore autem villoſa, pediculis uncialibus villoſis itidem inſidentia, villi hi per totum caulem, ipſamque florum ſpicam ſeſe diſpergunt. Caulis autem eſt anguloſus, purpuraſcens, hirſutus, in ſummo flores ſuos utcunque producens, ſeu in ſpicam floriferam & frugiferam ſeſe dividens, & diffundens. Spicae hae ſunt longiſſimae, rectae, tenues, villoſae, numero ut plurimum ternae, quae in inferiore ſua parte ad dimidium fere flores, ſiliculasque ſuas dimittunt, in ſuperiore autem dimidii parte copioſe eas ad maturitatem producentes. Floſculi hi ſunt purpuraſcentes, papilionacei, tenuiſſimis pediculis inſidentes, calicibus ſat magnis contenti, ſinguli autem, ut videtur, ſiliculam dant geminam, communi ex origine productam, glabram, compreſſam, articulatam, in ſex, ſeptem, pluresve articulos diſtinctam, ſingulo articulo ſemen unicum ſubrotundum, reniforme, ſplendens, glabrum, flavum continente.

HEDYSARUM monophyllum, repens, folio Nummulariae rotundo, ſiliculis hiſpidis, parvis. *Muſ. Zeyl. pag.* 31. Onobrychis Maderasp. Nummulariae folio, Ornithopodii ſiliquis. *Petiv. Gazoph. Tab.* 26. *Fig* 4. *Ray. hiſt. pl. tom.* 3. *app. pag.* 247.

Hedysarum monophyllum, Zeylanicum, pediculatum. *Muſ. Zeyl. pag.* 35. Hedyſarum humile, Capparis folio. *Dillen. H. Elth. pag.* 170. *Tab.* 141. ubi vide elegantem Figuram, ac deſcriptionem, natamque hanc plantam dicit auctor ex ſemine a *J. Ph. Breynio* miſſo, cum inſcriptione Hedyſari Zeylanici, folio ſingulari, fere circinnato, maculato. &c.

Hedysarum bifolium, ſiliquis articulatis, echinatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 59. Undupyali, ſeu Hedyſari ſpecies, foliis binis tantum. *Muſ. Zeyl. pag.* 18. Mallam Tsjulli *H. Malab. part.* 9. *Tab.* 83. an Onobrychis Maderasp. diphyllos, minor, ſiliculis hirſutis *Plukn. Phyt. Tab.* 246. *Fig.* 6? MAHASWAENNA Zeylonenſibus dicitur a pede equi, cui folia ſunt ſimilia. *Muſ. Zeyl. pag.* 18.

Hedysarum bifolium, foliolis ovatis, ſiliculis aſperis, geminis, inarticulatis. *Nobis. Tab.* 50. *Fig.* 1. Hedyſarum Indicum, bifolium, repens, floſculis luteis, ſiliquis aſperis, villoſis. *Herb. Hert.* Planta bifolia, humirepa, Trifolii floſculis aureis, ſiliquis aſperis, villoſis, articulatis. *Herb. Herm.* Plantula repens Indica, binis in ramulorum extremitate foliolis, floſculis luteis, Trifolii ſeminibus latis. *Muſ. Zeyl. pag.* 58. Planta bifolia, humirepa, Indica, floribus in propriis ſurculis dipetalis, globulis ſeminalibus monoſpermis. *Ray. tom.* 3. *pag.* 404. Hedyſarum minus, diphyllum, flore luteo. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 73. Nelam-Muri. *H. Malab. part.* 9. *Tab.* 82. ubi in notis. Planta bifolia humirepa, Ari folio, floſculis aureis, villoſis, articulatis. *Commel.* & *Fl. Malab. pag.* 54. Deſcriptio *Horti Malab. pag.* 161. in omnibus noſtrae plantae ita convenit, ut alteram hic ſubjungere, ſuperfluum foret. *Tabula* vero 83. melius noſtri Schemati & Figurae reſpondere videtur. huc ſpectat Onobrychis Maderasp. diphyllos, ſiliculis aſperis. *Plukn. Phyt. Tab.* 102. *Fig.* 1. cujus folia ſeſſilia penitus depicta ſunt, quum noſtrae plantae folia longis pediculis ſuſtinentur, quo differunt.

Hedysarum trifoliatum, viſcoſum, ſiliquis articulatis, peltatis. *Nobis.* Trifolium Indicum, ſpicatum, viſcoſum, minus, ſiliquis articulatis, peltatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 43.

Hedysarum trifoliatum, ſiliculis glabris, peltatis, geminis inarticulatis. *Nobis. Tab.* 50. *Fig.* 2. Trifolium, Indicum ſpicatum, non viſcoſum, ſili-

Tabula 49 paginæ 104. agglutinata.

Fig. 1. Hedysarum diphyllum L.

Fig. 2. Hedysarum biarticulatum L.



Fig. 1.

Fig. 2.

HEDYSARUM bifolium, foliolis ovatis, siliculis asperis, geminis inarticulatis. Nobis.

HEDYSARUM trifoliatum, siliculis glabris, peltatis, geminis inarticulatis. Nobis.

Hedysarum umbellatum &c.

HEDYSARUM trifoliatum, arborescens, floribus ex alis foliorum. siliquis copiosis, glabris. Nobis.

siliquis articulatis, peltatis. *Herb. Herm.* Hedysarum Zeylanicum, angustifolium, triphyllum, siliculis compressis, articulatis. *Mus. Zeyl. pag.* 31. Hedysarum triphyllum, minus, flore coerulescente. *Herb. Hert.* Onobrychis Zeylanica, trifolia, minor, perennis. D. *Hermans* apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 457.

a Priori differt caule rotundo, purpureo, glabro, quum altera viscosum & hirsutum gerat caulem. Folia vero eodem modo proveniunt terna, glabra, oblonga, pallida, in inferiore parte incana, majora, minora, prout in majore, minoreve plantae ramo proveniant. Rami vero lignosi penitus sunt, flexiles tamen. Flores in ramulorum summitate utcunque proveniunt spicati, parvi, tenues, papilionacei, coloris coerulescentis, calicibus longis, magnis, contenti, qui per articulationem quasi sibi mutuo injunguntur, quod & etiam ad foliorum ortum obtinet, maxime ubi rami disperguntur. Post flores sequuntur siliculae planae, compressae, glabrae, subrotundae, acutum apicem in summo gerentes, binae sibi mutuo utcunque inarticulatae, ubi solitariae occurrunt, Thlaspidii siliculis similes sunt. Singula vero silicula continet semen unicum, subrotundum, planum, reniforme, splendens, nigricans.

Hedysarum trifoliatum, arborescens, floribus spicatis, foliis subrotundis, subtus lanuginosis. *Nobis.* Onobrychis spicata, Zeylanica, trifolia, fruteseens *Hermanni* apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 457. Undupyali species arborescens, foliis ternis, fere rotundis, subtus lanuginosis. *Mus. Zeyl. pag.* 22. ÆTUNDUPYALI Zeylonensibus.

Hedysarum trifoliatum, arborescens, floribus ex alis foliorum, siliquis copiosis, glabris. *Nobis. Tab.* 51. Trifolium Zeylanicum, arborescens, siliquis compressis, articulatis, floribus albis. *Mus. Zeyl. pag.* 21. Hedysarum Zeylanicum, trifolium, arborescens, floribus albis. *Herb. Hert.* Folium Crocodili, Daun Boaya. *Rumph. Herb. Amboin. lib.* 6. *cap.* 58. WALDAMINI & MAHAPILAE Zeylonensibus.

Gerit haec species caulem subrotundum, lignosum, penitus purpurascentem, e quo folia alternatim proveniunt, firmo sustentata pediculo, tria simul, magna, subrotunda, glabra, integra, venosa, superiore parte viridia, inferiore incana, itidem glabra. Ex ortu vero foliorum proveniunt plurimi, communi primo pedunculo, dein proprio suffulti flores papilionacei, albicantes, calice quadrifariam dissecto.

contenti, ſinguli ſiliquam glabram, compreſſam, ſubrotundam, articulatam producentes, ſingulo articulo includente ſemen ſubrotundum, glabrum, nigrum, reniforme.

Hedysarum trifoliatum, fruteſcens, flore ac fructu inter duo foliola rotunda abſconditis. *Nobis. Tab.* 52. Onobrychis Indica, triphyllos, foliis amplis, mucronatis, ſiliquis parvis in ſpicam longam ex alis inter bina foliola circinnata arcte convenientia reconditis. Maddy-Mal maddy Malabarorum. *Plukn. Amalth. pag.* 161. *pl.* 5. & *Phyt. Tab.* 433. *Fig.* 7. Arbuſcula Zeylanica, trifolia, ſiliculis Carpino ſimilibus, folliculis incluſis. *Muſ. Zeyl. pag.* 58. Arbuſcula trifolia, ſiliculis binis rotundifoliis folliculis incluſis. *Muſ. Zeyl. pag.* 36. PALAEGHAS Zeylonenſibus, ex foliorum ala egritur ſpica longa, foliis rotundis ad ſummum usque ſtipata. *Muſ. Zeyl.*
Tota haec arbuſcula ſcabra eſt, & laeviter hirſuta, inprimis caulis, qui obſcure purpureus eſt, & villis tenuiſſimis obſitus, folia gerens terna, brevibus innixa pediculis, quorum ſupremum quintuplo fere majus eſt, & oblongum, duo alia ſibi mutuo oppoſita ſubrotunda ſunt, itidem ſcabra, nigricantia in ſuperiore parte, in inferiore pallida & hirſuta, ſeu incana, ex foliorum autem alis eriguntur ſpicae longiſſimae, foliaceae, ubique foliolis rotundis, venoſis, undulatis, ſcabris, ſuperiore parte nigricantibus, inferiore pallidioribus tectae, horum duo ſemper foliola ex communi pedunculo oriuntur, quae arctiſſime ſibi invicem juncta, & Concharum inſtar clauſa ſunt, inter quae floſculi toti occluduntur parvi, purpurei, papilionacei, gemini in ſingula tali concha, quae dehiſcit, juſtam ſi hi acquiſivere magnitudinem, & ſeſe aperiunt; poſt quos ſiliquae geminae, planae, articulatae, in longum & acutum apicem deſinentes progerminant, continentes in ſingulo articulo ſemen ſubrotundum, planum, reniforme, nigrum. in *Plukenetii Figura* ſaepius tres quatuorve ſiliculae apparent, in noſtra duas tantum ſemper & conſtanter invenimus, conchae foliaceae ruditer etiam ibi depictae ſunt, multumque a noſtrarum ſitu ac forma differunt, numero etiam multo inferiores, unde dubito, ſi eaedem, quod tamen videtur, an quidem multum poſſimus fidere iſti Figurae, quum noſtra quam exactiſſime ad plantam integram ſit delineata, & fideliter etiam expreſſa.

Hedysarum trifoliatum, repens, ſiliculis compreſſis, glabris, crenatis. *Muſ.*

Hedysarum pulchellum.

HEDYSARUM trifoliatum frutescens. flore ac fructu inter duo foliola rotunda absconditis. Nobis.

Hedysarum heterocarpum L.

Fig. 2.

Fig. 1.

HEDYSARUM trifoliatum, spicatum, foliis oblongis, glabris, siliquis asperis, articulatis. Nob.

HEDYSARUM trifoliatum, siliculis inferioribus solitariis, superioribus articulatis. Nobis.

Muſ. Zeyl. pag. 38. Hedyſarum procumbens, Trifolii Fragiferi folio. *Dillen. H. Elth. pag.* 172. *Tab.* 142. ubi vide reliqua.

Hedysarum trifoliatum, Salviae folio. *Nobis.* Trifolium Salviae folio. *Muſ. Zeyl. pag.* 25. Trifolium amplexicaule, ſiliculoſum, Salviae folio. *Muſ. Zeyl. pag.* 60. TELAMANDU & BUDAMANI Zeylonenſibus.

Hedysarum trifoliatum repens, incanum, Salviae foliis, ſiliqua parva, articulata. *Nobis.* Trifolium Indicum, repens, incanum, foliis Salviae, ſiliquis parvis, articulatis. *Muſ. Zeyl pag.* 48. WALUNDUWAEL Zeylonenſibus, hoc eſt *Undu* ſylveſtre, ſarmentoſum.

Hedysarum trifoliatum, ſiliculis inferioribus ſolitariis, ſuperioribus articulatis. *Nobis. Tab.* 53. *Fig.* 1. Hedyſarum triphyllum, Zeylanicum, rotundifolium. *Muſ. Zeyl. pag.* 35. Trifolium ſpicatum Indicum, majus, ſiliquis compreſſis, articulatis: & idem viſcoſum. *Muſ. Zeyl. pag.* 53. Trifolium Indicum, ſpicatum, viſcoſum, majus, ſiliquis articulatis, crenatis. *ibidem. pag.* 42. Trifolium Indicum, ſpicatum, ſiliquis compreſſis, crenatis, villoſis, majus. *Herb. Herm.* Hedyſarum Zeylanicum, triphyllum, majus, flore coeruleſcente. *Herb. Hart.* Onobrychis Maderasp. triphylla, ſiliculis clypeatis, villoſis, geniculis ſingulis, binisve. *Petiv. Muſ. no.* 789. GHASUNDUPYALI Zeylonenſibus, id eſt Hedyſarum arboreſcens.

Fruteſcens haec Hedyſari ſpecies caulem habet rotundum, villis tenuiſſimis ſcabrum, & ſaepe viſcoſum, purpureum: unde folia alternatim emergunt, villoſis, longis, & firmis innixa pediculis, quae tria communi inſident pediculo, inferiora bina oppoſita, ſuperiore inpari exiſtente, triplo fere majore, ſunt autem glabra, ſubrotunda, venoſa, ſuperiore parte viridia, inferiore incana. Flores gerit in longis ſpicis collectos, ex alis foliorum & in ſummitate caulium provenientes, qui parvis calicibus contenti, papilionacei ſunt & coloris dilute purpurei ſeu coeruleſcentis. Peculiare autem eſt huic ſpeciei, quod in infima ſpicae parte poſt flores ſequantur ſiliculae, planae, compreſſae, ſubrotundae, apicem acutum habentes, ſcabrae, ſolitariae. Reliqua autem ſpica producit ſiliquas longas, planas, articulatas, ſex ſeptemve articulis conſtantes, hirſutas, a parte inferiore aequales, ſuperiore vero iſthmo interceptas, quae nunc ſolitariae, nunc geminae

ſimul ex uno centro proveniunt, gerentes in ſingulo articulo ſemen ſolitarium, planum, ſubrotundum, glabrum, reniforme.

Hedysarum trifoliatum, ſpicatum, foliis oblongis, glabris, ſiliquis aſperis, articulatis. *Nobis. Tab.* 53. *Fig.* 2. Hedyſarum Zeylanicum, triphyllum, flore coeruleſcente, foliis oblongis. *Herb. Hart.* Trifolium Indicum, medium, ſpicatum, ſiliquis depreſſis, articulatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 47. Hedyſarum trifoliatum Maderasp. ſiliquis membranaceis, aſperis. *Petiv. Muſ. no.* 649. Hedyſarum triphyllum, fruticoſum, flore purpureo, ſiliqua varie diſtorta. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 73. & *Hiſt. Jam. vol.* 1. *pag.* 184. *Tab.* 116. *Fig.* 2.

Ab altero fruteſcente Hedyſaro haud multum abludit haec planta, & foliis oblongis differt, ut & caule vireſcente, qui itidem villoſus eſt, eodemque modo folia gerit terna, viridia, glaberrima, ſuperiore obſcura, inferiore parte incana, integra, majora, & longiora.

Flores in longiſſimis ſpicis eriguntur ex foliorum alis, & in ſummo caulium, alternatim provenientes, tenuiſſimis inſidentes pediculis, papilionacei, longiſſima tuba inſtructi, quae abit in ſiliquam longam compreſſam, articulatam, hirſutam, quae geminae ſaepius proveniunt & copioſae admodum in hac ſpecie obſervantur; continent vero, ut in aliis congeneribus, in ſingulo loculo, ſeu articulo ſemen ſubrotundum, reniforme. &c.

Hedysarum trifoliatum, repens, folio ovali, glabro, caule hirſuto, ſiliqua plana, articulata. *Nobis. Tab.* 54. *Fig.* 1. Trifolium Indicum, majus, cordatum, ſiliquis depreſſis, articulatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 56. Onobrychis Indica, major, foliis Acetoſellae, quod UNDUPYALI majus. *Muſ. Zeyl. pag.* 5. & UNDUPYALI alia ſpecies, folio longiore. *ibidem.*

Repens haec admodum eſt planta, fibrillas albicantes, quae radiculas formant, ubique ad foliorum & caulium ortum emittens, folia gerens glabra, terna, ovalia, laete viridia, in inferiore parte pallidiora, quae communi pediculo, ex caule tenui, hirſuto, anguloſo, viridi, proveniunt.

Flores nunc ſolitarii, nunc gemini ex foliorum alis eriguntur, longiſſimis & tenuiſſimis pediculis primo communibus, dein propriis ſuffulti, calicibus profundiſſime ſectis, hirſutiſſimis, contenti, parvi, purpurei, papilionacei, qui ſiliquam dant planam, glabram, varie articulatam, in quatuor, quinque, ſexve articulos diſtinctam, ſingulo articulo ſuum continente ſemen reniforme &c.

Hedy-

Hedysarum triflorum L.
Varietas.

Fig. 2. Hedysarum triflorum L.

Fig. 2.

HEDYSARUM trifoliatum repens, Acetosellae folio glabro, caule hirsuto, siliqua plana, articulata. Nobis.

Fig. 1.

HEDYSARUM trifoliatum repens, folio ovali glabro, caule hirsuto, siliqua plana, articulata. Nobis.

Hedysarum trifoliatum, repens, Acetosellae folio glabro, caule hirsuto, siliqua plana, articulata. *Nobis. Tab.* 54. *Fig.* 2. Onobrychis Indica, minor, Acetosellae foliis. *Mus. Zeyl. pag.* 2 & 4. Trifolium Indicum, minus, cordatum, siliquis depressis, articulatis. *Mus. Zeyl. pag.* 56. Hedysarum trifoliatum, Maderaspatanum, Lujulae folio, Ferri Equini siliquis *Petiv. Mus. no.* 649. Foenum Graecum Zeylanicum, repens, flore purpurascente. *Herb. Hart.* UNDUPYALI Zeylonensibus. Antecedente multo minor est haec planta, nec ita se per fibrillas radicales dispergens, repens tamen & caulem itidem hirsutum habens, folia itidem tria glabra, cordata, inferius pallida, Oxidem seu Acetosellam perfecte aemulantia, gerens, caeterum eodem modo producens flores & siliquas, ut in priori dictum est specie. Proxime haec accedit ad Hedysarum procumbens, Trifolii Fragiferi folio *Dillenii*, uti in *H. Elth. pag.* 173. ab auctore etiam animadvertitur.

Hedysarum annuum, majus, Zeylanicum, Mimosae foliis *Tournef. inst. pag.* 402. Hedysarum caule hirsuto, Mimosae foliis alatis, pinnis acutis, minimis, gramineis. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 74. & *Hist. Jam. part.* 1. *pag.* 186. *Tab.* 118. *Fig.* 3? Mimosa non spinosa, major, Zeylanica Domino *Hermans*, Excellentissimi Domini *Syen. Breyn. Cent. pag.* 52. ubi elegans Figura & descriptio, cujus vero caulis glaber est. Vide & *Petiv. Act. Phil. Lond. vol.* 22. *no.* 267. *pl.* 91. Securidaca clypeata, flore luteo, Lentis folio, Zeylanica. *Breyn. Prodr.* 1. *pag.* 46. Onobrychis annua, Zeylanica, Mimosae foliis, siliquis articulatis, asperis, major. *H. L. Bat. pag.* 458. *Amm. H. Bosian. pag.* 25. an Onobrychis Bisnagarica, Mimosae foliis, siliquis ad unum solummodo latus dentatis, ex alis polyceratos. *Plukn. Almag. pag.* 270. *Phyt. Tab.* 49. *Fig.* 5? Mimosa herba Zeylanica, aquatica, siliquis compressis, articulatis, hispidis, atris, an Anonymos Garciae? an Æschynomene Apollodori? *Mus. Zeyl. pag.* 18. & Herba Mimosa major MAHADYAHYAMBALA dicta, quae Æschynomene Theophrasti. &c. *ibidem. pag.* 41. Mimosa non spinosa, major, Zeylanica *Breynii*. DYAHIBALA Cinghalensibus. D. *Hermans* apud *Ray. hist. pl. pag.* 982. ubi ejus descriptio. Figuram non damus, quum optime a *Breynio* in *Centur.* sua sit expressa. DYAHYBALA & DYAHYAMBALA Zeylonensibus, id est Tamarindus aquatica. *Dya* enim aquam notat, in qua nasci amat planta, HIEMBALA Tamarindum, cui folia sunt similia. vide infra ad Mimosam.

Hedy-

HEDYSARUM annuum, minus, Zeylanicum, Mimosae foliis. *Tournef. inst. pag.* 56. Onobrychis annua, Zeylanica, minor, siliquis articulatis, asperis. *H. L. B. pag.* 458. Mimosa herba Zeylanica, siliquis compressis, hispidis, articulatis minor, HINDYAHYABALA dicta. *Mus. Zeyl. pag.* 40. Niti-Todda-Vaddi *H. Malab. part.* 9. *Tab.* 20. ubi vide notas. *Fl. Malab pag.* 2. & infra ad MIMOSAM.

HEDYSARUM Zeylanicum, Aurantii folio. *Nobis.* Onobrychis Zeylanica, Aurantii folio. *Petiv. Hort. sicc. in Ray. tom.* 3. *append. pag.* 247. *no.* 16.

HEDYSARUM Viciae foliis, siliquis spicatis, deorsum pendentibus, hirsutis. *Nobis.* Vicia Zeylanica, siliquis spicatim collectis, ac deorsum spectantibus, nigris, hirsutis, pilosis. *Mus. Zeyl. pag.* 10. GHASUNDUPYALI Zeylonensibus, id est *Undupyali*, sive Hedysarum arborescens.

HEDYSARUM Indicum, magnum, laciniatum, Pastinacae odore. *Mus. Zeyl. pag.* 58.

HEDYSARUM trifoliatum, siliquis angustissimis, oblongis. *Nobis.* Trifolium marinum, siliquis angustissimis, oblongis. *Mus. Zeyl. pag.* 56.

HELIOTROPIUM Indicum, Hormini foliis latioribus. *H. Beaum. pag.* 24. Heliotropium Indicum, majus. *Mus. Zeyl. pag.* 2. Heliotropium Americanum, coeruleum, foliis Hormini. *Dodart. Mem. p.* 83. *Plukn. Phyt.* 245. *Fig.* 4. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 94. Heliotropium latifolium, annuum *H. L. Bat. pag.* 307. Heliotropium Indicum, Hormini folio. *Ray. hist. pl. pag.* 307. ÆTSAETHYA Zeylonensibus. *Ætse* Elephantem, *Æthya* similem notat; spica enim floris similis est Proboscidi Elephantis. Vocatur etiam *Doelkodduhu. Doel* Scorpionem, & *Kodduhu* caudam seu spicam significat. Nominatur etiam *Kadschavandi. Kadscha* Elephas est. *Vandi* flexus facere. *Mus. Zeyl. pag.* 3. hujus & altera est floribus albis, & vocatur

HELIOTROPIUM Zeylanicum, majus, Hormini folio, flore albo, ÆTSAETHYA Zeylonensibus. *Hert. Catal. semin.* Aguaraquinha *Pison pag.* 229. Bena-Patsja *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 48. & *pag.* 96. vide notas. ubi a *Commel.* vocatur Heliotropium Indicum, latiore & rotundiore folio; vide & *Fl. Malab. pag.* 35.

HELIO-

Fig. 1. Hottonia indica L. Fig. 2. Inula Indica L.

Fig. 1.

HOTTONIA flore solitario ex foliorum alis proveniente. Nobis.

Fig. 2.

JACOBAEA perfoliata, folio longo, acuto, auriculato. Nobis.

HELIOTROPIUM Indicum, foliis Hormini, minus. *Par. Bat. Pr. Muſ. Zeyl. pag.* 43. Heliotropium anguſtifolium, annuum, minus, Jacua Acanga. Fedagozo *Markgr.* & *Piſonis Par. Bat. Pr. pag.* 340. Heliotropium coeruleum Americ: foliis Hormini anguſtioribus. *H. L. Bat. pag.* 307. Heliotropium Curaſſavicum, Hormini foliis anguſtioribus. *H. Beaum. pag.* 24. & *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 94. Jacua Acanga Braſilianis, Fedagoſo Luſitanis. *Piſon. pag.* 229. *Markgr. p.* 6. ÆTSAETHYA Zeylonenſibus, quod Heliotropii nomen genericum eſt.

HEMIONITIS multifida, Zeylanica, coſta ſagittata; ſive Filix foliis integris, Zeylanica, pediculo alato. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 55. Filix ſeu Hemionitis dicta, Indiae Orientalis, Phagi ſeu Eſculi folio aliquatenus accedens. *Plukn. Phyt. Tab.* 36. *Fig.* 5. de qua vide *Ray. hiſt. pl. pag.* 54.

HEMIONITIS Zeylanica, repens, ſcandensve, foliis minimis. *Ray. hiſt. pl. pag.* 56. ubi ejus deſcriptio.

HIBBUTHU & HINHIBBUTHU, ſive majus & minus. *Muſ. Zeyl. pag.* 40. SERGIANDSKLOOT Belgis. *ibidem.*

HIGHULHAENDA folio Myrti. *Muſ. Zeyl. pag.* 21.

HINZODALAWAEL, *Muſ. Zeyl. pag.* 25.

HONDAPARA, *Muſ. Zeyl. pag.* 10. ab *Honda* quod genus notat.

HOTTONIA flore ſolitario ex foliorum alis proveniente. *Nobis.* *Tab.* 55. *Fig.* 1. Sarafraga Zeylanica, Millefolii folio, flore albo. *Herb. Hart.* an Alſine ſaxifraga, Indiae Orientalis, foliolis circa caulem radiatis, flore herbido & muſcoſo. *Plukn. Mantiſſ. pag.* 9? Tsjudan-Tsjera. *H. Malab. part.* 12. *Tab.* 36.

Caulis noſtrae plantae eſt tenuis, articulatus, ſimplex, e quo folia ſtellatim erumpunt, quinque, ſex, vel plura, tenuia, brevia, pennatim diviſa, ad ſingulum articulum provenientia, ubi & petiolus tenuis exſurgit, foliis longior, apice gerens florem calice quinquefido, parvo, petalo unico quinquefido (quod in *H. Malab.* quadrifidum deſcribitur & depingitur) conſtantem, qui ſtamina habet quinque & piſtillum unicum cum capitulo. Fructus eſt capſula ſubrotunda, uni-

locularis, femina condens plurima. Primus nomen HOTTONIAE dedit celeberr. *Herm. Boerhave* Millefolio aquatico, ad confuſionem cum Millefolio terreſtri vitandam, in piam memoriam deceſſoris ſui *Petri Hotton*, Profeſſoris quondam in *Acad. Lugd. Bat.* cujus generis characterem in indice ſuo *H. L. Bat.* exactius & nitidius deſcripſit *part.* 1. *pag.* 206 & 207. cum quo noſtra plantula in omnibus ita convenit, ut niſi vim naturae inferre velimus, ab eo genere ſeparari nequeat. Vide porro *Linnaeum in char. pl. gen. pag.* 43.

HYACINTHUS Indicus, tuberoſus, noctu olens. *Muſ. Zeyl. pag.* 35. Hyacinthus Indicus, tuberoſus, flore Narciſſi *C. B. Pin. pag.* 47. Hyacinthus major, Indicus, tuberoſa radice non deſcriptus. *Swertii Floril. Tab.* 14. SANDALMALAM Zeylonenſibus.

HYDROCOTYLE Zeylanica, Aſari folio. *Tournef. inſt. pag.* 328. Valerianella Zeylanica, paluſtris, repens, Hederae terreſtris folio, ad radicem florida. *Par. Bat. pag.* 238. ubi icon & deſcriptio. *Amm. Char. pl. pag.* 247. Aſarina Zeylanica minor. *Par. Bat. Pr. pag* 315. (quia cum Aſaro foliatura convenit.) *Petiv. act. Phil. Lond. vol.* 22. *no.* 287. *pl.* 4. Ranunculo adfinis, umbelliferis accedens, Chelidonii minoris folio, Zeylanica minor. *Plukn. Phyt. Tab.* 106. *Fig.* 5. Ranunculus aquaticus, Aſari foliis, ad nodos umbelliferus *Plum. Cat. pl. Amer. pag.* 7. Codagam *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 46. *Fig.* 91. Pes equinus, Pancaga *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 9. *cap.* 69.

HYOSCYAMUS maritimus, fructu Tribuli aculeato, monoſpermos. *Muſ. Zeyl. pag.* 42. PATIRAJA Zeylonenſibus, ut & *Patiraja Kathu* quod notat murices, ſeu machinulas illas ferreas, aculeatas, tricuſpides, Germanice *Puſanghen* dictas. Hujus enim plantae fructu Cinghali loco muricum utuntur. *Muſ. Zeyl.*

HYOSCYAMUS maritimus, fructu Tribuli aculeato, diſpermos. *Muſ. Zeyl. pag.* 42.

HYSSOPUS Zeylanicus, tenellus, pratenſis, WILA Zeylonenſibus, *Muſ. Zeyl. pag.* 51. Hyſſopus aquaticus, repens, foliis crenatis, floribus longis, amplis. *Muſ. Zeyl. pag.* 20.

Hys-

Ochna Jabotapita L.

JABOTAPITA Cinnamomi folio, floribus spicatis. Nobis.

Hyssopus paluſtris, repens, foliis crenatis, odore Thymi. WELAKOLA Zeylonenſibus, *Muſ. Zeyl. pag.* 51. Hyſſopus Zeylanicus, elegans, odore ac ſapore Thymi. *ibidem. pag.* 47. Hyſſopus WELAKOLA *Grimm. Labor. Ceyl. pag.* 129. ubi haec habet: Virtutem eandem, atque noſtra continet. Praebet etiam oleum & aquam per deſtillationem: Poſſumus pariter exinde Syrupum conficere ad morbos pectoris excellentiſſimum.

JABOTAPITA Cinnamomi folio, floribus ſpicatis. *Nobis. Tab.* 56. BOKAERAE Zeylonenſibus. *Herb. Herm.*
Caulis hujus plantae eſt lignoſus, perennis, ramoſus, ramis minus diviſis, folia ramulis ſuperioribus alternatim inſident, oblonga, venis transverſalibus eleganter ſtriata, perennia, glaberrima inſtar Cinnamomi; Apices ramorum terminat Corymbus florum, qui petiolis biuncialibus inſident, quorum calix unifolius, quinquefidus, planus, rotatus; petala non apparent. Receptaculum in medio floris gibbum eſt cum piſtillo acuminato, ad latus receptaculi interdum apparet corpuſculum ſubrotundum, durum, flavum, quod an bacca, an nidus inſecti? Videtur ſatis convenire cum JABOTAPITA *Plumier.* in *nov. pl. gen. pag.* 41. *Tab.* 32 quae etiam ad latus receptaculi anomalum gerit fructum. Unde & eo reduximus: quum autem noſtrae petala deſiderentur, num eo reducenda ſit, pro certo aſſeverare non audemus.

JACBERIKOLE *Muſ. Zeyl. pag.* 60. PANEKILIPKIPPE Malabaris.

JACEAE & SERRATULAE adfinis, capitulis Baccharidis, foliis Trachelii, Zeylanica, *Breyn. Prodr.* 1. *pag.* 39. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 36. *H. L. Bat. pag.* 339. & *in append. pag.* 677. ejus Figura. Serratula Indica, major, latifolia, mollis *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 90. *Commel. Fl. Malab. pag.* 61. Eupatoria Conyzoides integro Jacobaeae folio, molli & incano. Indiae Orientalis *Plukn. Phyt. Tab.* 177. *Fig.* 1. Scabioſa Indica, arborea *Ray. hiſt. pl. pag.* 1443. Conjungitur vulgo cum Scabioſa Zeylanica, capitulis folioſis &c. quae eſt Cattu-Schiragam. *H. Malab.* ſed cujus forma ab hac multum differt, quod ut appareat, Scabioſae illius accuratiſſimam inſculpi curavimus figuram, quae infra exhibetur, ut cum *H. L. Bat.* & *Pluknet.* Figuris conferri poſſit.

JACOBAEA perfoliata, folio longo, acuto, auriculato. *Nobis. Tab.* 55. *Fig.* 2. Jacobaea Zeylanica, folio rigido. *Herb. Hert.* Proxime huic convenit Figura, quae in *Plukn. Phyt. Tab.* 149. *Fig.* 3. exprimitur, ſed mire inſcribitur: vocatur enim ibi Aſperulae forte congener planta peregrina. Accedit & noſtrae plantae *Fig.* 2. *Tab.* 378. *Phyt.* quae in *Mantiſſ. pag.* 55. vocatur Conyza minor, Indiae Orientalis, Nelapu Malabarorum.
Plantae noſtrae rami ſunt longi, tenues, rotundi, filiformes, purpurei, glabri; quibus folia ſparſim alternatim adcreſcunt ſeſſilia, caulem ipſum quaſi perforantia inſtar Perfoliatorum, ſeu tam arcte eum ambientia, ut ni ad baſin dehiſcerent, vel auriculata eſſent folia, caulis per eorum medium perrumpere videretur. Folia haec ſunt ſcabra, ad latera hirſuta, ſuperne viridia, inferne incana, forma oblonga, acuta, ſenſim anguſtiore, quae quo magis ad ramorum ſummum tendunt, eo plus decreſcunt, & tandem minima evadunt; Flores in ramorum faſtigio proveniunt ſolitarii, lateralibus ramulis frequentiores, in omnibus cum Jacobaearum floribus convenientes, coloris lutei dilutioris, ſeu flavi.

JACOBAEA Zeylanica, flore luteo, folio Cardui ſylveſtris. *Alb. Sebae rerum nat. theſ. part.* 1. *Tab.* 22. *Fig.* 5. *pag.* 34.

JALAPPA parvo flore. *Tournef. inſt. pag.* 130. Jalappa minor, purpurea. *Munt. Phytogr. Fig.* 67. Mirabilis Peruviana, parvo flore *H. L. B. pag.* 428. Solanum Mexiocanum, flore variegato minore, ſemine rugoſo. *Sch. Botan. pag.* 144. Solanum Mexiocanum, flore parvo, luteo. *C. B. P. pag.* 168. *Muſ. Zeyl. pag.* 67. Solanum Mexiocanum, Jasminum Indicum, flore minore. *C. B. Prodr. pag.* 91. ubi deſcribitur. Mirabilis, Marvelje, Bonga Wactu, Kitſyl. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 8. *cap.* 51. Admirabilis Peruviana, rubro flore. *Cluſ. rar. pl. hiſt. lib.* 5. *pag.* 89. & *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 91. ubi & alia hujus ſunt ſynonyma. SENDRIKKAN Zeylonenſibus.

JAMBOS Malaccenſis, fructu aureo, roſam ſpirante. *C. B. Muſ. Zeyl. pag.* 19. quae Perſici officulo fructus Malaccenſis, ex candido rubeſcens, vocatur a *C. B. Pin. pag.* 441. Malacca-Schambu *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 17. ubi vide notas. Arbor Indica, flore tetrapetalo, ſtaminibus longis referto, fructu majore umbilicato, *Plukn. Almag. pag.* 237.

Prunus

Ixora coccinea L.



JASMINUM flore tetrapetalo, IXORA Linnaei, SCHETTI H. Malab. Nobis.

Prunus Malabarica, fructu umbilicato, Pyriformi, *Jambos* dicta, minor. *Ray. Hist. part.* 2. *pag.* 1478. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 56. Jambo. *Clus. lib.* 2. *cap.* 13. Jambi *Acostae edit. Ital. pag.* 203. & apud *Clus. cap.* 48. Jambosa domestica. Jambu. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 1. *cap.* 33. RATAGAMBU & RATAGALBU Zeylonensibus. a *Rata*, quod luteum notat, *Gambu* hujus nomen genericum est. Flores plurimis staminibus constant. Fructus hujus sunt aurei coloris, forma ac magnitudine Pyri, unde ad differentiam subsequentium haec, JAMBOS fructu aureo Pyriformi, odorato, vocari posset.

JAMBOS fructu luteo, Mespili forma, odorato, GAMBU dicta. *Nobis.* Gambu Moluccanum, odore roseo. *Mus. Zeyl. pag.* 48. ubi dicitur: Fructus hujus arboris parvi sunt, Mespili magnitudine, lutei, odore roseo. &c. vide supra ad GAMBU.

JAMBOS sylvestris, fructu rotundo, Cerasi magnitudine. *Mus. Zeyl. pag.* 67. Prunus Malabarica, fructu umbilicato, Pyriformi, *Jambos* dicta, major. *Ray. hist. part.* 2. *pag.* 1478. *Commel. Fl. Malab. pag.* 56. Jambos prior *Acostae ibidem.* Nati Schambu *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 18. quae Jambos sylvatica, fructu Cerasi magnitudine, WALGAMBU Cinghalensium *Hermanno. ibidem* in notis *pag.* 30. & *Plukn. Almag. pag.* 252. Jambosa nigra, seu Jambu utan vel sylvestris. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 1. *cap.* 33. ubi usque ad caput 36 alias plures describit species. WALGAMBU Zeylonensibus.

JAMBOS sylvestris & montana, fructu Cerasi magnitudine. *Nobis.* Jambu sylvestris, fructu Cerasi magnitudine *Mus. Zeyl. pag.* 68. Catu Tsjambu. *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 8. quae Jambos sylvestris montana. *Ray. Hist. part.* 2. *pag.* 1480. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 36. Jambosa sylvestris parvifolia, Caju Mera. *Rumph. Herb. Ambon. auctuar. cap.* 6. MAHARATAMBOLA Zeylonensibus.

JASMINUM flore tetrapetalo, IXORA *Linnaei*, SCHETTI *H. Malab. Nobis. Tab.* 57. Jasminum Indicum, Lauri folio, inodorum, umbellatum, floribus coccineis. *Par. Bat. Pr. pag.* 342. *Plukn. Almag. pag.* 196. Jasminum arborescens, Indicum, flore tetrapetalo, umbellato, phoeniceo, foliis Laurinis latioribus. *Breyn. Prodr.* 2. *pag* 78. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 36. Cerasus Zeylanica, humilis, sylvestris,

floribus holoſericis, intenſe rubris, umbellatim congeſtis, fructibus nigris. *Muſ. Zeyl. pag.* 15. Ceraſus ſylveſtris, Zeylanica, pavonina, umbellata, latifolia, floribus coccineis, holoſericis, *ibidem. pag.* 36. Ceraſus Zeylanica, humilis, pavonina, flore holoſerico, umbilicato. *ibidem. pag.* 60. Ceraſus Zeylanica, humilis, ſylveſtris, Pavonina, floribus holoſericis, intenſe rubris, umbellatim congeſtis. *Herb. Herm.* Flamma ſylvarum peregrina. *Rumph. Herb. Ambon. auctuar cap.* 41. quae habetur pro Schetti *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 13. ut a *Plukn. in Phyt. Tab.* 59. *Fig.* 2. *Breyn. loc. cit. Ray. Dendr. part.* 3. *pag.* 50. quae *Hiſt. part.* 2. *pag.* 1573. vocatur Frutex bacciſer, Malabaricus, fructu calyculato, rotundo, rubro, polypyreno. Si vero meam plantam ab *Hermanno* ipſo in Zeylona quondam collectam, & ad *Breynium* etiam ab ipſo transmiſſam, examinem, & cum *H. Malab.* Figura & deſcriptione conferam, in quibusdam differre videtur. Noſtrae enim folia ſunt multo longiora, anguſtiora, acutiora; frequentiora etiam multo ad ſurculos proveniunt, interpoſitis plurimis minoribus folioliſ, quae accuratiſſime omnia in tabula noſtra inſculpi curavi. Flores *Schetti H. Malab.* dicuntur incarnati, poſteaque dilutiores, flaveſcentes, quum noſtrae plantae ſunt intentiſſime holoſerici, rubri, caeterum deſcriptio cum noſtra ſatis convenit. Ejusdem certe ſunt generis; an vero diverſae ſpecies, an varietas illa loco tantum natali diverſo ſit adſcribenda, non determino; pro iisdem plantis tamdiu cum reliquis habebo auctoribus, quamdiu nota magis realis obſervata illas non ſeparat. RATABALA noſtra Zeylonice audit, quod pronunciatur RATAMBALA, a *Rata* quod rubrum denotat, & additur ad differentiam alterius, quae eſt floribus holoſericis, flavis. Utraque fert fructus nigros, carnoſos, rotundos, Ceraſorum nigrorum magnitudine & forma, Luſitanis *fructus Pavoninos* vocatos, iis enim pavones veſci creduntur, *Muſ. Zeyl. pag.* 15. unde & Ceraſus Pavonina ſaepius haec arbuſcula vocata fuit ab *Hermanno.*

Jasminum flore tetrapetalo, flavo, Bem-Schetti *H. Malab. Nobis.* Jasminum arboreſcens, Indicum, flore tetrapetalo, umbellato, foliis Laurinis longioribus & anguſtioribus. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 58. Jasminum Zeylanicum, flore pavonino luteo *Hermanni ibidem.* Schetti album, ſeu Jasminum Indicum, Lauri folio, inodorum, umbellatum, floribus albicantibus. *Plukn. Phyt. Tab.* 109. *Fig.* 2. & *Almag. pag.* 196.

Bem

Fig. 1. Jasminum Azoricum L. Nyctanthes Sambac L.

JASMINUM Limonii folio conjugato, flore odorato, pleno, vario. Nobis.

Fig. 2.

Fig. 1.

JASMINUM sylvestre triphyllum, floribus rubellis umbellatis. Nobis.

Bem Schetti. *H. Malab. part.* 2. *Fig.* 14. Flamma ſylvarum, Diarong. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 6. *cap.* 53. Jasminum fortę arboreum, foliis Laurinis ex adverſo naſcentibus, oblongis, acuminatis, flore albo. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 169. & *Hiſt. Jam. vol.* 2. *Tab.* 205. *Fig.* 1. Has ſpecies *Linnaeus* ſecundum ejus ſyſtema a Jasminis ſeparavit, a quibus Florum petalis & ſtaminibus numero diverſis differunt, nomenque iis inpoſuit IXORAE in *Char. pl. gen. pag.* 27. cujus characterem ſequenti modo ibi definit:

CAL *Perianthium* quadripartitum, minimum, erectum, perſiſtens.
COR: *Petalum* unicum. *Tubus* cylindraceus, longiſſimus, tenuis. *Limbus* quadripartitus, planus. *Laciniis* ovatis.
STAM. *Filamenta* quatuor, in diviſuris corollae, breviſſima, incurva. *Antherae* oblongae.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine tubi. *Stigma* bifidum.
PER. Bacca ſubrotunda, unilocularis.
SEM. quatuor, hinc convexa; inde angulata.

Jasminum glandiferum, foetidum, Zeylanicum, GHURAENDA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 23. vocatur a *Ghu* quod ſtercus humanum notat, & *Rhaenda* quod foetorem ſtercoris. eſt inſtar Clematis daphnoidis, floribus oblongis, tubuloſis, Jasmini. Hujus & alia ſpecies eſt arboreſcens. *Muſ. Zeyl.* quod an Jasminum littoreum Gamber Lant. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 7. *cap.* 47?

Jasminum Indicum, ſpinoſum, bacciferum, lacteſcens, umbellatum. *Muſ. Zeyl. pag.* 25 & 70. *Plukn. Phyt. Tab.* 305. *Fig.* 4. KOHOMBA, KATHUKARANDA & KATHUKARADA Zeylonenſibus. a *Kathu* quod ſpinas notat.

Jasminum ſylveſtre, triphyllum, floribus rubellis, umbellatis. *Nobis. Tab.* 58. *Fig.* 1. Jasminum Zeylanicum, odoratum, ſylveſtre, bacciferum. *Muſ. Zeyl. pag.* 44. & *Herb. Herm.* Jasminum Myrſinites, triphyllum, Malabarenſe, floribus oblongis rubellis. *Plukn. Phyt. Tab* 303. *Fig.* 2. WALPIDSCHA Zeylonenſibus, quo nomine in *Ray. Dendr. part.* 3. *pag.* 63. citatur Jasminum Zeylanicum, inodorum, petalis ad umbilicum usque inciſis, ſeu bifidis, WALPITSA Zeylonenſibus. Dr. *Hermans.* S. *Brouwn lib.* 4. *pag.* 161. Sed quod ſubſequent magis con-

convenire videtur. Quum haec noſtra planta florum petala habeat integra, & odorata ſit, cum aliis ſylveſtribus caeterum conveniens, caulem habens glabrum, rotundum, viridem, e quo folia oppoſita, tria ſimul communi pediculo orta, proveniunt, quae ſunt oblonga, acuta, glabra, ſuperne viridia, inferne pallidiora. Flores in ramorum ſummo utcunque collocantur plures ſimul umbellati quaſi, longo prius & communi, dein ſuo proprio, breviori pediculo inſidentes, pentapetaloides, tubuloſi, odorati, rubicundi, baccas utcunque geminas poſt ſe relinquentes, ut in aliis hujus generibus.

JASMINUM Indicum, ſylveſtre, bacciferum, inodorum. *Muſ. Zeyl. pag.* 60. an Jasminum luteum, vulgo dictum bacciferum. *C. B. Pin. pag.* 398. & *Plukn. Almag. pag.* 195? Jasminum luteum ſeu trifolium fruticans, aliis Polemonium *Parkins Theat. pag.* 1466. Katu-Mulla *H. Malab. part.* 6. *Tab.* 56. quod floribus albis differt, ÆTHAKIRINDI Zeylonenſibus.

JASMINUM Zeylanicum inodorum, maximum. MAHARATAMBALA Zeylonenſibus. D. *Hermans.* apud *Ray. Dendr. part.* 3. *pag.* 63. Nalla-Mulla *H. Malab. part.* 6. *Tab.* 50. &c.

JASMINUM Limonii folio conjugato, flore odorato, pleno, vario. *Nobis. Tab.* 58. *Fig.* 2. Jasminum Arabicum, folio Aurantii flore pleno. *Muſ. Zeyl. pag.* 32. Jasminum Arabicum, flore roſeo pleno. *Herb. Herm.* Jasminum Indicum, Mali Aurantiae folio, flore albo, pleno, minore. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 58. Jasminum Indicum, Mali Aurantii foliis, flore albo, duplici. *H. Beaum. pag.* 25. Jasminum Arabicum, foliis Limonii conjugatis, flore albo pleno, odoratiſſimo *Boerh. Ind. H. L. B. part.* 2. *pag.* 217. Syringa Arabica, flore duplici. *Parkin. Theat. pag.* 1467. Syringa Arabica, foliis Mali Aurantii. *Par. Bat. Pr. pag.* 379. variat flore ſimplici & pleno, & foliis ſolitariis, oppoſitis, & etiam ternis, ut Cudda-Mulla *H. Malab. part.* 6. *Tab.* 51. quae ternis gaudet foliis. Nandi Ervatam minor *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 55. quae flore ſimplici odoratiſſimo gaudet; & in notis Jasminum Malabaricum, foliis Mali Aurantii, flore niveo odoratiſſimo vocatur. ut & apud *Amm. Char. pl. pag.* 483. IDDA noſtra Zeylonenſibus vocatur per excellentiam, quod florem notat, quodque nomen *Nerio* infra deſcripto etiam inditum eſt, & aliis etiam plantis additur

Nyctanthes acuminata L.

JASMINUM Zeylanicum, folio oblongo, flore albo, pleno, odoratissimo.

tur ſaepius *Idda*, qui egregiis conſtant floribus. Arbuſcula noſtra truncum habet ſcabrum, cortice albo obductum, e quo caules emittuntur, unius anni cortice viridi, ſubhirſuto conſtantes, qui in hac ſpecie folia gerunt utcunque oppoſita, magna, ſubrotunda, venoſa, ſcabra, utrinque viridia, brevibus, ſed firmis innixa pediculis. Flores in ramorum ſummo colliguntur plurimi, calicibus tenuiſſimis, profunde ſectis contenti. Flos pluribus petalis, octo, novem, decem conſtat, varii coloris, nunc enim roſeum, nunc penitus album habet colorem, prout viget, vel incipit marceſcere; odor ipſi ineſt jucundus, & Jasmini ſingularis, Balſamicus, & refocillans, qui per hybernacula primo vere ſeſe grate diffundit, unde & in Botanophilorum hortis maxime aeſtimatur & appetitur haec arbuſcula, quum & per plurimam anni partem elegantes ſuos producat flores, & amoenum ſpargat odorem, cujus & participem me fecit Dom. *Georg. Cliffortius*, Botanices cultor eximius. hujus generis & aliae elegantes obſervantur ſpecies, uti in *Catal. Horti Piſani a Dom. Tillio* duae proponuntur *pag.* 87. quarum una *Tab.* 30. nitide inſculpta eſt, vocaturque Jasminum Indicum, Mali Aurantiae foliis, flore albo, pleno, ampliſſimo; juxta *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 59. quod cum Cudda Mulla *H. Malab. part.* 6. *Tab.* 51. convenit. altera *Tab.* 31. conſpicitur, folio acuminato, flore ſtellato, majore, odoratiſſimo, quae ſpecies a *Tito in H. Mauroc. pag.* 96. denominata eſt. nos & aliam adhuc ſubjungemus, quae ab *Hertog* in Zeylona obſervata fuit, vocaturque

Jasminum Zeylanicum, folio oblongo, flore albo, pleno, odoratiſſimo. *Herb. Hert. Tab.* 59. Nandi Ervatam major. *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 54. quae *pag.* 106. in notis vocatur Syringa Malabarica, lacteſcens, flore pleno, niveo, odoratiſſimo. & *Amm. Char. pl. pag.* 483. Mougri Indorum, ſeu Jasminum Arabicum, folio Mali Aurantiae, flore pleno, maximo, Nandi Ervatam. *H. Malab. Amm. Char. pl. pag.* 479. an Jasminum arboreſcens, Lauri folio, flore albo, odoratiſſimo. *Plum. Cat. pl. Amer. pag.* 17?

Haec arbuſcula lignum ſuum tegit cortice albicante, ſcabro in trunco, unde rami, qui ſi teneriores, virides, alias cinerei prorumpunt; folia gerentes incerto ordine, utcunque tamen bina oppoſita, ex nodulis ſimul proveniunt glabra, oblonga, acuta, ſuperiore parte viridia, inferiore pallidiora, tenuia. Flores ex foliorum alis, ut & in ſummo caulium proveniunt longis in pediculis, primo communibus, dein pro-

priis inſidentes, calicibus parvis, quinquefidis contenti, qui clauſi, oblongi, tubulati ſunt, aperti vero inſtar Roſae ſeſe expandunt, coloris nivei, & odoris fragrantiſſimi, jucundi. In *H. Malab.* de hac notatur quod lacteſcat, & ſub tempus, quo florum exortus inſtat, folia omnia decidant, novaque ſimul cum floribus erumpant.

JASMINUM Zeylanicum, ampliſſimo Coryli folio, non dentato, floribus albis, odoratis *Plukn. Amalth. pag.* 122. forte ad Jasminum Limonii folio a nobis exhibitum pertinet, vel ejus varietas eſt.

JASMINUM Indicum, flore coeruleo Syringhae. *Nochile* Malabaris, *Lagondi* Malaice *Muſ. Zeyl. pag.* 64. forte Jasminum, folio integro, obtuſo, flore coeruleo, racemoſo, fructu flavo. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 169.

JASMINUM Millefolii folio, ÆTPAMBA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 60. videtur a Quamoclit foliis tenuiter diviſis diverſum, quum aliud nomen Zeylonicum gerat; & illud alio loco, ac modo ab *Hermanno* citetur, & denominetur. quod infra proponitur. Jasmini characterem habet *Linnaeus* in *Char. pl. gen. pag.* 3.

IEONPALA, *Muſ. Zeyl. pag.* 4. ubi dicitur; hujus duae ſunt ſpecies; una a mulierculis comeditur in acetariis, loco Bliti. *Nollugo oppoſitifolia*

INOPHYLLUM flore quadrifido. *Nobis. Tab.* 60. Kina minor. *Muſ. Zeyl. pag.* 46. Tsjeru-Punna *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 39. Kalophyllodendron Indicum, folio & fructu minore. *Vaill. act. reg. Paris. ann.* 1722. *pag.* 283. Calaba folio citri ſplendente. *Plum. nov. pl. gen. pag.* 39. *Tab.* 18. Cornus Malabarica, foliis Nymphaeae. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1537. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 23. HINKINA Zeylonenſibus. Inophyllum hanc vocavimus, quia folia ita ſunt ſtriata, acſi eſſent fibrae muſculi longitudinaliter diſſecti; ſingularis enim ſtructurae ſunt; quum a nervo longitudinali ipſius folii utrinque excurrant fibrae parallelae, vel potius ſtriae a coſta ad marginem excavatae, rectae, veluti ſummi artificis ſtudio elaboratae: Folia glaberrima ſunt, ovata, oppoſita, petalis quadragonis, ramis quadragonis inſidentia, videntur eſſe perennia, quum ſatis dura & craſſa ſint. Petioli ex alis foliorum oriuntur communiter ſolitarii, trifidi, & iterum trifidi, apicibus flores ſuſtinentes, qui ſine calice ſunt, tetrapetali, regulares, roſacei, ſtaminibus numeroſis cum parvis apicibus inſtructi, quorum piſtillum ſimplex eſt & capitatum. Fructus

Calophyllum Calaba L.

INOPHYLLUM flore quadrifido. Nobis.

Rhamnus Oenoplia L.

JUJUBA aculeata, nervosis foliis, infra sericeis, flavis. Nobis.

Fructus bacca est globosa, magna, unico osſiculo rotundo-acuminato foeta. hujus & character describitur a *Vaillant.* & *Plumier* locis citatis.

INOPHYLLUM flore octifido. *Nobis.* Kina *Musſ. Zeyl. pag.* 11 & 29. Nux Zeylanica, oleosa, major. *Musſ. Zeyl. pag.* 57. Punna *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 38. Kalophyllodendron Indicum, folio subrotundo. *Vaill. act. reg. Paris. ann.* 1722. *pag.* 283. Fooraha *Flacourt Hiſt. Madag. p.* 139. *n.* 115. Prunifera, seu Nucifera, Malabarica, foliis Nymphaeae, fructu rotundo, cortice pulvinato. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1525. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 56. Arbor Indica, Mali Medicae ampliſoribus foliis, Maderasp. forte Punna *H. Malab. Plukn. Phyt. Tab.* 147. *Fig.* 3. Bintangor maritima, Bintangor Lant, vel Caju Maria. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 3. *cap.* 26. ubi fructus pruniformis depictus est. KINE major & KOUGHURU Zeylonensibus. de quo dicitur in *Musſ. Zeyl. pag.* 11. Arbor est inter Canelliferas frequens, cujus radix gummi fundit albicans, pellucidum, inodorum. Flores sunt nivei, odorati. Fructus rotundi, edules, magnitudine Nucis Juglandis, nucleo valde oleoso. Folia rotunda, nervis plurimis a nervo medio ad margines. *Amman.* autem in *Char. pl. pag.* 533. De Punna haec habet: Est Mali species resinosae, vix dissimilis ei, quae fundit Gummi Gottae, ut habet *Zanon*; sed dissimilitudo est in seminibus, quae velim conferas. Caeterum Punna est arbor prunifera, floribus octo petalis, racematim cohaerentibus, & fructu rotundo, sub carnoso cortice, & lignoso putamine nucleum amarum includente, succum flavum ac resinosum fundens.

JUJUBA aculeata, nervosis foliis, infra sericeis, flavis. *Nobis. Tab.* 61. Jujuba Indica, rotundifolia, spinosa, foliis majoribus, subtus lanuginosis & incanis. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 60. Paliurus Zeylanicus, folio molli, incano. *Herb. Hert.* Zizyphus Indicus, nemorosus, foliis nervosis, subtus sericeis. *D. Garzin.* qui varias hujus mihi ostendit species, in India Orientali a se ipso collectas. Cum Jujuba Indica *C. B. Pin. pag.* 446. haec a *Breynio* & *Plukn. Almag. pag.* 199. jungitur. ubi plura sunt synonyma. Perin-Toddali *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 41. cujus descriptio nostrae plantae satis convenit, neutiquam Figura; quae etiam non exacte est observata, nec descriptioni multum respondet. Pro WAELAMBILLA Cinghalensium haec ab auctoribus habe-

tur, quo nomine ELAEACHNUS ſupra exhibita apud *Hermannum* occurrit.

Caulis noſtri fruticis eſt teres, erectus, hirſutus, aculeatus, e quo alternatim prodeunt folia ovato-acuminata, integerrima, ſupra & infra nervoſa, ſuperius tamen glabra, inferius flava, & molli hirſutie, quaſi ſericea tecta, ita tamen ut nervi diſtincte conſpiciantur. Infra foliorum ortum enaſcitur ubique aculeus quidam brevis, reflexus, validus, acutiſſimus. Rami alternatim progerminant e caule ad alas foliorum, & ſimilibus inſtruuntur, ſed minoribus foliis, eodem modo enatis. Hic tamen in ſinu foliorum enaſcuntur flores plurimi, minimi, in minutiſſimum faſciculum congeſti, qui cum fructibus in *H. Malab.* bene exhibentur & deſcribuntur.

JUJUBA Indica, ſpinoſa, folio & fructu longiori. *Plukn. Almag. pag.* 199. *Ray. tom.* 3. *Dendr. pag.* 44. Prunus Zeylanica, ſpinoſa, folio longiore. *Par. Bat. Pr. pag.* 367. Prunus Zeylanica, ſpinoſa, longiori folio, viridi, fructus olliculo orbiculari, ſcrobiculis referto. *Plukn. Phyt. Tab.* 216. *Fig.* 6. an fructus peregrinus, quartus, *Cluſii Exot. lib.* 2. *cap.* 30?

JUJUBA Indica, ſpinoſa, folio & fructu rotundo. *Plukn. Almag. pag.* 199. *Ray. tom.* 3. *Dendr. pag.* 44. Prunus Zeylanica, ſpinoſa, foliis & fructibus rotundis. *H. L. App. pag.* 694. Prunus Zeylanica, ſpinoſa, folio rotundo, majore. *Par. Bat. Pr. pag.* 367. Prunus Indica, ſpinoſa, ſylveſtris, foliis rotundis nervoſis, fructu parvo, molli, *Moſſan.* Luſitanis. *Muſ. Zeyl. pag.* 12. ILANDA Zeylonenſibus.

JUJUBA, ſeu Zizyphus, Zeylanica, rotundifolia, crenata, minor, foliis ſubtus lanuginoſis. *Plukn. Almag. pag.* 199. *Phyt. Tab.* 197. *Fig.* 2. Prunus Zeylanica, ſpinoſa, folio rotundiori minori. *H. Beaum. pag.* 35. *Par. Bat. Pr. pag.* 367. Jujuba Indica, rotundifolia, ſpinoſa, foliis minoribus, magis viridibus; ſive Oenoplia, ſeu Napeca Indica, foliis minoribus, magis viridibus. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 60. Prunus Zeylanica HERMANNI. *ibidem.*

KABALLAEJADIWA, *Muſ. Zeyl. pag.* 48. Lingua Diaboli Zeylonice dicitur, quia folia referunt Linguam Lacerti peregrini, ſquamoſi, Luſitanis *animal verecundum* vocati, a Cinghalis autem *Kaballaeja* dicti. *Diwa* notat linguam.

KAGI-

KAGILAWAEL. *Muſ. Zeyl. pag.* 69.

KALUHABURUNGHOS. *Muſ. Zeyl. pag.* 21.

KALUHAMBURU. *Muſ. Zeyl. pag.* 67. *Kalu* notat nigrum colorem.

KATUPAVE. *Muſ. Zeyl. pag.* 67.

KAUKEN Indorum. *Breyn. Cent.* 1. *pag.* 20. *cap.* 8. *Muſ. Zeyl. pag.* 33. Arbor Indica, Pyri folio denſiore, floribus odoratiſſimis. Elengi *H. Malab. Plukn. Almag. pag.* 203. Elengi invenitur in *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 20. quod *pag.* 34. in notis vocatur Oleae adfinis Malabarica, Pyri folio, flore odorifero, ſtellato. pro quo etiam agnoſcitur in *Ray. tom.* 3. *pag.* 665. & ejus deſcriptionem ex *Breynio.* vide in *Ray. tom.* 2. *pag.* 1781. MURUMAL Zeylonenſibus.

KAEBAELLA. *Muſ. Zeyl. pag.* 70.

KAERAEKOKU. *Muſ. Zeyl. pag.* 6. *Kaeku* & *Koku* notat annulum illum, quem plantae quaedam tenellae & juniores in cacumine conficiunt, ut omnes *Filicum* ſpecies faciunt.

KETMIA Sinenſis, fructu ſubrotundo, flore pleno. *Tournef. inſt. pag.* 100. Malva Indica, fruteſcens, flore pleno, roſeo, rubro. *Muſ. Zeyl. pag.* 29. Alcea Indica, hortenſis, flore pleno atro-rubente, Roſae ſimillimo, *ibidem. pag.* 61. Alcea arboreſcens, Indica, hortenſis, flore atro-purpureo. *Herb. Herm.* Althaea arborea, roſea, Sinenſis, multiplex & ſimplex, *Moriſ. Hiſt. tom.* 2. *pag.* 530. *Tab.* 18. *ſect.* 5. Roſa Batavica, Indica, inodora. *Bontii Hiſt. nat. lib.* 6. *cap.* 46. *pag.* 141. ubi mira Figura. Roſa Sinenſis. *Ferr. Fl. Cult. pag.* 479. ubi melior icon & *Amm. H. Boſian. pag.* 31. de hac porro vide notas ad *Merian. inſect. Surin. pag.* 31. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 2. ad Alceam arboreſcentem Japonicam, pampineis foliis ſubaſperis, flore mutabili, ſive colorem mutante. *Breyn. Pr.* 2. *pag.* 10. ubi plura invenies ſynonyma. Flos feſtalis, Bonga Raja. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 6. *cap.* 12. Ain-Pariti *H. Malab. part.* 6. *Tab.* 43. ubi flore ſimplici, & Schem-Pariti *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 17. ubi flore pleno exprimitur. WADDAGHAS Zeylonenſibus. *Fulo de Sapatta* & *Foglie Sapatte* Luſitanis, hoc eſt flos Calceoli, quod ſucco florum coria tingantur. Deſcriptio-

nem nec Figuram addimus, quum a tot jam auctoribus ſit exhibita & deſcripta, & ob facilem ejus propagationem, & culturam unicuique fere in hortis praeſens.

KETMIA arborea, orbiculatis foliis, floribus Ephemeris, fructu pentagono. *Nobis.* Alcea arborea, Indica, foliis orbiculatis, Ketmiae floribus Ephemeris, fructu in quinque partes hiante. *Muſ. Zeyl. pag.* 40. Flos Horarius, Bonga Balitsjaja. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 6. *cap.* 17. BELIPATHAEGHAS. Zeylonenſibus.

KETMIA Ægyptia, ſemine moſchato. *Tourneſ. inſt. pag.* 100. quae a *Merian.* eleganter exprimitur ad *pag.* 42. Alcea Indica, magno flore, villoſa, moſchata, ſiliqua pentagona: ſeu Alcea moſchata *Piſonis. Muſ. Zeyl. pag.* 40. Alcea Indica, moſchata, villoſa, ſiliquis pentagonis *ibidem. pag.* 48. Althaea Indica, magno flore, ſemine moſchato *ibidem. pag.* 59. Abel Moſch. Ægyptiacum, ſive Althaea Ægyptiaca moſchata. *Moriſ. hiſt. Oxon. part.* 2. *pag.* 533. Abel Moſch Indicum, vel Alcea Indica, magno flore, villoſo, moſchato ſemine, ſiliqua pentagona; *Amman. H. Boſian. pag.* 1. & *Char. pl. pag.* 241. qui Abel Moſch Ægyptiacum, & Abel Moſch Indicum duas facit plantas. Catta-Gaſturi *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 38. reliqua ſynonyma occurrunt apud *Tourneſ. pag.* 100. *Plukn. Almag. pag.* 14 & 15. *Commel. Fl. Malab. pag.* 2. & plurima apud *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 98. ejus uſum vide apud *Samuel. Dale Pharmac. pag.* 306. Granum moſchatum, Gendapura *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 6. *cap.* 18. KAPUKANAESSA. Zeylonenſibus.

KETMIA Indica, flore amplo, flavo, pendulo, fructu pentagono, alato. *Nobis.* Alcea Indica, non ſpinoſa, flore amplo, flavo, pendulo, fructu quinquangulo, alato. *Muſ. Zeyl. pag.* 43. TELAEPALA Zeylonenſibus.

KETMIA Indica, flore amplo, flavo, pendulo, unguibus holoſericis, pericarpiis quinque angulis. *Nobis.* Alcea Indica, non ſpinoſa, flore amplo, flavo, pendulo, unguibus holoſericis, pericarpiis quinque angulis. *Muſ. Zeyl. pag.* 59. Alcea Indica, non ſpinoſa, fructu lappaceo, altera. *ibidem. pag.* 66. an Alcea arborea, Indica, villoſa, quinis foliorum lobis, flore magno, ſulphureo? *Plukn. Almag. pag.* 14. & *Phyt. Tab.* 255. *Fig.* 2. KAPUAEPALA Zeylonenſibus.

KET-

KETMIA Indica, folio anguſtiore, acuto, flore amplo, flavo, pendulo, unguibus holoſericis. *Nobis.* Alcea Indica, non ſpinoſa, folio anguſtiore, & magis mucronato, flore amplo, flavo, pendulo, unguibus holoſericis. *Muſ. Zeyl. pag.* 63. eadem & *ibidem* eſt folio latiore, flore flavo, nitente. quae conveniunt cum Malva arborea, folio oblongo-acuminato, veluti dentato, & laeviter ſinuato, flore ex rubro flaveſcente. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 95. & *Hiſt. Jam. part.* 1. *pag.* 216. *Tab.* 133. *Fig.* 1.

KETMIA Indica, ſpinuloſa, profunde laciniata, Acetoſae ſapore. *Nobis.* Alcea Acetoſa, ſpinoſa, Indica, ſarmentoſa, floribus amplis, pendulis, unguibus Holoſericis: Acetoſa Indica *Bontii. Muſ. Zeyl. pag.* 65. Acetoſa Indica apud *Bontium* occurrit *lib.* 6. *cap.* 27. *pag.* 114. Alcea Acetoſa, ſpinoſa, Indiae Orientalis heptaphylla, ſive Acetoſa Indica *Bontii. Breyn. Prodr.* 1. *pag.* 1. Alcea Acetoſa Indica, ſpinoſa, foliis profunde laciniatis, flore ſubluteo, amplo. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 9. Althaea Indica, ſpinoſa, Acetoſae ſapore, flore flavo, pendente. *Par. Bat. Pr. pag.* 308. Alcea ſpinoſa, Maderasp. ſaporis acidi, foliis profunde laciniatis Cannabis in modum, pentaphylla. *Plukn. Almag. pag.* 15. quae in *Phyt. Tab.* 5. *Fig.* 4. exhibetur. vide & *H. L. Bat. pag.* 27. & *Commel. Fl. Malab.* 3. ubi cum Narinam Pulli *H. Malab.* jungitur, ſed quae potius ad ſequentem pertinet. NAPIRITTA Zeylonenſibus.

KETMIA Indica, Goſſypii folio, Acetoſae ſapore. *Tournef. inſt. pag.* 100. Ketmia Goſſypii folio, Acetoſae ſapore. *Plum. Cat. pl. Amer. pag.* 2. Althaea Indica, Goſſypii folio, Acetoſae ſapore. *H. L. Bat. pag.* 25. Althaea Indica, Acetoſae ſapore. *Amm. hort. Boſian. pag.* 2. Alcea Acetoſa Indica, mitis, foliis ſuperioribus Goſſypii in modum tripartito diviſis. *Plukn. Phyt. Tab.* 6. *Fig.* 2. Alcea Acetoſa trifido folio, Indiae Orientalis. *Breyn. Prodr.* 1. *pag.* 1. & *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 99. & *Hiſt. Jam. part.* 1. *pag.* 224. ubi vide reliqua. Narinam Pulli. *H. Malab. part.* 6. *Tab.* 44. quae in notis Alcea Indica, ſpinoſa, magno flore, ex albido flaveſcente vocatur.

KETMIA Indica, Cannabinis foliis, *Bangue* dicta. *Nobis.* Althaea Indica, Cannabinis foliis, *Bangue* dicta *Garciae ab Horto. H. L. B. pag.* 26. Bangue apud *Garciam* occurrit *pag.* 276. Figura, & *pag.* 277. *deſcr. Edit. Ital. in quarto.* & apud *Cluſ. cap.* 54. *pag.* 290. & apud *Acoſt. p.* 290.

Can-

Cannabi ſimilis exotica *C. B. Pin. pag.* 330. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 17. Bangue Cannabi ſimile *J. Bauh. tom.* 3. *pag.* 440. *lib.* 30. Bangue *Parkin. Theat. pag.* 1624. Alcea Indica, Cannabino folio, Acetoſae ſapore quibusdam. *Sam. Dale Pharm. pag.* 306. qui Cannabis ſpeciem veram eſſe ex *Robinſon* aſſerit, & a quo pro Calengi-Cansjava *H. Malab. part.* 10. *pag.* 119. habetur. vide & *Commel. Fl. Malab. pag.* 3.

Ketmia folio quinquefido, ſubtus candicante, flore flaveſcente, ſemine tomentoſo. *Nobis.* Althaea arbor, folio quinquepartito, ſubtus candicante, religioſa. *Muſ. Zeyl. pag.* 32. Cudi-Pariti. *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 31. quae in notis Alcea Malabarenſis, pentaphylla, flore minore, ex albo flaveſcente, ſemine tomentoſo, vocatur. an Novella rubra, Daun Baru Mera *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 3. *cap.* 30? ubi Pariti *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 30. jungitur.

Ketmia Zeylanica, Populi folio incano, flore ſimplici, albo. *Hart. Catal. ſemin.*

Ketmia Zeylanica, ſempervirens, & florens, Tiliae folio, flore luteo. *Hert. ibidem.* Arbor Solis, Indica, major; ſeu Alcea Indica arborea, major, Tiliae folio, floribus Ketmiae ephemeris, fructibus orbiculatis, ſulcatis, ſuccum Guttae Gambae ſimilem fundentibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 45. Althaea arbor, rotundifolia, flore roſeo incarnato. *ibidem. pag.* 37. Ketmia Indica, Tiliae folio. *Plum. Cat. pl. Amer. pag.* 2. Ketmia Indica, Populi folio, fructu orbiculato, compreſſo. *Tournef. inſt. pag.* 100. Arbor Solis THYRYAGHAS *Muſ. Zeyl. pag.* 61. Althaea arborea, Indica, Populi folio, flore ephemero. *H. L. Bat. pag.* 22. Alcea arborea, Indica, maxima, Populi folio, flore majore, flaveſcente. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 10. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 2. *Plukn. Almag. pag.* 16. Alcea Indica, arboreſcens, folio Populi, vel cordiformi, flore Ephemero, ex albo flaveſcente. *Amm. H. Boſian. pag.* 6. & *Char. pl.* 300. Novella Daun Baru *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 3. *cap.* 28. SURIGHAHAS Zeylonenſibus, a *Suria* quod ſolem, & *Ghas* ſeu *Ghaha* quod arborem notat. *Povereſſa* Luſitanis dicitur, de quo notatur in *Muſ. Zeyl. pag.* 61. quod flores hujus arboris Solis ortu luteſcant, & expandantur, occaſu vero ejus rubeſcant, & decidant.

Ket-

KETMIA Indica, Vitis folio, flore amplo, flavo. *Nobis.* Althaea Indica, Vitis folio, flore amplo, flavo, pendente. *H. L. Bat. pag.* 26. ubi icon & deſcriptio, & *Commel. Fl. Malab. pag.* 3. Alcea Indica, Vitis folio, flore amplo, flaveſcente, quinis ad ſingulos flores thecis, Katan-Belloveren. *H. Malab. part.* 6. *Tab.* 46. *Plukn. Almag. pag.* 15. Alcea Indica, non ſpinoſa, flore amplo, pendulo, flavo. *D. Hermans. Breyn. Prodr.* 1. *pag.* 2. Abutilon Indicum, fronde Pampinea, fructu quinquecapſulari. *Tournef. inſt. pag.* 99. Abutilon Indicum, quinque ad ſingulos flores thecis. *Ray. hiſt. part.* 2. *pag.* 1818. &c.

KETMIA Indica, foliis Laurinis, flore violaceo, ſpicato. *Nobis.* Althaea arborea, Indica, flore violaceo, purpureo, ſpicato. *Par. Bat. Pr. pag.* 307. *Muſ. Zeyl. pag.* 61. Alcea Indica, arborea, pericarpio carnoſo, in plura loculamenta partito. *Ray. hiſt pl. part.* 2. *pag.* 1902. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 2. Alcea Indica, arboreſcens, Lauri folio prima, ſeu Alcea Indica, arboreſcens, foliis Laurinis, ſubaſperis, polyanthos, minor, flore purpureo, hexapetalo, petalis rotundioribus & latioribus, fructu minore, caudato. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 11. Adamboe vel Althaea arboreſcens, Indica, flore purpureo, ſpicato. *Amm. H. Boſian. pag.* 1. & *Char. pl. pag.* 247. forte Abutilon arboreum, ſpicatum, flore purpureo minore, Betonicae folio incano. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 97. Adamboe *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 20 & 21. MURTUGHAS Zeylonenſibus.

KETMIA Zeylanica, Fici folio, perianthio oblongo, integro. *Dillen. H. Elth. pag.* 190. *Tab.* 157. Ketmia Indica, humilis, folio diſſecto, aſpero, flore parvo, candido, inſtar Jasmini Hiſpanici explicato, purpuraſcente. *J. Ph. Breynii ibidem* &c.

KETMIA Zeylanica, virens, piloſa, annua, flore ſulphureo, umbone atro-purpureo. *Alb. Sebae rer. nat. theſ. part.* 1. *Tab.* 18. *Fig.* 3. & *pag.* 27. ejus deſcriptio. Hujus generis characterem dedit *Linnaeus in char. gen. pl. pag.* 207.

KORRACA congener. *Muſ. Zeyl. pag.* 70.

LACHRYMA JOBI. *H. Eyſt. Æſtiv. ord.* 13. *Fig.* 1. *pag.* 6. *Cluſ. Hiſt.* CCXVI. Lachryma Jobi Indica, Salee. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 8. *cap.* 28. Milium Solis, ſeu Lithoſpermum Indicum Bontii, &

Lithoſpermum arundinaceum, forte Dioſcorid. & Plinii *Muſ. Zeyl. pag.* 29. & *C. B. P. pag.* 258. Milium Solis *Bontii pag.* 152. Lachryma Jobi multis, ſive Milium arundinaceum *J. Bom. tom.* 2. *lib.* 18. *pag.* 449. Milium arundinaceum, ſemine Lithoſpermi facie, maximo, duriſſimo. *H. L. Bat. pag.* 426. &c. KARAEBU Zeylonenſibus.

Lachryma *Jobi* gramineis foliis, in capreolos deſinentibus. *Nobis.* Lithoſpermum Indicum, arundinaceum, foliis gramineis in capreolos deſinentibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 30.

Lachryma *Jobi* Zeylanica, omnium maxima, *Nobis.* Lithoſpermum maximum arundinaceum, Zeylanicum. *Muſ. Zeyl. pag.* 40. Catri-Conda *H. Malab. part.* 12. *Tab.* 70. Lachryma Jobi altiſſima, Arundinis folio & facie. *Plum. Cat. pl. Amer. pag.* 11. quae a *Merian. Inſect. Surin.* exprimitur ad *pag.* 54.

Lachryma *Jobi* paludoſa, minor, *Nobis.* Lithoſpermum Indicum, arundinaceum, paludoſum, minus. *Muſ. Zeyl. pag.* 65. Lithoſpermum Cyperoides, arundinaceum, minus paludoſum. *ibidem. pag.* 71. Lithoſpermum Ambonicum, Saleeutan *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 10. *cap.* 16. KARABU Zeylonenſibus.

LAMIUM anguſtifolium, glabrum, Zeylanicum, flore albo. *Muſ. Zeyl. pag.* 1. Videtur eſſe Leonurus annuus, anguſtifolius, flore albo. *ibidem.* TUMBAKOLA & WALKARALHAEBO ad differentiam illius, quod in hortis naſcitur, Zeylonenſibus vocatur. *Wal* enim ſylveſtre notat.

Lamii rubri ſimilis Malabarica, radice glanduloſa, eduli, Kurka *H. Malab.* INSALA Zeylonenſibus dicta. *Plukn. Amalth. pag.* 129. Kurka *H. Malab. part.* 11. *Tab.* 25. exprimitur.

LATHYRUS Zeylanicus, odorato flore, amoenè ex albo & rubro vario. *Nobis.* Lathyrus Zeylanicus, hirſutus, flore variegato, odorato. *Herb. Hart.* floris tantum varietate haec planta a Lathyro odorato *Cupani* differt, quem, quia in *H. Amſt. part.* 2. *pag.* 159. *Fig.* 80. bene deſcriptus & expreſſus eſt, hic non ulterius exhibemus, quum & omnibus inſuper notae ſunt hae plantae, eo quod frequentiſſime in noſtris occurrant hortis.

Lathy-

LAURUS *ſerrata, floribus ſpicatis, ex foliorum alis provenientibus. Herb. Herm.*

LATHYRUS Zeylanicus, flore rubro, pulchro, ſiliquis Piſi. *Breyn. Prodr.* 1. apud *Ray. hiſt. pl. pag.* 1891.

LAURUS ſerrata, floribus ſpicatis, ex foliorum alis provenientibus. *Herb. Herm.* quae exprimitur *Tab.* 62. Laurus Zeylanica, foliis ſerratis, floribus in ſpicis parvis ad exortum foliorum provenientibus. *Herb. Hart.* MENDYA Zeylonenſibus.
Arbor haec eſt Ceraſi effigie, ramos ſuperiores rubros ſpargens, e quibus folia alterna, ſatis remota exeunt ovato-lanceolata, ſerrata, laevia, venoſa, venis conveniens cum Ceraſo ſylveſtri; Petioli ſimiliter eodem modo exeunt, flores ſuſtinentes in racemum collectos plurimos, parvos. Unusquisque petiolus, qui communiter ſolitarius ex ſingula folii ala exit, eſt ſesquiuncialis, erectus, flores albos gerens, quorum calix eſt unifolius, quinquedentatus, petala quinque ſubrotunda, ſtamina viginti, vel plura, piſtillum unicum, capitatum. Fructus eſt bacca coronata a calice, unde ad Myrtum accedit, quum habeat fructum infra calicem umbilicatum. Ex hac arbore reſina odorata colligitur, quae utiliſſima ad Paralyſin. &c.

LENS PHASEOLOIDES foliis ſubrotundis, oppoſitis, flore ſpicato, pentapetalo, lobis latiſſimis, fructu orbiculato, fuſco. *Nobis.* Lens Phaſeoloides, maxima, Indica, Caſſiae foliis, ſemine maximo, cordiformi. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 63. Phaſeolus alatus, Indicus, fructu fuſco, orbiculato, maximo, lobis latiſſimis & longiſſimis. *H. L. Bat. pag.* 494. *Par. Bat. Pr. pag.* 365. Phaſeolus maximus, perennis, folio decompoſito, lobo maximo, contorto, Perim-Kaku-Valli *H. Malab. Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 68. Phaſeolus Zeylanicus, maximus, folio Lentiſci. *Muſ. Zeyl. pag.* 44. Phaſeolus lobis amplis, longis, geniculatis, fructu maximo, orbiculari, fuſco, ſplendente, an Pararar Cluſii *ibidem*? Phaſeolus utriusque Indiae, arboreus, alatis foliis, fructu magno, cordiformi, lobis longiſſimis, nodoſis, plerumque intortis. *Plukn. Almag. pag.* 295. ubi reliqua vide & Perim-Kaku-Valli *H. Malab. part.* 8. *Tab.* 32, 33 & 34. ubi conſule notas. PUSAETHA & PUSWAEL Zeylonenſibus.

LENS PHASEOLOIDES bifolia, fructu orbiculato, fuſco, lobis minoribus. *Nobis.* Phaſeolus Indicus, alatus, fructu fuſco, orbiculato, maximo, lobis minoribus. *Muſ. Zeyl. pag.* 69. *Par. Bat. Pr. pag.* 365. Phaſeo-

lus major, Fabae purgatricis nomine missus, Cor Divi Thomae quibusdam. *Clusii Comment. ad Monard. pag.* 365. Faba purgatrix, latissima, ex insula D. Thomae. *C. B. Pin. pag.* 338. item arbor siliquosa, Juglandis folio, Brasiliana, lobo longissimo, Acaciae siliquae instar distincto. *C. B. P. pag.* 404. Phaseolus novi orbis, seu Faba purgatrix, latissima, Cordis Figura. *J. B. tom.* 1. *lib.* 12. *pag.* 438. *Plukn. Almag. pag.* 295. *Phyt. Tab.* 211. *Fig.* 6. HINPUS Zeylonensibus.

LENTIBULARIA Zeylanica. *Nobis.* est Millefolium galericulatum. *Ray. Mus. Zeyl. pag.* 9. Millefolium palustre, galericulatum. *Ray. Meth. pl. auct. & emend. pag.* 92. & *Hist. pl. pag.* 1322. Millefolium aquaticum, flore luteo, galericulato. *Parkins. Theat. Botan. pag.* 1258. *J. B. tom.* 3. *lib.* 38. Lentibularia *Rivini ord. pl. irreg. monop.* ubi elegans Figura. hujus nota characteristica juxta *Rayum* est, Flos in duo segmenta divisus, quorum superius galeae, inferius labelli lati figuram obtinet. Capsula seminalis est subrotunda, unum intus semen continens; reliqua vide apud *Dillen. in novis plant. gener. pag.* 115. & *Linnaeum in char. plant. gen. pag.* 5. ad UTRICULARIAM. hujus minorem speciem habet *Plukn. in Phyt. Tab.* 99. *Fig.* 6. vocans Millefolium palustre, galericulatum, minus.

LEUCAS foliis rotundis, serratis, flore albo. *Nobis. Tab.* 63. *Fig.* 1. Lamium rotundifolium, album, Zeylanicum, odoratum. *Herb. Herm.* Lamium Indicum, foliis oblongis, flore albo, graveolens. *Mus. Zeyl. pag.* 65. GHAETHATUMBA Zeylonensibus.
a Lamio hanc separavimus, quum hujus calix sit tubulatus, ore decadentato, adeoque quoad calicem cum Marrubio convenit, sed labio superiore cochleato a Marrubio differt, quod integrum est, inferius vero labium oblongum, ad latera sinuatum, aut emarginatum, quatuor habens stamina cum apicibus, pistillum unicum, bifidum. Caulem caeterum gerit haec planta quadrifidum, scabrum, viridem; folia ad caulem bina opposita, ad decussim provenientia, pediculis semiuncialibus insidentia, ubi autem rami e caule progerminant, uncialis est longitudinis pediculus; Folia haec sunt glabra, viridia, venosa, subrotunda, in ambitu serrata; Flores ex eorum alis proveniunt utcunque gemini; calice longo, tubuloso contenti; qui cum floribus jam supra descriptus est.

LIGU-

Nepeta Indica?

Fig. 1.

LEUCAS foliis rotundis, serratis flore albo. Nobis.

Fig. 2.

LYSIMACHIA erecta, caule ter tripartito. Nobis.

Ophioxylon Serpentinum L. Rheede. Rajah mugu pee.

LIGUSTRUM *foliis ad singula internodia ternis, Lignum Colubrinum officinis creditum. Nobis.*

LIGUSTRUM foliis ad ſingula internodia ternis, *Lignum Colubrinum* officinis creditum. *Nobis. Tab.* 64. Clematis Indica, Perſicae foliis, fructu Periclymeni. *C. B. Pin. pag.* 304. *Muſ. Zeyl. pag.* 4. Lignum Colubrinum primum, & laudatiſſimum, *Garziae ab Horto Hiſt. aromat. pag.* 163. & *Herb. Herm.* ubi dicitur, quod perperam *Garzias* aſſerat vocari *Rametul* ab incolis, quum vocetur ACAWERYA & EKAWERYA a Zeylonenſibus. De Ligno Colubrino vide *Cluſ. lib.* 1. *Aromat. cap.* 44. a *Rumphio in Herbar. Ambon. lib.* 2. *cap.* 46. breviter hoc lignum juxta *Hermannum* deſcribitur, dicitque quod *Hermannus* EKAWERYA vocet, & pro Clematitide Indica, Perſicae folio, Caprifolii fructu habeat, huic porro pro Synonymo jungens primam ſpeciem *Garziae lib.* 1. *cap.* 44. & *Acoſt. cap.* 33. & *Philipp. Baldei lib.* 2. *cap.* 49. *Hiſtor. Ceylon. Rumphius* porro in illo capite aliud *Lignum Colubrinum*, a noſtro penitus diverſum, depingit & deſcribit, quod fructus rotundos gerit, vocaturque ab ipſo *Lignum Colubrinum.* CAJU ULAR *cap.* 46. Radix ſerpentum EKAWERYA dicta. *Grimm. Labor. Ceyl. pag.* 116. ubi haec ſequuntur: Vocatur a Cinghalenſibus *Rametul.* Pulcherrima planta eſt, in altum exſurgit cum ramis tenuibus, & cum foliis longis, & acuminatis, cum parvis raris, fructibus, qui ſunt racemi ſimul conjuncti. Radix diſcurrit in modum ſerpentum cum nodis ſub terra, valde lignoſa eſt, alba, fuſca, cum cortice coloris cinerei & ſaporis amari. Haec eſt prima ſpecies, quam *Garzias ab Horto* inter Ligna ſerpentum deſcribit. Vires ejus non minores ſunt, quam eae, quas magna Serpentum arbor poſſidet. Incolae plurimum eam extollunt contra omnia Venena, & venenoſos morbos. Contritam eam exhibent usque ad Semi drachmam, & amplius.

Inquiritur a *Samuel Dale in Pharmacol. pag.* 440. an hoc ſit Lignum Colubrinum verum officinarum, & idem, quae Nux Vomica minor; quod eſt Solanum arboreſcens, Indicum, foliis Napecae minoribus, fructu rotundo, duro &c. *Breynii.* quas ego diverſas puto ſpecies, licet earum lignum pro *Ligno Colubrino* habeatur, & utraeque in Zeylona inſula creſcant. Prioris ſynonyma data ſunt, & eſt lignum Colubrinum primum *Garziae*, poſterioris ſynonyma ad *Nucem Vomicam* exhibebuntur infra, cujus lignum, pro tertio Ligno Colubrino *Garziae* & *Acoſtae* habetur, ita ut diverſae ſint plantae.

Hujus noſtrae caulis eſt trigonus, articulatus, ſtriatus; folia ad ſin-

gulum articulum tria, oblongo-acuminata, integra, nec ferrata, quo a Perſicae foliis differunt, cum qua alias figura ſatis conveniunt, petiolis parvis innixa. In apice caulis oriuntur floſculi plurimi, veluti ac in umbella congeſti; qui ſunt in fundibiliformes, pentapetaloides, calicibus parvis, quinquefidis inſtructi, duo habentes ſtamina cum unico piſtillo; quod deinde abit in fructum ſubrotundum, ſemibifidum, biloculare, continentem in ſingulo loculo ſemen unicum ſubrotundum: unde ambigit inter LIGUSTRUM & LILAC *Tournefortii.*

Ligustrum Indicum, ſeu Alcanna *Muſ. Zeyl. pag.* 65. an Poutaletsje *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 572. quae Liguſtri ſpecies. *Commelin. in notis ibidem.* & Baccifera Indica, baccis oblongis, in umbellae formam diſpoſitis. *Ray. hiſt. pag.* 1634. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 12. &c. MANITHONDI Zeylonenſibus.

LILIO-NARCISSUS Zeylanicus, latifolius, flore niveo, linea purpurea ſtriato. *H. Amſt. part.* 1. *pag.* 73. Lilio-Narciſſus Zeyl. latifolius, flore niveo, externe linea purpurea ſtriato. *Amm. Char. pl. pag.* 485.

Lilio-Narcissus Indicus, flore albo, hexagono. *Plukn. Almag. pag.* 220. Narciſſus hexagonus, Zeylanicus, flore odorato, albo. *Par. Bat. App.* Narciſſus Zeylanicus, flore albo, hexagono, odorato. *H. Amſt. part.* 1. *pag.* 75. & *H. L. Bat. App. pag.* 691 & 693. ubi icones & deſcript. Narciſſus Zeylanicus, flore albo, hexagono, odorato, LUNULA indigenis dictus. *Amm. Char. pl. pag.* 484. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1904. *Commel. Fl. Malab. pag.* 46. hujus major & minor ſpecies eſt, & bulbo rotundo, & oblongo; uti videre eſt in *Muſ. Zeyl. pag.* 61. Lilium Indicum, Caſſe Zelan. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 11. *cap.* 47. Pancratii nomine indigitavit hanc familiam Clariſſ. *Dillen. in H. Elth. pag.* 299. ubi notas vide characteriſticas, Catulli-Pola. *H. Malab. part.* 11. *Tab.* 40. WALLUNU, LUNALA & LUNA Zeylonenſibus vocatur.

Lilio-Narcissus maximus, Zeylanicus, floribus albis, umbellatis, *Plukn. Almag. pag.* 219. Lilium Zeylanicum, umbellatum, bulbiferum, minus. *Muſ. Zeyl. pag.* 55. Lilium Zeylanicum, bulbiferum & umbelliferum. *H. L. Bat. App. pag.* 683. ubi Figura & deſcriptio, & *Ray. hiſt.*

Fig. 2. Achyranthes corymbosa. L. Fig. 1. Limonia monophylla L.

Fig. 2.

Fig. 1.

PARONYCHIA foliis ad genicula confertis, acutis, floribus umbellatis. Nobis.

LIMONES pumili, Zeylanici, sylvestres. DEHIGHAHA Zeylonensibus. Mus. Zeyl.

hiſt. pl. pag. 1905. Belutta-Pola-Taly: *H. Malab. part.* 11. *Tab.* 38. quae Lilii Zeylanici umbelliferi & bulbiferi conſpecies. *Commel. in not. & Fl. Malab. pag.* 41. TANGHEKOLLI TOLABO minor, & WALTOLABO Zeylonenſibus. Unde & hujus major, & minor habetur ſpecies.

LIMONES pumili, Zeylanici, ſylveſtres, DEHIGHAHA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 40. & *Herb. Herm.* exprimitur *Tab.* 65. *Fig.* 1. Arboris hujus caulis eſt teres, laevis, lignoſus; folia ſunt acuta, craſſa, venoſa, integerrima, alterna, petiolis breviſſimis inſidentia; infra foliorum exortum ſpina enaſcitur acutiſſima, & faſciculus florum parvorum, decem aut duodecim ſimul, quibus ſuccedunt fructus: Differt haec a ſubſequenti, foliis ſolitariis, alternis, quum illa habeat folia conjugata, nec flores ita in faſciculum collectos; nomine Zeylonico etiam penitus diſtincta.

LIMONIA Malus, ſylveſtris, Zeylanica, fructu pumilo; an Limones ſylveſtres, non majores ovo Columbino circa Cairum Bellonii? *Muſ. Zeyl. pag.* 63. Malus Limonia, Zeylanica, fructu pumilo, *ibidem. pag.* 68. Limonellus, Limon Nipis. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 2. *cap.* 39. Malus Limonia, Lentiſci folio, Zeylanica, fructu minimo, Uvarum magnitudine aemulo. *Plukn. Almag. pag.* 239. & *Mantiſſ. pag.* 57. Limones ſua ſpecie puſilli in Indiae inſula Zeylan. *Hiſt. Lugdun pag.* 1838. & apud *Plukn. Mantiſſ. pag.* 125. Malus Limonia, Indica, fructu puſillo. *Ray. hiſt. pag.* 1658. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 42. Malus Aurantia, fructu Limonis puſillo, acidiſſimo. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 211. ubi plura habet ſynonyma, & *Hiſt. Jam. part.* 2 *pag.* 182. Catu-Tsjeru-Naregam. *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 12. ubi in notis. Malus Limonia, pumila, ſylveſtris, Zeylanica D. HERMANNI, quod a *Plukn. in Mantiſſ. pag.* 57. jungitur cum Coru Indorum, Mali aureae foliis, floribus albis; Parencoruttee *Malabarorum.* vide & *Petiv. act. Londin. vol.* 22. *no.* 271. *pl.* 107. ubi Coutree Malabaris dicitur &c. WALHEDI & JAKUAWA Zeylonenſibus.

LINARIA minima, Zeylanica. *Muſ. Zeyl. pag.* 31.

LOTUS Zeylanica, rubra, ſiliqua rotundiore, habitu Ericae. *Hort. Catal. ſemin.*

LOTUS Zeylanica, minutiſſimis foliis, floribus minimis, purpureis. *Hert. ibidem.*

LYCHNIS Indica, ſylveſtris, viſcoſa, floribus tenellis, rubris. *Hert. ibidem.*

LYCHNIS Indica, ſylveſtris, floſculis tenellis, albis. *Muſ. Zeyl. pag.* 11. an Lychnis ſylveſtris, minima, anguſtifolia, procumbens, flore ex albido vireſcente? *Plukn. Almag. pag.* 230. ubi vide reliqua. WISADULI Zeylonenſibus, a *Wiſſa*, quod dolorem denotat, & inflammationem, quam *Colubris* morſu cauſavit. *Duli* notat pulverem ſubtiliſſimum, aut rem aliquam levem, a quolibet levi vento mobilem: accepit forte hoc nomen, quod hujus pulvis loco dolenti, & a morſu *Colubris* inflammato inſperſus, inflammationem tollat, partemque affectam curet.

LYCHNIS articulata, repens, folio Vincae Pervincae. *Muſ. Zeyl. pag.* 61. Lychnidifolia. *ibidem. pag.* 13. MAHANAYKOLA, aliis PURUCWAEL & PURUKUWAEL. a *Puruku* quod notat articulum, ſeu geniculum plantae; cauliculi enim articulati ſunt.

LYCOPODIUM Zeylanicum, erectum, ramoſiſſimum. *Nobis. Tab.* 66. Muſcus terreſtris, Zeylanicus, erectus, ſeu Lycopodium Zeylanicum, *Muſ. Zeyl. pag.* 36. Muſcus erectus, ramoſus, terreſtris, Zeylanicus, ſempervirens. *Herb. Herm.* non multum abludit a Muſco maximo, Coridis folio, viticulis valde ramoſis. *Plumier Tab.* 165. *lett. A.* Quum autem ſpicae florum in noſtra planta deſiderentur, nec adeo ea excreverit; incertum eſt determinare, ad quamnam proprie ſpeciem pertineat: Caeterum caulis ejus eſt bipedalis, foliolis ſparſis, aceroſis fere tectus, quae inbricatim incumbunt, ſed quoad inſertionem ſatis remota ſunt: e caule hoc deſcripto prodeunt ſparſim rami plurimi, qui iterum in ramos dividuntur tenuiores; quorum folia ab ipſius caulis non differunt magnitudine, ſed tantum, quod confertiora ſint; uno verbo eſt medium inter Lycopodium Sabinae facie; & repens, vulgatiſſimum Officinarum.

LYCOPODIUM denticulatum, minus, Zeylanicum. *Nobis.* Muſcus denticulatus, Zeylanicus, minor. *Muſ. Zeyl. pag.* 29. Muſcus denticulatus minor,

Lycopodium clavatum L.



LYCOPODIUM Zeylanicum, erectum, ramosissimum. Nobis.

Chironia trinervia L.

LYSIMACHIA folio sinuato, acuminato, trinervio, flore coeruleo, amplo, calice carinato, alato. Nobis.

minor, Guianenſis, ſeu Planta muſcoſa, & plumoſa, Guianenſis, perelegans, minor. *Breyn. Cent. pag.* 194. *Plukn. Almag. pag.* 247.

LYCOPODIUM Zeylanicum, erectum, foliis craſſioribus, & magis compreſſis. *Nobis.* Muſcus Zeylanicus, arboreus, clavatus, foliis craſſis, rotundis, Lycopodii fructu compreſſo. *Muſ. Zeyl. pag.* 38. Muſcus Zeylanicus, erectus, perpetuo virens, in arboris proceritatem excreſcens. *Plukn. Tab.* 47. *Fig.* 9. Planta muſcoſa, & plumoſa, Guianenſis, major. *Breyn. Cent. pag.* 194. Muſcus Zeylanicus, terreſtris, clavatus, erectus, BADALWANASSA *Hermanni*: an Belam Patsja. *H. Malab. part.* 12. *Tab.* 39? apud *Moris hiſt. pl. part.* 3. *pag.* 624. *Sect.* 15. *Tab.* 5. *Fig.* 6. & *Ray. hiſt. tom.* 3. *pag.* 33. a *Dodart* ſequenti modo deſcribitur: Pedale & erectum eſt exemplar a *Cl. Hermanno* nobiscum communicatum, in varios ramuſculos divaricatum, qui rurſus in alios dividuntur; ad quorum ſingulam terminationem clava parva, ſublutea, quadrantem unciae longitudine non ſuperans, adnata eſt. Ita ut primi noſtri tantum ſit varietas, ac foliis craſſioribus, magisque congeſtis ab illo differat; ut ex allegatis Figuris facile conſtat.

LYSIMACHIA folio ſinuato, acuminato, trinervio, flore coeruleo, amplo, calice carinato, alato. *Nobis. Tab.* 67. Ciſtus Zeylanicus, folio conjugato, flore coeruleo, in umbellam poſito. *Herb. Hart.* huc ſpectat Ciſtus Chamaerhodendros, Mariana, Laurifolia, floribus expanſis, ſummo ramulo in umbellam plurimis. *Plukn. Mantiſſ. pag.* 49. & Ciſtus folio oblongo, integro, glabro, ſubtus albido, vaſculis trigonis. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 86. & *Hiſt. Jam. part. pag.* 18. *Tab.* 4. *Fig.* 1. quod eſt Hypericum, ſeu Androſaemum magnum, Canarienſe, ramoſum, copioſis floribus, fruticoſum. *Plukn. Phyt. Tab.* 302. *Fig.* 1. Noſtra planta caulem habet laevem, ſungoſum, cinereum, medulla albicante repletum, ſulcatum, quadrangularem, in quatuor, vel plura internodia diſtinctum. Folia huic ſunt oppoſita ad articulos, ovato-acuminata, glabra, ſinuata, utrinque integerrima, ſeſſilia, trinervia. Flores in ſummo ramorum gerit elegantes, coeruleos, expanſos, utcunque ſex; petiolis erectis, ſimplicibus, raro ramoſis inſidentes, qui calicem habent quinquefolium, foliis lanceolatis, cum carina in ſingulo folio alata; cujus petalum eſt unicum, rotatum, tubo, longitudine calicis, limbo quinquefido, amplo, laciniis, ovatis, patentibus.

Stamina ſunt quinque, erecta, petalo breviora; Piſtillum unicum, embryone ovato, ſtylo longitudine ſtaminum; ſtigmate capitato, incurvo. Fructus capſula eſt ovata, unilocularis, apice dehiſcens; hinc non eſt *Ciſtus*, cui florum petala quinque, caduca, & ſtamina multa; calix quidem quinquefolius, ſed in illo duae laciniae minores adſunt.

Lysimachia erecta, caule ter tripartito. *Nobis. Tab.* 63. *Fig.* 2. Lychnis Indica, Gentianae foliis, febrifuga, GIRITILLA Zeylonenſibus. *Petiv. Muſ. no.* 657. & *Act. Phil. Lond. vol.* 22. *num.* 264. *pl.* 21. Lyſimachia Indica, glabra, dentata, anguſtifolia, *Muſ. Zeyl. pag.* 57. Gentiana fugax, Zeylanica, radice fibroſa. *Amm. Char. pl. pag.* 404. Lychnis Gentianae foliis, Zeylanica, florum petalis mucronatis, capſula pyramidali. *ibidem.*
Humilis haec eſt planta, ex radice brevi, fibroſa, albicante proveniens, caule ſpithamali, erecto, tetragono, albido; in medio autem dividitur caulis in tres partes, ſingula pars iterum tripartitur, & adhuc tertia. Flores terminant caules, & ad eorum ortum, ut & ad divaricationem caulis oriuntur folia oppoſita, lanceolata, integra.
Flos hujus plantae componitur ex calice quinquefido, parvo, petalo quinquefido rotato, ſtaminibus quinque erectis; piſtillo unico, ſimplici, quod abit in capſulam pyramidalem, unilocularem, ſemina plurima continentem. Ex communicatione *Joh. Fred. Gronovii* hanc plantam exhibemus.

Lysimachia Zeylanica, caule quinquangulo, floribus incarnatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 65.

Lysimachia Zeylanica, pratenſis, flore galericulato, incarnato, radice crocea. *Muſ. Zeyl. pag.* 65. an *Caſſida?*

Lysimachia Indica, aquatica, glabra, flore flavo, ſiliqua anguloſa, ſtellata, DYANILLA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 66. Chamaenerii, ut videtur, haec ſpecies eſt.

Lysimachia Zeylanica, ſpinoſa, flore luteo, magno. *Hert. Catal. ſemin.*

Lysimachiae ſpecies, fructu Caryophylloideo, KIKIRINDIA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 17. Lyſimachia Indica, non pappoſa, repens, flore pentapetalo, fructu Caryophylloide. *Ray. hiſt. pag.* 1510.

&

& *Commel. Fl. Malab. pag.* 41. Nircarambu. *H. Malab. part.* 2. *pag.* 99. huc ſpectat Lyſimachia lutea, non pappoſa, erecta, minor, flore luteo, pentapetalo, fructu Caryophylloide. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 85. & *Hiſt. Jam. vol.* 1. *Tab.* 128. *Fig.* 2 & 3. Herba Vitiliginum Sajor-Parum. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 10. *cap.* 35. KIKIRINDIA Zeylonenſibus vocatur, id eſt ſucco ex viridi atreſcente donata. Vocatur quoque BRUNGA, MARKAKO ANGHARACO. HAEMARAGHO & KARARANGHINA in *Muſ. Zeyl. pag.* 17. ubi additur: Planta eſt humilis, ramoſa, fructu Caryophyllum aemulante. Frigida eſt herba in tertio gradu, inprimis oculorum medicina.

MALUS Indica, fructu pentagono, BLIMBI dicta. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1449. *Commel. Fl. Malab. pag.* 42. Mala acida. *Muſ. Zeyl. pag.* 19. Mala Malabarica, acida, oblonga, *Billinbing Bontii. ibidem. pag.* 54. ubi notatur. Icon *Bontii lib.* 6. *cap.* 42. non quadrat, nec fructus, quos iconi appoſuit, ideoque merito explodenda eſt figura. Prunum ſtellatum BLIMBING. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 1. *cap.* 30. ubi *cap.* 31. Blimbingium teres etiam depingit & deſcribit. ut & Blimbingium ſylveſtre, Blimbing Utan. in *lib.* 6. *cap.* 79. Blimbi *H. Malab. part.* 3. *Tab.* 45 & 46. Caranbola parva Indiae Orientalis. *Plukn. Mantiſſ. pag.* 36. Blimbi *Amman. H. Boſian. pag.* 6 & *Char. plant. pag.* 294. ubi haec habet: Eſt Malus Indica, fructu penta- vel hexagono, floribus pentapetalis, racematim caudici vel ramis lignoſis adhaerentibus, foliis pinnatis. BILLINGHAS & BILIN Zeylonenſibus in *Muſ. Zeyl.* ubi dicitur, quod fructus gerat teretes, oblongos, carnoſos, viridescentes, ſubſtantia Cucumeribus non diſſimiles, ſapore grato, acido. Semina continet plana, rotunda, depreſſa, ut fere *Cucumeris.* haec quoque eſt Arbor BILLINGHBINGH dicta. *Grimm. Labor. Ceyl. pag.* 110. ubi ſequenti modo deſcribitur. Pulcherrima eſt arbor; Fructus habet virides, angulatos & oblongos, qui ſuccum acidum continent. Creſcit ab infima parte ſtirpis usque ad apicem per omnes nodos & ramos modo mirabili, & jucundiſſimo. Succus iſtorum pulchrum nobis praebet Syrupum in morbis calidis, in febribus, in Hepatis, aut aliarum partium inflammationibus. Variis modis convenit in morbis bilioſis, ex quo & per Baln. Mariae aqua valde refrigerans poteſt deſtillari. Flores, qui rubicundi, aut violacei ſunt coloris, contra morbos ſupra dictos, immo adverſus alios plurimos affectus pulcherrimam ſuppeditant Conſervam.

Malus Indica, fructu parvo, rotundo, acido, striato. *Nobis.* Mala Zeylanica, parva, rotunda, acida, striata. *Musf. Zeyl. pag.* 55. Neli Pouli. *H. Malab. part.* 3. *Tab.* 47 & 48. ubi in notis Bilimbi altera minor vocatur. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 16. NELLI & NELLIKA. Zeylonensibus. *Tschirimelle* Lusitanis.

Malus Indica, foliis Sennae Occidentalis, fructu acido, flavo, pentagono, sulcato, floribus rubris. *Herb. Hert.* Malus Indica, fructu acido, flavo, pentagono, sulcato. *Musf. Zeyl. pag.* 19. Malus Indica, pomo anguloso, *Carambolas* dicta. *Ray. hist. pag.* 1449. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 42. Mala Goensin, fructu octangulari, pomi vulgaris magnitudine. *C. B. Pin. pag.* 433. sed errat *Casp. Bauhinus*, quum sint pentagoni fructus, ut recte jam monuit *Commel.* in notis ad *H. Malab. part.* 3. *Tab.* 43 & 44. ubi Tamara-Tonga vocatur. vide & *Plukn. Almag. pag.* 238. & in *Mantiss. pag.* 36. vocatur Carambola Malabarorum, Tamaratonga *H. Malab.* Carambolas *Acostae* apud *Clus. cap.* 47. *pag.* 286. & *Garziam ab Horto lib.* 2. *cap.* 15. & *Acost. cap.* 47. *in edit. Ital. pag.* 191. ejus figura exstat. & *Parkins Theat. pag.* 1637. & *Bontium lib.* 6. *cap.* 11. *Amman. Char. pl. pag.* 581. & *H. Bostan. pag.* 7. KAMARANGA Zeylonensibus, a *Ka* quod notat quodvis edule; & *Maranga* pessundare; creditur enim ab incolis hujus lignum secum gestatum, aut in cubiculo servatum, valere ad omnis generis venena, quae a veneficis struuntur: hinc & ex hac materia conficiunt vaginas, in quibus gladios & cultros, quos secum gestant semper, custodiunt. *Musf. Zeyl. pag.* 19. Arbor CARAMBOLOS dicta a *Grimm. in Labor. Ceyl. pag.* 111. vocatur. ubi sic describitur: Jucundissima est arbor; fructus ejus paulo majores sunt, quam illi, quos *Billinghbingh* nobis profert: oblongam habent formam, & angulosam, ut plurimum quinque angulorum, habent etiam in se liquorem subacidum, non tamen adeo jucundum, ut ipsa *Billinghbingh*, cum quo convenit viribus, & flores nobis etiam Conservam praebent &c.

Hujus figuram, nec ulteriorem descriptionem addimus, quum a variis jam bene descripta, & in *H. Malab.* ejus egregia insculpta est Figura, in omnibus nostrae plantae penitus conveniens; cujus descriptioni addo; quod hujus flores sint quinquefidi; calix quinquefolius, stamina decem, & pistilla tria.

MAL-

MALVINDA Ulmifolia, flosculis pusillis, muscosis constipatis. Nobis.

MALVINDA bicornis, Ballotes folio. *Dillen. H. Elth. pag.* 211. *Tab.* 171. *Fig.* 209. Alcea Zeylanica, foliis Althaeae, flore luteſcente, ſemine duplici ariſta donato. *Herb. Hert.* Alcea Indica, molli, & hirſuto, ſeu lanuginoſo folio, ſeminibus duplici, & nonnunquam triplici ariſta donatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 2. Althaea Indica, Carpini foliis, flore luteo, ſeminibus duplici roſtro donatis. *ibidem. pag.* 69. Althaea Maderasp. ſubrotundo folio, molli & hirſuto, multipilis, ſive ſeminibus ad apicem crinitis. *Plukn. Phyt. Tab.* 131. *Fig.* 2. Katu-Uren *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 54. quae eſt Malva minor, erecta, Betonicae folio, flore luteo, ſemine duplici roſtro, ſeu aculeo praedito. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 96.

KAPUAEPALA & KAESURUBAEWILA Zeylonenſibus. Planta, quam ex *Herb. Hart.* ſervo, multo rotundiora habet folia, quam illa *H. Elth.* quae optime & accuratiſſime juxta vivam depicta eſt, & differunt forte per locum natalem varium. *Plukenetii* vero, quae ad ſiccam eſt inſculpta, cum noſtra, quae in Zeylona crevit, maxime convenit, unde & ejus Figuram non damus, nec etiam deſcriptionem, quum in *H. Malab.* accurate ſatis ſit deſcripta. *Tournefortius* has ad *Malvas* retinuit, vocaturque ab eo Malva Ulmifolia, ſemine cum gemino roſtro. *in Inſt. pag.* 69. quam jungit cum Alcea Virginiana, Carpini folio, floſculis minimis luteis, ſemine duplici roſtro, ſeu aculeo praedito. *Moriſ. Hiſt. Oxon. part.* 2. *pag.* 518.

MALVINDA Ulmifolia, floſculis puſillis, muſcoſis, conſtipatis. *Nobis. Tab.* 68. Malva Ulmifolia, ſemine cum gemino roſtro, floribus racemoſis. *Tournef. inſt. pag.* 96. Alcea Zeylanica, Carpini folio, floſculis faſciculatim congeſtis. *H. L. Bat. pag.* 13. quam vide ſupra ad *Alceam pag.* 10. Althaea folio viridi, floſculis parvis, muſcoſis, racematim denſe ſtipatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 31. Anoda Zeylanica, Althaeae ſimilis, flore luteo. *Herb. Hertog.* juxta cujus exemplar Figuram exhibuimus. huc & pertinet Abutilon fruticoſum, foliis ſubrotundis, ſerratis, floribus albis, pentapetalis, ad alas foliorum conglomeratis. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag* 97.

Caule adſurgit haec planta lignoſo, villoſo, villis hiſce abraſis, purpuraſcente; folia gerens mollia, ſubhirſuta, viridia, oblonga, in ambitu crenata, alterna, pediculis firmis, itidem lignoſis, lanuginoſisque innixa, ad quorum alas erigitur caulis tenuis, ſimplex, longus,

qui flores gerit in medio & ad ſummum collectos, arcte quaſi conſtipatos; ad florum autem nodos oritur ſemper folium, in medio caulis majus, in ſummo minimum, maxime villoſum. Nodus talis florifer conſtat ex plurimis floſculis ſibi mutuo arcte junctis, propriis tamen caliculis & pediculis inſidentibus, inter quos villi albicantes inſtar Muſci ſunt diſperſi; floſculi autem ſunt monopetali, pentapetaloides, patentes, calice ſimplici, quinquefido inſtructi, fulvi aut lutei coloris. Ulteriorem hujus generis characterem vide apud *Linnaeum char. pl. gen. pag.* 205. ad SIDAM; qui novum hocce nomen huic generi impoſuit.

Malvinda ſtellata, Alnifolia. *Dillen. H. Elth. pag.* 215. *Tab.* 172. *Fig.* 211. ubi elegantem vide Figuram, & varia ſynonyma ſummo cum judicio collecta. Malva Indica, folio cordiformi. *Tournef. inſt. pag.* 96. Alcea Zeylanica, folio latiore cordiformi. *H. L. Bat. pag.* 12. & *Ray. hiſt. pl. pag.* 1873. Malva Indica, fruteſcens, folio cordato. *Par. Bat. Pr. pag.* 350. Althaea Indica, latiore folio, cordiformi, ad ſummum ſinuato. *Plukn. Phyt. Tab.* 9. *Fig.* 2. &c.

Malvinda altiſſima, Betonicae folio, floribus ad genicula gemellis. *Nobis. Tab.* 69. *Fig.* 1. Alcea Indica, alta, ramoſa, foliis floribusque minimis. *Muſ. Zeyl. pag.* 40. Althaea Indica, alta, ramoſa, foliis floribusque puſillis. *Herb. Herm.* huc pertinet Althaea ſpicata, Betonicae folio villoſo, ſpica breviore & laxa. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 97. & *Hiſt. Jam. vol.* 1. *pag.* 44. *Tab.* 14. *Fig.* 3.
Alta haec admodum & ramoſa eſt planta, caules habens obſcure purpuraſcentes, glabros, rotundos, quibus folia adcreſcunt alterna, hirſuta, ſubrotunda, ſerrata, latiore baſi in acutum apicem deſinentia, Betonicae forma, e quorum alis, cum appendicibus binis foliaceis eriguntur bini, longi, pediculi hirſuti, quorum ſuperior duobus tribusve foliolis ut plurimum ornatur, ad quorum ſummum ſuſtinetur floſculus, calice magno, profunde diſſecto contentus, pentapetalus, coloris lutei, tubo longo, & multis ſtaminibus inſtructus, floſculo deciduo, vaſcula ſeminalia in calice reconduntur membranacea, continentia quinque ſemina convexa, anguloſa, nigricantia.

Malvinda foliis inferioribus multifidis, ſuperioribus inciſis, flore ſolitario. *Nobis. Tab.* 69. *Fig.* 2. Alcea floribus roſeis, parvis, fructu lappaceo,

Fig. Urena sinuata L.

Fig. 2.

MALVINDA foliis inferioribus multifidis, superioribus incisis, flore solitario. Nobis.

Fig. 1.

MALVINDA altissima, Betonicae folio; floribus ad genicula gemellis. Nobis.

Cerbera Manghas 2. Ocymum tenuiflorum.

Fig. 1.

Fig. 2.

MANGHAS lacteſcens, foliis Nerii craſsis, venosis, Jasmini flore, fructu Perſicae ſimili venenato. Nobis.

MENTHA Zeylanica, pusilla, angustiſsimo folio dentato. Nobis.

paceo, quinquepartito, foliis profunde laciniatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 63. Althaea Zeylanica, erecta, foliis undulatis, flore purpureo, ſeminum capſula ſpinis horrida. *Herb. Hert.* Alcea Indica, fruteſcens, foliis in lacinias varie diſſectis. *Plukn. Phyt. Tab.* 74. *Fig.* 1. KADHUPARA Zeylonenſibus.

Adſurgit elegans haec planta caule lignoſo, rotundo, viridi, villis laeviter obſeſſo, folia gerens alterna, mollia, lanuginoſa, ſuperiore parte viridia, inferiore incana, varie diſſecta, Quercus folia in diviſione aemulantia: quo magis ad inferiora tendunt, eo latiora, & ibi maxime laciniata, ad ſuperiora ſenſim anguſtiora & laevibus laciniis tantum inſculpta, in ſuprema vero plantae parte ſunt minima. Ex alis autem foliorum erigitur pediculus brevis, cui inſidet flos ſolitarius, calice multifido, & varie diſſecto (qui in *Pluknetii Figura* ſine flore expreſſus conſpicitur) contentus, monopetalus, pentapetaloides, profunde, & ad unguem usque diſſectus, e cujus medio erigitur ſtylus craſſus, in medio circiter ſuo ſtaminibus plurimis teſticulos ſeu apices habentibus ornatus, qui ſtylus ſeu tubus eſt placenta, cui in orbem accreſcunt ſiliculae quinae, triangulares, ſpinulis obſeſſae, & horridae, intus vero glaberrimae, quae ſingulae continent ſemen albicans, triangulare, lata baſi in conum acutum aſſurgens. ad URAENAM *Dillenii* haec proxime accedit & pertinet, cujus & aliam ſpeciem vide ſupra citatam ad ALCEAM *pag.* 9. huic proxime convenientem. Character autem hujus generis apud mox citatum auctorem invenitur in *Hort. Elth. pag.* 430. & *Linnaeum in char. gen. pl. pag.* 204.

MALWAETHAKEGYA *Muſ. Zeyl. pag.* 69. dicitur a *Mal* quod fructus notat & *Waetha* quod cujuscunque generis lignum notat, ad ſepes conficiendas idoneum: additur autem vox *Mal* quod & alia hujus arboris ſpecies inveniatur, nullos producens fructus, ut notatur in *Muſ. Zeyl. loco citato.*

MANGHAS lacteſcens, foliis Nerii craſſis, venoſis; Jasmini flore, fructu Perſicae ſimili, venenato. *Nobis. Tab.* 70. *Fig.* 1. Manghas ſylveſtris, lacteſcens, fructu venenato. *Muſ. Zeyl. pag.* 49. Arbor exitioſa, lacteſcens, fructu Aurantii colore, bipartito, flore Jasmini albo, *Manghas* ſylveſtris. *Muſ. Zeyl. pag.* 32. Manghas ſylveſtris, pudendis vaccarum ſimilis. *ibidem. pag.* 68. Manghas ſylveſtris, lacteſcens, venenata, Jasmini flore & odore. *Par. Bat. Pr. pag.* 351. *Plukn. Almag.*

mag. pag. 241. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 43. Manghas bravas Luſitanis & *Acoſtae pag.* 241. Manghas fructu venenato *C. B. P. pag.* 440. Mangha fructu venenato, oſſiculo cordiformi; nucleo gemino. *Ray. hiſt. pag.* 1552. quae eſt arbor lactaria, Manga Brava. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 3. *cap.* 38. ſed ubi fructus duo ſibi invicem oppoſiti Olivaeformes depicti ſunt; unde & forte diverſae ſunt ſpecies.

Noſtra porro convenit cum Odallam *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 39. quae in *notis pag.* 72. vocatur Perſicae ſimilis, anguſtifolia, oſſe cordis humani figura, binos nucleos continente. Tavaracare Malab. flore albo, folio Nerii latiore. *Petiv. Gazoph. nat. & art. Tab.* 16. *Fig.* 4. quae & eſt Mangoe arbor *Joh. Freyeri itin. per Indiam Orient. edit. Belg. pag.* 180. ubi & ejus Figurae inveniuntur. GHONKADURU Zeylonenſibus. hoc eſt boum venenum. *Ghona* enim vacca. *Kaduru* venenum eſt: Fructus quoque referunt quodammodo pudenda vaccarum, ut notatur in *Muſ. Zeyl. pag.* 49.

Arbor haec in varios ramos diviſa, folia gerit Nerii lanceolata, utrinque obtuſa, margine integro, craſſa, coſta in latere inferiore erecta, elevata cum venulis ſimplicibus, pinnatim ad angulum rectum exeuntibus. Folia ſupra ſunt laevia, & transverſaliter ſecundum venas ſulcata. Ex diviſuris caulis prodit laevis racemus, continens flores erectos, quorum calix eſt quinquefidus, petalum unicum, infundibuliforme, exacte Jasmini quinquefidum, ſtamina quinque: deciduo flore ſuccedit fructus magnus, rotundus, a latere ſulcatus, continens ſemina duo, oſſea, ovata: adeoque maxime cum *Jasmino* convenit, exceptis ſtaminibus. Lacte turgens eſt tota planta & cauſtica, quo cum *Apocynis*, ut & cum flore quadrat; ſi autem illud lac legitime ſit praeparatum, purgat ἄνω & κάτω, unde in Hydropicis ſaepe ſummi uſus poteſt eſſe. Per communicationem *Joh. Fred. Gronovii* hanc plantam inſculpendam curavimus.

MANGHAS marina, ſylveſtris, fructu venenato MUDUKADHURU Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 59 & 66. an Mangha ſylveſtris, Indiae Orientalis. *Plukn. Phyt. Tab.* 203. *Fig.* 7? & *Almag. pag.* 241. &c. MUDUKADHURU vocatur. a *Mudu* quod mare, & *Kadhuru* quod venenum denotat.

MANGIFERA arbor. *Muſ. Zeyl. pag.* 59 & 66. Arbor Mangifera *Bontii lib.* 6. *cap.* 5. *pag.* 95. Mao ſeu Mau, vel Manghas. *H. Malab. part.*

1 Ballota disticha.

Fig. 2.

MOLLUGO Zeylanica, angustifolia, flore albo. sylvestris, Herb. Hart.

Fig. 1.

MARRUBIUM odoratissimum, Betonicae folio. Nobis.

part. 4. *Tab.* 1 & 2. Manga Indica, fructu magno reniformi. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1550. ubi reliqua vide ſynonyma & in *Commel. Fl. Malab. pag.* 43. & infra ad *Perſicam.* Mangas ab *Acoſta* quoque deſcribitur. edit *Ital. pag.* 240. & apud *Cluſ. cap.* 43. & a *Cluſ. in exot. lib.* 2. *cap.* 9. *Rumphius in herbar. Ambon. lib.* 1. *cap.* 21. habet Mangam domeſticam, ubi & quinque alias deſcribit & depingit ſpecies, & *cap.* 38. delineat *Mangaſtomam.* noſtra AMWAGHAHA Zeylonenſibus dicitur.

MARRUBIUM odoratiſſimum, Betonicae folio. *Nobis. Tab.* 71. *Fig.* 1. Marrubium Zeylanicum, odoratum, Nepethae facie, folio Lamii Pannonici. *Muſ. Zeyl. pag.* 30. Planta ſpicata, hirſuta, Menthae tuberoſae facie. *ibidem. pag.* 25. Marrubium Zeylanicum, odoratum. *Herb. Herm.* Stachys Zeylanica, major, Betonicae folio, flore purpuraſcente. *Herb. Hart.* Stachys Indica, procerior, Betonicae folio, noſtras. *Plukn. Almag. pag.* 357. & *Ray. hiſt. pag.* 1872. ubi vide reliqua. Marrubium JACKWANASSA Zeylonenſibus. *Grimm. Labor. Ceyl. pag.* 129. ubi haec habet: Odore atque ſapore caetera nobis cognita ſuperat. Oleum ſubtile, ſimul & aquam nobis exhibet, quae praeſtantiſſima ſunt in morbis matricis ex obſtructionibus contingentibus. Ex eodem Syrupum extrahimus ad eosdem affectus, & ad morbos ſtomachicos. in *Muſ. Zeyl. pag.* 30. De origine vocis JAKWANASSA dicitur, quod derivetur a *Jak* quod daemonem ſignificat; Cinghali enim hujus plantae fumo daemonem poſſe expelli ſuperſtitioſe contendunt. *Wanaſſa* fumum ſeu ſuffimigium notat.
Caulis hujus plantae eſt rectus, altus, quadragonus; folia oppoſita, petiolis biuncialibus, vel longioribus inſidentia, cordato oblonga, per marginem profunde crenata, inferiora majora, ſuperiora parva, & fere ſeſſilia, mollia, inferne maxime incana. Verſus ſummitatem caulis flores plurimi caulem amplectuntur, verticillos parum remotos conſtituunt, ſingulo verticillo ad baſin foliorum pari ſeſſili inſtructo: ex alis inferiorum foliorum prodeunt ſecundum aetatem ramuli, ramo ſimplici primo ſimiles, ſed minores, tota planta pubeſcit. Florum calix eſt tubulatus, oblongus, ſemiquinquefidus, rigidus, perſiſtens, ſemina condens quatuor, parva, glabra, reniformia, depreſſa, nitida.

MATRICARIA flore pleno, magno. *Muſ. Zeyl. pag.* 33. Matricaria Zeylanica, hortenſis, flore pleno, D. SCHERARD apud *Ray. tom.* 3.

pag. 224. Matricaria Maderasp. flore pleno, flaveſcente. *Petiv. Muſ. no.* 786. Matricaria Indica, latiore folio, flore pleno. *Bobart. hiſt. Oxon. tom.* 3. *pag.* 33. Tsjetti-Pu *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 44. Matricaria Sinenſis, Serrine. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 8. *cap.* 53. ubi cum Tsjetti-Pu. *H. Malab.* jungitur. quae a *Commel. in not.* Matricaria Indica, latiore folio, flore pleno vocatur. Vide & ejus *Fl. Malab. pag.* 44.

MEDICAGO Zeylanica, trifolia, arboreſcens, flore albo. *Herb. Hart.* quae convenit cum *Hedyſaro* ſuperius *Tab.* 51. a *nobis* exhibito.

MELASTOMA ſcabra, trinervia. *Nobis. Tab.* 72. Ciſtus Indicus, trinervius, anguſtifolius, flore roſeo, ſeminibus pulpa nigra incluſis. *Muſ. Zeyl. pag.* 36. Ciſtus Zeylanicus, Laurinis foliis, flore purpureo. *Herb. Hart.*

Caulis hujus fruticis eſt durus & ſcaber, tetragonus, cinereus, ſimiles minores, binos oppoſitos emittens ramulos, ad quorum ortum bina folia oblonga, majora, quam in minoribus ramis, proveniunt, quae ſunt dura, ſcabra, trinervia, ſuperius obſcure virentia, inferius pallidiora, brevibus innixa pediculis. In ſummo ramorum flores ſuſtinentur, qui in medio caulis ſolitarius erigitur, in lateralibus quatuor, quinque vel plures proveniunt. Flores hi ſunt ampli, roſacei, pentapetali, purpurei, ſtaminibus decem, magnis, nigricantibus, recurvis, & piſtillo tenui, erecto conſtantes, calice magno, ſcabro & hirſuto, ſemiquinquefido contenti. Poſt quos fructus ſequuntur rotundi, glabri, in quinque loculamenta diviſi, pulpa nigra referti, in qua ſemina plurima, minima, ſubrotunda collocantur. Generis hujus novi character exacte recenſetur a *Linnaeo in char. pl. gen. pag.* 127.

MELASTOMA quinquenervia, minor, capitulis villoſis. *Nobis.* Ciſtus Indicus, quinquenervius, capitulis villoſis, pulpa nigra refertis, minor. *Muſ. Zeyl. pag.* 14. Ciſtus Indicus, quinquenervius, folio ſcabro, & hirſuto, flore rubro, capitulis ſericeis, villoſis, pulpa nigra refertis, minor, Katou-Kadel *H. Malab. Amm. Char. pl. pag.* 439. Katou-Kadali *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 43. Baccifera Indica, fructu umbilicato, quinque-capſulari, polyſpermo, floribus minoribus, fructus cortice aſpero. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1493. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 12. qui cum Ciſto Indico majore, MAHABOTHYA dicto, hanc conjungit. ubi vide reliqua. huc ſpectat Groſſulariae fructu, non ſpinoſa Malabathri

Melastoma aspera L. Seu Melastoma octandria L.



MELASTOMA scabra trinervia Nobis.

Melastoma Malabatrica L.



MELASTOMA quinquenervia, hirta, major capitulis ſericeis, villoſis Nobis.

thri foliis, ſubtus niveis, fructu racemoſo in Umbellae modum diſpoſito. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 165. & *Hiſt. vol.* 2. *Tab.* 198. *Fig.* 1. ubi & alias habet ſpecies. HINBOTHYA Zeylonenſibus noſtra vocatur. id eſt *Bowithya* parvum. *Bowithya* autem dicitur illud, quod apertum eſt, fructus enim maturi dehiſcunt, quorum pulpa uſurpatur ad Linguae vitia, quando ſcilicet dehiſcit, inflammatur, & quaſi decorticatur; ut notatur in *Muſ. Zeyl.*

MELASTOMA quinquenervia, hirta, major, capitulis ſericeis, villoſis. *Nobis. Tab.* 73. Ciſtus Indicus, quinquenervius, capitulis ſericeis, pulpa nigra refertis, major. *Muſ. Zeyl. pag.* 10. Ciſtus Indicus, quinquenervius, folio hirto, ac ſcabro, floribus roſeis amplis, capitulis ſericeis, villoſis, pulpa nigra refertis, major. *Herb. Herm.* & *Commel. Fl. Malab. pag.* 20. ut & in notis ad *H. Malab. part.* 4. *pag.* 91. ubi pro Katou-Kadali *Tab.* 43. expreſſa habetur; ſed quanquam noſtra planta eadem ſit illi, quae ibi in notis juxta *Herb. Hermanni* citetur, cum Kadali tamen *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 42. magis convenit, ut plantarum comparatio cum Figuris abunde docet, pro quo etiam a *Petiv.* habetur, & vocatur Kadali Madraspatana, pentaneuros, foliis eleganter hirtis, in *Herbar. ſuo*, cujus exemplar ſervo ab ipſo collectum, & hoc nomine ejus manu adſcriptum, quod in omnibus plantae *Herbar. Hermanni* convenit. quae porro vocatur Ciſtus Indicus, quinquenervius, folio ſcabro, flore rubro, capitulis ſericeis, pulpa nigra refertis, latifolius, ſive major, Kadali *H. Malab. Amm. Char. pl. pag.* 437. & Baccifera Indica, fructu umbilicato, quinque-capſulari, polyſpermo. *Ray. hiſt. pag.* 1493. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 12. Ciſtus Chamaerhodendros, ſeu Ledum Orientale pentaneuros, foliis breviori bus, ferruginea & molli lanugine villoſis &c. *Plukn. Almag. pag.* 106. & in *Mantiſſ. pag.* 49. vocatur Ciſtus pulpifer Indicus *Hermanni.* quae in *Phytogr. Tab.* 161. *Fig.* 2. exprimitur, ubi heptaneuros &c. dicitur. & eſt Datura Indica, foliis Malabathri. *Breyn. Cent. pag.* 119. ac Stramonia, ſeu Datura Ciſtoides, fruteſcens, hirſuta, major, Indica. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 97. cum qua convenit Groſſulariae fructu non ſpinoſa, Malabathri foliis, longa & ruſſa lanugine hirſutis, fructu majore coeruleo. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 165. & *Hiſt. Jam. vol.* 2. *Tab.* 107. *Fig.* 2. BOTHYA, & MAHABOTHYA, ſeu majus Zeylonenſibus dicitur; & *Bocca preto* Luſitanis, hoc eſt os nigrum, quia

pueri comedendo hujus pulpam os denigrant. unde & nomen huic generi indimus MELASTOMA, id eſt μέλας nigrum & στόμα os. quum peculiaris, & novi ſint generis hae plantae.
Frutex hic gerit caules quadrangulares ruffeſcentes, tuberculis ruffis undique obſeſſos, ut in Ficoide caule glaciato, licet hic ſplendeat, fere obtinet. E caule hoc rami varii proveniunt majoribus ramis ſimillimi, bini ſemper oppoſiti, ſenſim ad ſummum minores, qui folia gerunt ſemper bina oppoſita, oblonga, tribus majoribus nervis in medio, binis minoribus in ambitu donata, qui ſaepe per ſcabritiem, & hirſutiem elegantiſſimam in ſuprema folii parte non apparent, ubi illud etiam obſcure viret, & ſetis ſeu pilis recurvis certo & eleganti quaſi ordine diſpoſitis hirſutum eſt; ab inferiore ejus parte pallide viret & ſcabrum eſt, ſetis caeterum deſtitutum, unde & quinque illi nervi pulchre ibi conſpici poſſunt. Flores porro in ſummitate ramorum proveniunt elegantes roſacei, ampli, pentapetali, purpurei, calicibus magnis, hirtis & ſcabris ſemiquinquefidis contenti, ſtamina habentes decem, magna, recurva, nigricantia, & piſtillum unicum, erectum; poſt quos capitula ſericea, villoſa, qui fructus ſunt rotundi, quinquefidi, pulpa nigra & ſeminibus plurimis referti, ſequuntur. Ulteriorem accuratam deſcriptionem vide in *H. Malab. part.* 4. *pag.* 87. quae accuratior eſt & plantae noſtrae magis convenit, quam Figura ibi expreſſa, quae glaberrima ibi depicta eſt, quum tota ſit ſcabra, & hirſuta, quod vitium ſaepius in *H. Malab.* obſervavi.

An MELO ſeu PEPO Zeylanicus, KEKIRYA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 69? qui forte Melo Indicus *Cluſii lib.* 2. *exot. cap.* 20.

MELOCHIA Corchori folio. *Dillen. H. Elth. pag.* 221. *Tab.* 176. *Fig.* 217. Ketmia lucida, Melochiae folio. *Joh. Phil. Breyn. ibidem.* & Alcea Zeylanica, flore rubello. *ibidem.* Alcea Indica, minor, floſculis luteis, parvis, faſciculatis, Melochiae folio, HINGHALKURA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 43. &c.

MELOCHIA Indica, major, floſculis luteis, parvis, faſciculatis. *Nobis.* Althaea Indica, major, Melochiae folio, floſculis luteis, parvis, faſciculatis. MAHAGHALKURA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 42. Althaea forte Maderasp. Melochiae foliis, floribus ex alis foliorum, pediculo curto. *Plukn. Phyt. Tab.* 240. *Fig.* 5. GHALKURA & MA-

HA-

HAGHALKURA dicitur a *Maha* quod majorem & *Ghal* quod petram notat. hujus generis characterem habet *Linnaeus in char. pl. gen. pag.* 203.

MELILOTUS Indica, hortenſis, ſativa, floribus odoratis, albis. *Muſ. Zeyl. pag.* 64. Melilotus Indica, humilis erecta, floribus exiguis, odoratis, albis, pericarpiis majoribus, ſpicatim denſius ſtipatis. *Plukn. Phyt. Tab.* 45. *Fig.* 5. Melilotus Indiae Orientalis *Parkins.* apud *Ray. hiſt. pl. pag.* 953. Swendadi-Pullu *H. Malab. part.* 9. *Tab.* 40. ubi a *Commel. in notis* Meliloto vulgari flore albo accedens, ſi non eadem, vocatur. vide & *Fl. Malab. pag.* 44.

MELONGENA fructu oblongo. *Tournef. inſt. pag.* 151. Solanum pomiferum, fructu oblongo. *C. B. P. pag.* 167. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 63. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 108. & *Hiſt. vol.* 1. *pag.* 237. Solani ſpecies Fockii Fockii dicta. *Bontii lib.* 6. *cap.* 35. *pag.* 123. & *Muſ. Zeyl. pag.* 37. Mala inſana haec a *Dodon in pempt. pag.* 458. vocantur. & Melanzana in *H. Eyſt. aut. Ord.* 1. *Fig.* 1. *Fol.* 3. Nila Barudena *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 74. ubi vide notas & Trongum hortenſe. Trong. *Rumph. Herb. Amboin. lib.* 8. *cap* 46.

MENTHA Zeylanica, camphorata, hirſuta; rectius forſan Polium Zeyl. hirſutum, quadrifolium, camphoratum. *Muſ. Zeyl. pag.* 1. Mentha Zeylanica, camphorata, triphylla, & tetraphylla, GHONACOLLA Zeylonenſibus D. *Herman* apud *Ray. hiſt. pl. part.* 3. *pag.* 284. Mentha Zeylanica, camphorata, fere trifoliata *Petiv. hort. ſicc.* apud *Ray. lib.* 3. *append. pag.* 246. *no.* 22. Mentha Zeylanica, aquatica, hirſuta, ramoſa, odore gravi. *Muſ. Zeyl. pag.* 57. Mentha GHONAKOLLA dicta *Grimm. Labor. Ceyl. pag.* 129. qui dicit: Subtilem atque Camphoreum poſſidet odorem, pariterque clariſſimum eſt medicamentum pro Stomacho, Capite, Matrice. Subtile & jucundum nobis praebet Oleum per deſtill. immo & aquam iisdem uſibus inſervientem. GHONAKOLA autem dicitur a *Ghona* quod cervum, & *Kola* quod folium notat. his enim cervi dicuntur veſci: ut notatur in *Muſ. Zeyl.* Sequenti modo apud *Ray.* deſcribitur: Caule exſurgit firmo, quadrato, ramoſo, foliis ad intervalla binis, non raro etiam ternis vel quaternis cincto; anguſtis, oblongis, acutis circa marginem argute denticulatis. Flores ſpicatim coagmentati in ſummis caulibus & ramulis, ſpicis Dipſaci aut Betonicae capitibus figura ſimilibus,

ſed multo minoribus; unde proxime noſtrae expreſſae plantae convenit, quae apud *Ray.* anguſtiſſimo dentato folio denominatur.

MENTHA Zeylanica, Conyzoides, odorata. *Muſ. Zeyl. pag.* 51. an Mentha criſpa, Cheriro Sulaſſi Kitſyl, *Rumph. Herb. Amboin. lib.* 8. *cap.* 58?

MENTHA Indica, repens, hortenſis, craſſa, acris, odore ac ſapore fragrantiſſimo. KAPARAWALLI Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 62.

MENTHA Zeylanica, aquatica, inodora, latifolia; *Muſ. Zeyl. pag.* 35. Planta Zeylanica Menthae aquaticae in inſula Zeylon naſcentis, ut videtur, ſpecies. *Ray. tom.* 3. *Dendr. pag.* 134. ubi additur: In ſurditate ſingulare & ſpecificum remedium eſſe perhibetur, multis experimentis comprobatum.

MENTHA Zeylanica, ſpicata, puſilla, anguſtiſſimo folio, dentato. *Nobis. Tab.* 70. *Fig.* 2. Mentha Zeylanica, anguſtiſſimo folio, dentato. D. *Hermans* apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 284. Veronica Zeylanica, minima, flore rubello. *Herb. Hart.*
Vera haec Menthae eſt ſpecies; Cujus calix eſt minimus, ſubrotundus, ore quinquedentato, duobus dentibus latioribus: Flores ac ſemina ut reliquae menthae, perficiens. E radice tenui, lignoſa, breviſſima oritur caulis brevis, qui ramos laterales ſe ipſo longiores undique ſpargit, triunciales, ſingulus caulis terminatur ſpica verticillatim diviſa, conſtans floribus minutiſſimis, rubellis, folia ad caules ſunt oppoſita, oblonga, hirſuta, ſerrata, ſeu denticulata, quae nunc bina, nunc quatuor ſimul ex eodem centro proveniunt.
Generis hujus character invenitur apud *Linnaeum in char. plant. gen. pag.* 172.

METHONICA glorioſa, foliis capreolatis, floribus fimbriatis, reflexis. *Nobis.* Methonica Malabarorum. *H. L. B. App. pag.* 688. ubi icon & deſcr. Lilium ſuperbum *Methonica* Malabar. *Muſ. Zeyl. pag.* 28. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1915. Lilium Zeylanicum ſuperbum *H. Amſt. part.* 1. *pag.* 69. *Plukn. Phyt. Tab.* 116. *Fig.* 3. Lilium Zeylanicum ſuperbum, radice tuberoſa, florum petalis coccineis, fimbriatim reflexis. NYAGHALA Zingalenſibus. *Amm. H. Boſ. pag.* 19. vide & *Amm. Char. pl. pag.* 521. ad Paeoniam. Paeonia Zeylanica, ſuperba, florum petalis

Grewia Micrococos. Lai.

MICROCOCOS *foliis alternis, oblongis, acuminatis. Nobis.*

talis fimbriatis, fulgenti cocco ſplendentibus, foliis capreolatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 34. Paeonia Zeylanica, capreolata, ſuperba, floribus fulgenti cocco ſplendentibus, fimbriatis. *Herb. Herm.* ubi additur: Luſitani inter Lilia volunt referri, ſed perperam, ſemina enim cum Paeonia conveniunt tum forma, tum & virtute. Mendoni *H. Malab. part.* 7. *Tab.* 57. Methonica Malabarorum, Nienghala Zeylonenſium, Lilium Zeylanicum ſuperbum vulgo Hermanni. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1915. *Plukn. Almag. pag.* 249. *Petiv. act. Phil. Lond. vol.* 22. *no.* 271. *pl.* 155. Lilium Zeylanicum, ſeminibus ad Paeoniam accedentibus. *Plukn. Mantiſſ. pag.* 130. ubi dicitur: Male ad Paeonias refertur, nam non eſt multiſiliqua, ſed tricapſularis, hexapetalos; & quod apud Malab. radix pro antidoto habeatur: quum ab aliis pro ſummo, atrociſſimo veneno habeatur. NAJAJALA, NYAGHALA & NIENGHALA Zeylonenſibus. Notam hujus character. dederunt *Dillen. in nov. pl. gen. pag.* 158. & *Linnaeus in char. pl. gen. pag.* 93. ad GLORIOSAM.

MICROCOS foliis alternis, oblongis, acuminatis. *Nobis. Tab.* 74. KOKUKIRILLA *Herb. Herman.* & *Muſ. Zeyl. pag.* 10. communiter dicitur *Kocurille de Kleine Cocos* Belgis *ibidem.* Confer cum hac Figuram *Pluknet. Tab.* 262. *Fig.* 3. quae huic eadem videtur. An Catutekka hujus ſpecies, quae invenitur in *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 28. Sed quae foliis eſt oppoſitis, fructu minimo.
Gaudet haec arbuſcula foliis oblongis, acuminatis, in acutum apicem deſinentibus, glabris, venoſis, obſcure virentibus, alternatim cauli breviſſimis pediculis adfixis, ad quorum inſertionem ſquamma una, alterave inſtar gemmae apparet; caulis ſcaber eſt rotundus, nigricans, in ſummo flores producens plurimos in thyrſum collectos, qui conſtant calice communi, ſeptifolio, duos vel tres continente flores, quorum petala ſunt quinque, oblonga, decidua, ſtamina plurima, capillacea, apicibus ſubrotundis. Piſtillum unicum, ſimplex habentes, quod abit in fructum ſubrotundum, COCUM *Hermanno* vocatum, qui in exemplari noſtro deſideratur.

MILIUM Indicum ſemine fuſco, juba larga. *Muſ Zeyl. pag.* 44. Milium Indicum, arundinaceo caule, ſemine fuſco, glumis ſplendentibus, atris. *Plukn. Almag. pag.* 250. Milium Indicum, arundinaceo caule, granis flaveſcentibus. *H. L. Bat. pag.* 425. & *Sloan. Cat. pl. Jam.*

Jam. pag. 25. ubi plurima vide ſynonyma, & *Hiſt. Jam. vol.* 1. *pag.* 104. KAURINGHU Zeylonenſibus.

Milium Zeylanicum, fuſcum, parvum, MUNAMU Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 45.

Milium Zeylanicum, minimum, GHAETANA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 45.

Milium gramineum, minimum, BADHAMU Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 45.

Milium Zeylanicum minus, MENERI Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 66. hujus generis characterem vide apud *Linnaeum in Char. pl. gen. pag.* 17.

Mimosa herba Zeylanica, aquatica, ſiliquis compreſſis, articulatis, hiſpidis, atris, an Anonymos *Garziae* & Æſchynomene *Apollodori*? *Muſ. Zeyl. pag.* 18. Herba mimoſa, Zeylanica, ſiliquis compreſſis, hiſpidis, articulatis, major, Æſchynomene *Theophraſti. ibidem. pag.* 41. Æſchynomenes apud *Theophr.* occurrit *lib.* 4. *cap.* 3. vide & *Cluſ. in exot. pag.* 293. ad ANONYMUM. MAHADYAHYAMBALA, & MAHA-PINAWAKA Zeylonenſibus, id eſt magna *Pinawaka.* vide ſupra ad *Hedyſarum pag.* 119.

Mimosa herba, Zeylanica, ſiliquis compreſſis, hiſpidis, articulatis, minor. *Muſ. Zeyl pag.* 40 Æſchynomene mitis, ſecunda, vel potius herba caſta, Zeylanica, ſiliquis latis, compreſſis, minoribus. *Breyn. Cent. pag.* 47. *Ray. hiſt. pag.* 981. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 2. Mimoſa Orientalis, non ſpinoſa, rarioribus ramis, floribus ſpicatis? *Plukn. Phyt. Tab.* 307. *Fig.* 4. Niti-Todda-Vaddi. *H. Malab. Part.* 9. *Tab.* 20. HINDYAHYABALA Zeylonenſibus, quod pronunciatur *Hidyahaembala.*

Mimosa herba, Zeylanica, foliis & ſiliquis anguſtis, glabris. *Muſ. Zeyl. pag.* 18. Herba viva Zeylanica, ſiliquis longis, anguſtis, glabris; quae DYAHYABALAE ſpecies *ibidem. pag.* 48.

Mimosa herba Zeylanica, ſiliquis anguſtis, glabris media. *Muſ. Zeyl. pag.* 66. huc ſpectat Mimoſa Americana, pigra, ſiliquis longis anguſtis,

ſti, Allium olentibus. *Plukn. Almag. pag.* 252. & *Phyt. Tab.* 307. *Fig.* 3. an potius *Hedyſari* habendae ſunt ſpecies?

MIMOSA Zeylanica, ſiliculis articulatis, tenerrimis, glabris, ſemine minimo. *Boerh. ind. H. L. B. part.* 2. *pag.* 55.

MIMOSA humilis, quadripennis, glabra, procumbens, guttis ſanguineis maculata, ex inſula Zeylon. *Plukn. Mantiſſ. pag.* 131.

MIMOSA pumila, Zeylonenſis, erecta, multifolia, pinnulis ſingulis macula purpurea utrinque notatis. *Plukn. ibidem.*

MOLLUGO Zeylanica, ſylveſtris, anguſtifolia, flore albo. *Herb. Hart.* quae exprimitur *Tab. noſtra* 71. *Fig.* 2.
Planta eſt pedalis altitudinis, e radice albicante, fibroſa adſurgens caule brevi, glabro, viridi, qui ſtatim in minores majori ſimiles dividitur; ad ramorum autem diviſiones, folia majora ſex numero in orbem, ſeu ſtellam poſita collocantur; quae ſunt viridia, glabra, longa, acuta, Mollugini vulgari ſimilia, ex alis illorum foliorum ramuli minores, ad caulem quatuor gerentes folia, proveniunt, qui in eorum ſummo ſuſtinent flores albicantes, tenuiſſimis & longiſſimis petiolis inſidentes, forma *Molluginis* vulgaris.

MOMORDICA Zeylanica, pampinea fronde, fructu longiore. *Tournef. inſt. pag.* 103. Momordica Zeylanica, major. *Par. Bat. App. pag.* 10. Cucumis Indicus, puniceus, major. *Par. Bat. Pr. pag.* 329. *Muſ. Zeyl. pag.* 67. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 103. Cucumis puniceus, Zeylanicus, *Margoſa* Luſitanis. *H. L. Bat. pag.* 204. Pandi-Pavel. *H. Malab. part.* 8. *Tab.* 9. ubi in notis vocatur Cucumis puniceus Indicus, fructu majore, ex flavo rubente. Balſamina Cucumerina, Indica, fructu majore flaveſcente. *H. Amſt. part.* 1. *Fig.* 54. & *Fl. Malab. pag.* 13. Momordica, ſive Charantia Indiae Orientalis, fructu aurantio, majore, oblongo, ſeminibus albis. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 73. qui Cucumis Zeylanicus, major, ſeminibus albis. *H. L. Bat. App. pag.* 663. Momordica Zeylanica, fructu pyriformi, majore, ex flavo rubente, ſeminibus albis. *H. Beaum. pag.* 30. & *Amm. Char. pl. pag.* 469. Amara Indica, Papari *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 9. *cap.* 46. TUBUKARUWILA Zeylonenſibus. Licet fructus hujus plantae ſaepe varient co-

lore flavo & rubente, pro eadem tamen habenda eſt ſpecie, cum qua & convenit

MOMORDICA Indica, amara, fructu tuberoſo, pyriformi, rubente, *Maragoſa* Luſitanis, KARABILA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 39.

MOMORDICA Indica, amara, fructu tuberoſo, rubente, pyriformi, folio Vitis KATUKARAWILA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 44.

MOMORDICA fructu rubente, pyriformi, TUBAKWILA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 67.
Proxime hae ſpecies inter ſeſe conveniunt, ni forte eaedem; quum vero *Hermannus* eas ſeparavit, omnesque ſingulari ſeu proprio nomine Zeylanico occurrunt, conjungere illas non audebam, praeſertim quum in *H. Malab.* undecim hujus generis proponantur ſpecies, cum quibus quaedam harum conveniunt, & pro iisdem habendae ſunt: ſi quis vero illas velit conjungere, & tanquam varietates tantum habere, per me licet.

MOMORDICA Zeylanica, pampinea, fronde, fructu breviore, minore. *Tournef. inſt. pag.* 103. Cucumis puniceus, Indicus, minor. *Par. Bat. Pr. pag.* 329. Cucumis Zeylanicus, minor, ſeminibus nigris. *H. L. Bat. App. pag.* 664. quae a *Commel. in Fl. Malab. pag.* 14. jungitur cum Balſamina cucumerina, punicea, Zeylanica majore. *Commel. Cat. H. Amſt. pag.* 47. & eſt Pavel *H. Malab. part.* 8. *Tab.* 10. ubi in notis vocatur Cucumis Malabaricus, fructu ex flavo rubente.

MOMORDICA DAMELLA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 52. forte eſt Momordica vulgaris *Tournefortii.*

MOMORDICA flore fiſtuloſo, radiato, albo, Hederae folio, Malabarica. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 74. quae eſt planta Zeylanica ſcandens, Hederaceis foliis, *Breyn. in Ephemer. Curioſ. ann.* 4*ti* & 5*ti pag.* 136. ubi elegans figura & ejus deſcriptio. huc ſpectat Balſamina Cucumerina, fructu viridi, ſtriis albis, *Commel.* in notis ad *H. Malab part.* 8. *Fig.* 33. quae Tota-Piri *ibidem* vocatur, & *Tab.* 17. eleganter exprimitur.

MORINGA Zeylanica, foliorum pinnis pinnatis, flore majore, fructu angu-

Guilandina Moringa Lin.

MORINGA Zeylanica, foliorum pinnis pinnatis, flore majore, fructu anguloso. Nobis.

anguloſo. *Nobis. Tab.* 75. Moringa Lentiſci folio, fructu magno, anguloſo. *Herb. Hart.* quo nomine & a *Joh. Bauhino part.* 1. *lib* 12. *pag.* 435. vocatur, ſed cujus figura a noſtra multum differt. quae Moringa ab *Acoſta* vocatur *edit. Ital. pag.* 262. & apud *Cluſ pag.* 218. & *lib. aromat. cap.* 35. *Muſ. Zeyl. pag.* 37. & *Dalechamp pag* 1685. & *Ferrar. Fl. Cult. lib.* 3. *cap.* 21. *pag.* 385. quae convenit cum Murungu *H. Malab. part.* 6. *Tab.* 11. ubi vide notas. Balanus Myrepſica, ſiliqua trangulari, ſemine minore alato. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 22. qui notas ejus habet characteriſticas. MORINGEROS *Chr. Acoſtae*, quae arbor ſiliquoſa, floribus papilionaceis, (pro decapetalis) albis, amplis, ſiliquis anguſtis, longis, triangulis, ſeminibus itidem trigonis, figura, magnitudine, & forma, quodammodo etiam colore proxime ad Balanum Myrepſ. accedentibus, incluſis, pulpa albicante fungoſa. *Amm. H. Boſian. pag.* 21. & *Char. pl. pag.* 478 & 490. Nux Been Zeylanica, ſiliqua triangula, ſeminibus alatis, *Moringeros* Luſitanis, & KATU MURUNGHA Zeylonenſium. *H. L. Bat. App. pag.* 692. & *Par. Bat. Pr. pag.* 357. Moringho floribus amplis, magnis. *Muſ. Zeyl. pag.* 62. hujus reliqua ſynonyma inveniuntur apud *Plukn. in Almag. pag.* 253. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 13. Morunga foemina, Kella Parampolam a *Rumph. in Herb. Ambon. lib.* 1. *cap.* 63. vocatur, quae huic penitus convenit, cujus flores polypetali cum multis ſtaminibus ſunt depicti, & foliorum rachis communiter ex ſeptem vel pluribus conſtat foliis. KATU-MURUNGHA & WATTU MURUNGU, id eſt *Murungu* hortenſe Zeylonenſibus haec dicitur; ut conſtat ex *H. L. Bat. pag.* 170. Quum hujus flores nec foliorum forma in datis jam figuris clare & diſtincte exprimantur, accuratiorem iconem inſculpi curavimus juxta noſtrum, quod ſervamus, exemplar. Cujus calix mihi apparuit quinquefolius, coloratus, deciduus, foliis conſtans oblongis, obtuſis, aequalibus. Petala floris quinque, magnitudine, & forma calicis inferius & ad unum latus magis dehiſcentia, alias aequalia; unde ab auctoribus hujus flos decapetalus habetur.

Stamina ſunt decem, quorum quinque inferiora longiora, ſurſum incurva. Piſtillum unicum, inferius Embryonem oblongum habens: Pericarpium vero eſt capſula ſiliquoſa, teres, longiſſima, trivalvis; ſemina ſunt trigona, membranâ alatâ donata, plurima juxta longitudinem ſiliquae diſpoſita. Flores in racemis ex caule egreſſis ſparſim proveniunt. Folia hujus plantae ſunt pinnata, rachis longa; Pinnae folio-

rum elliptice oppositae, secundum longitudinem petiolis parvis adfixae. Petioli hi saepe etiam in inferiore parte tres simul emittunt pinnas, unde inferius trifoliatae, superius solitariae pinnae apparent.

MORINGA Zeylanica, pinnis rarioribus, flore minore. *Nobis.* Moringha floribus parvis. *Mus. Zeyl. pag.* 63. Moringhos floribus parvis. *ibidem. pag.* 21. Moringa Mas. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 1. *cap.* 63. ubi flos depictus est pentapetalus, cum quinque staminibus, & folia ad rachim tantum quinque vel tria, quae cum figura *H. Amst. part.* 1. *Fig.* 112. convenit.
De Morunga *Grimm. in Labor. Ceyl. pag.* 111. in genere dicit: Radix ipsius excellentissimam nobis exhibet medicinam, quae convenit cum nostra piperis radice, quoad odorem & saporem, quamobrem pro cibis etiam usui adhibetur &c.
Sal ejus est exquisitissimum in Hydrope, Morbo regio, Cachexia, Obstructione Hepatis, Lienis, & in Calculo &c. Fructus optimum ibi locum habent. Flores in juscults pro morbis calidis conveniunt.

MOTHUKOLA *Mus. Zeyl. pag.* 68. ubi additur, folia hujus comeduntur in obsoniis.

MURUWAWAEL *Mus. Zeyl. pag.* 55. ubi notatur, Caulem habet ductilem, & subtili lino infarctum, quo utuntur piscatores.

MUSA Seraphionis. Ficus Indica. *Mus. Zeyl. pag.* 70. Ficoides, seu Ficus Indica, longissimo, latissimoque folio, fructu longissimo, *Musa* Seraphionis dicta. *Herm. H. L. Bat. pag.* 256. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 28. *Merian. insect. Surin. pag.* 12. hujus habet Figuram, nec non optima invenitur apud *Linnaeum in tractat.* de MUSA CLIFFORT. quae *pag.* 14. cum ejus synonymis & nota characteristica exactissime describitur. Palma humilis, longis latisque foliis. *C. B. Mus. Zeyl. pag.* 61. Ficus Indica, racemosa, foliis & fructu amplissimis, *Musa* Arabibus dicta. *Plukn. Almag. pag.* 145. ubi multa hujus inveniuntur synonyma, & plurima ejus apud *Sloan. in Catal. pl. Jam. pag.* 189. ubi Musa caudice viridi, fructu longiore falcato, angulosо vocatur. vide & *Hist. Jam. part.* 2. *pag.* 141. & *Clus. lib.* 2. *cap.* 8. & *Acost* apud *Clus. lib. aromat. cap.* 42. ut & *Dale Pharmac. supplem. pag.* 265. Bala *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 12, 13, & 14. ubi *pag.* 20. sexdecim enumeran-

Mussaenda frondosa.

MUSSAENDA Zeylanica, flore rubro, fructu oblongo, polyspermo folio ex florum thyrso prodeunte albo. Herb. Hart.

merantur ſpecies, quae apud *Rumph. in Herb. Ambon. lib.* 8. *cap.* 1. etiam occurrunt, quarum quaedam etiam depictae ſunt, atque haec ab eo vocatur Muſa arbor, vel arbor Muſae Piſſang, Figo de India. KEHELGHAHA Zeylonenſibus haec arbor, ſeu planta in genere dicitur; ejus fructus vero *Watukaena*. Fructuum faſciculus *Watukaena-wirya*. Flos *Watumuwa*. Folia *Kehel-Kolla*. Liquor, qui ex hujus floſculis ſponte exſtillat *Kehelperu*. *Peru* notat mel; dulcis enim & vinoſus eſt liquor. Cortex arboris membranoſus eſt, ex quo caudex componitur *Kehelpatum* dictus, ut notatur in *Muſ. Zeyl. pag.* 70. ubi etiam dicitur, quod varias hujus arboris ſpecies Cinghali enumerent, quarum plurimae ibi etiam nominibus Barbaris denominantur.

MUSSAENDA Zeylanica, flore rubro, fructu oblongo, polyſpermo, folio ex florum thyrſo prodeunte albo. *Herb. Hart.* Quae *Tab.* 76. expreſſa reperitur. Muſſaenda. *Muſ. Zeyl. pag.* 36. Belilla *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 18. *ibidem.* qui frutex Indicus, baccifer, fructu oblongo, polyſpermo. *Ray. hiſt. pag.* 1493. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 31. Muſſaenda, arbor Indica, floribus in ſummis ramulis veluti in faſciculos diſpoſitis, e quorum medio emergit folium latum, ſingulare, flavicans. *Ray. tom.* 3. *Dendr. pag.* 126. ubi ſequenti modo breviter deſcribitur: Folia in ramulis ex adverſo bina, triuncias longa, duas lata, Ellipticae fere figurae, niſi quod in mucronem exeant. &c. Flores parvi ex oblongo tubo in quinque ſegmenta brevia expanduntur. & in *Muſ. Zeyl.* dicitur; Folium, quod ex florum thyrſo prodit, differt a caeteris, eſtque coloris luteo vireſcentis.

a *Rumphio in Herbar. Ambon. lib.* 6. *cap.* 57. ſimilis huic planta, ni eadem deſcribitur, quam etiam cum Belilla *H. Malab.* conjungit, & ab eo vocatur Folium Principiſſae, Daun Putry. depingitur autem illa planta penitus glabra & viridis, quum noſtra ſit hirſuta & obſcure virens. Flores dependent ibi lutei vel flavi, calice oblongo, vix diſſecto contenti, inter quos folia ſubrotunda minora, quam in noſtra, & alba erumpunt. Fructus autem eſt ibi oblongus viridis, punctatus, ut videtur, quadrangularis, quatuor apicibus coronatus, in quatuor loculamenta diviſus, polyſpermos.

Nobis autem accurato examine inſtituto apparuit, quod noſtra *Muſſaenda* calice conſtet unifolio, birſuto, in quinque radios anguſtos, longitudine floris producto. Floris petalum autem eſt unicum, infundibuliforme,

liforme, limbo quinquefido, totum hirſutum, coriaceum. Stamina floris ſunt quinque e tubo petali nata, apicibus quinque oblongis inſtructa; piſtillum unicum, tenue, ſummo bifidum gerens. Fructus in fundo calicis reconditur pyriformis, carnoſus, in duo loculamenta diviſus, ſeminibus plurimis, minutiſſimis nidulantibus, ut eleganter in *Figura H. Malab.* etiam apparet: ſed notandum eſt, quod ibi calix brevis & quinquedentatus tantum exhibeatur, quum in noſtra planta ſit tenuis, longus, hirſutus, ut etiam in noſtra icone conſpicitur.
Tota denique planta glabra ibi depicta eſt, quum noſtra tota quanta ſit hirſuta, & illa cum *Rumphii Figura* penitus convenit. errorem tamen illum ſaepius in *H. Malab.* iconibus commiſſum eſſe obſervavimus, forte per incuriam ſculptorum. Folia porro in noſtra planta ſunt ovato-acuminata, acuta, villoſa, petiolis parvis inſidentia, integra, bina ſibi oppoſita, obſcure virentia. Flores in ſummis ramulis proveniunt racemoſi, jam deſcripti, inter hos folia occurrunt ſolitaria, cum caulis quoad figuram ſimilia, ſed color in his albus, vel flaveſcens utrinque, & multo ſunt tenuiora, laeviter etiam villoſa.

MUWAKIRIWAEL. *Muſ. Zeyl. pag.* 70. *Muwa* cervum. *Kiri* lac notat.

MYROBALANUS Zeylanica, ex qua Gummi Elemi, fructu odore ac ſapore praeſtans, KAEKUNA Zeylonenſibus. WILDE AMANDELS Belgis. *Muſ. Zeyl. pag.* 48.

MYRTUS Indica, odore Citri: an Myrtus Indica, odorata Theophraſti? *Muſ. Zeyl. pag.* 9. HINCUBUSE & NARANDA Zeylonenſibus. forte eſt Vitis Idaea infra propoſita, ubi vide. Myrti characterem habet *Linnaeus in char. pl. gen. pag.* 142.

NATASURI. *Muſ. Zeyl. pag.* 59.

NELUGHAS. *Muſ. Zeyl. pag.* 3.

NERIUM anguſtifolium, flore rubente, odorato, roſeo. *Muſ. Zeyl. pag.* 33. Nerium anguſtifolium, Indicum, flore rubro, odorato, ſimplici. *Foula Miſtica* Luſitanis. *ibidem. pag.* 34. Nerion Indicum, anguſtifolium, floribus odoratis, ſimplicibus. *H. L. Bat. pag.* 447. ubi icon & deſcriptio, & *Commel. Fl. Malab. pag.* 47. & *Ray. hiſt. pl. pag.* 1708.

Nerium Oleander. antidysentericum

NERIUM Indicum. siliquis angustis, erectis, longis, geminis. Nobis.

1768. Nerium Indicum, anguſtifolium, flore incarnato, odorato, ſimplici, *Par. Bat. Pr. pag.* 356. Belutta-Aveli, *H. Malab. part.* 9. *Tab.* 2. &c.

Nerium Zeylanicum, floribus roſeis, amplis, plenis. *Muſ. Zeyl. pag.* 46. Nerion Indicum, latifolium, floribus odoratis, plenis. *H. L. Bat. pag.* 447. ubi icon & deſcriptio. Nerium Indicum, latifolium, flore rubro, & aliquando variegato, odorato, pleno. *Par. Bat. Pr. pag.* 356. & *H. Beaum. pag.* 31. Nerium latifolium, Indicum, flore variegato, odorato, pleno. *H. Amſt. tom.* 1. *pag.* 45. *Fig.* 23. Nerium Indicum, flore rubeſcente pleno. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 46. Oleander Sinicus, Bodilo Tsjena. *H. Malab. Rumph. Herb. Ambon. auctuar. cap.* 33. Tsjovanna-Areli *H. Malab. part.* 9. *Tab.* 1. Flos Myſticarum vulgo. *Muſ. Zeyl. pag.* 46. illis enim Myſticae ornant caput, collum, & brachia; ut ibi notatur.

Nerium Indicum, ſiliquis anguſtis, erectis, longis, geminis. *Nobis. Tab.* 77. Apocynum Zeylanicum, arboreſcens, Armenii flore albo, ſiliquis anguſtis, erectis, longis, geminis. *Herb. Herm.* Apocynum erectum Malabaricum, fruteſcens, Jasmini flore candido. *Par. Bat. pag.* 44. ubi pro Codaga-Pala *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 47. habetur, & frequens in inſula Zeylana dicitur. Apocynum fruteſcens, Zeylanicum, Jasmini flore & odore, WALIDDA Zeylonenſibus. D. *Herman* apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 538. Apocynum Indicum, erectum, arboreſcens, floribus albis, amplis, ſiliqua gemella, WALIDDA dicta *Amm. Char. pl. pag.* 618.

Elegans haec arbuſcula caulibus firmis, & lignoſis, rotundis, ex ſuo trunco varios dat ramos, cortice nigricante, lignum albicans tegente, cinctos; folia gerentes bina ſibi mutuo oppoſita, oblongo-lanceolata, acuta, glabra, nervoſa, variae magnitudinis, ab utraque parte laete viridia In ſummo caulium varii egrediuntur flores, tubuloſi, in quinque ſegmenta diviſi, monopetali, ſtaminibus multis in conum acutum collectis ornati, albiſſimi, jucundi odoris & adſpectus. Calix flores ſuſtinens, eſt ſtellatus, in quinque lacinias diviſus, qui ſatis longo & tenui, ac varie multiplicato innititur petiolo, & perpetuus eſt; floribus enim emarcidis ex uno tali calice duae ſimul eriguntur ſiliquae anguſtae, erectae, naturaliter triplo fere longiores, quam in data Figura potuit exprimi; miro modo in ſummo per apicem acutiſſimum circum-

circumvolutum ſibi junctae, & connexae; quae ſiliquae lanugine albiſſima ſunt repletae, in qua ſemina collocantur plurima, longa, anguſta, ſtriata, pappo, qui lanuginem illam conſtituit, ornata, cinerea.

Nerium Indicum, folio ſubrotundo, undulato, craſſo, flore dilute rubente. *Nobis Tab.* 78. *Fig.* 1. Apocynum Zeylanicum, ſubrotundo folio, Nerii flore rubro. *Herb. Hart.* Apocynum arboreum Indiae Orientalis, Laurinis foliis, roſtrato Borraginis flore, praegrandi ſiliqua, ſeminibus longis gracilibus, ſericeis pappis involutis. *Plukn. Mantiſſ. pag.* 16. Apocynum Malabaricum, arboreſcens Limonii folio, flore ex flavo rubeſcente, ſiliquis maximis. *Commel. in notis ad H. Malab part.* 9. *pag.* 5. ubi Nelam-Pala vocatur. huc pertinet quoque Nerium arboreum, folio latiore, obtuſo, flore luteo minore. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 154. & *Hiſt. vol.* 2. *pag.* 62. *Tab.* 186. *Fig.* 2. huc & ſpectat Arbor Indica, Lauri amplioribus foliis, obtuſis, e regione binis, floribus Jasmini, ſummo ramulorum umbellatim poſitis, ex inſula Johanna. *Plukn. Mantiſſ. pag.* 20. ubi dicit Tsjovanna-Amelpodi *H. Malab. part.* 6. *Tab.* 47. huic proxime accedere.
A prioribus differt haec arbuſcula foliis rotundioribus, craſſioribus, nervoſiſſimis, per quorum dorſum nervus flavus, validiſſimus ad ſummum usque decurrit: Flores caeterum ſunt etiam oblongi, tubulati, in limbo quinquefidi & inſtar Borraginis ibi rotati, ſed profundius fecti. Flores hi & in ſummitate ramorum, & ex alis foliorum proveniunt multi ſimul collecti, poſt quos ſiliquae latae, longae, ſimplices, glabrae ſubſequuntur, ſeminibus longis, ſtriatis, pappoſis coloris flavi repletae: Semina haec eleganter inter pappum vario ordine locantur, ut in data figura pulchre conſpicitur.

Nerium Indicum ſcandens, flore albo, ſiliquis geminis. *Nobis. Tab.* 78. *Fig.* 2. Apocynum Zeylanicum, Indicum, fruteſcens Nerii flore candidiſſimo. *Par. Bat. pag.* 40. & *Herb Hart.* Nerium Indicum, folio non nihil mucronato. *Par. Bat. Pr. pag.* 357. Apocynum Zeylanicum, arboreſcens. *Muſ. Zeyl. pag.* 2. Apocynum arboreſcens, flore albo, Caryophylli ſylveſtris facie, ſiliquis anguſtis, erectis, geminis. *Muſ. Zeyl. pag.* 42. Pal-Valli *H. Malab. part.* 9. *Tab.* 12. quod Apocynum Malabaricum ſcandens, latifolium, flore rubeſcente, ſiliquis anguſtiſſimis, & longiſſimis. *Commel. in notis* & *Fl. Malab. pag.* 6. vocatur, & folia habet rotundiora, floresque minores. Jasminum (potius

NERIUM Indicum scandens, flore albo, siliquis geminis. Nobis.

Fig. 1.

Fig. 2.

NERIUM Indicum, folio subrotundo, undulato, crasso, flore dilute rubente. Nobis.

tius Apocynum) Indicum, ſylveſtre, inodorum, ſiliquoſum, ſeminibus pappoſis, floribus albis, amplis, IDDA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 47. huc forte ſpectat, quod ſupra *pag.* 25. citatum eſt. Apocynum ſcandens, flore Nerii albo. *Plum. pl. Amer. pag.* 82. *Tab.* 96. an Arbor Indica, Nerii foliis ſplendentibus Belgarum. *Plukn. Almag. pag.* 263? IDDAGHAS Zeylonenſibus dicitur per excellentiam ab *Idda*, quod florem notat ob floris ſtructurae, & inmaculati candoris pulchritudinem eximiam. *Ghas* arbor eſt, ut notatur in *Muſ. Zeyl.*

Folia gerit haec arbuſcula oblonga, glabra, ſplendentia, tenuia, viridia, venoſa, brevi innixa pediculo, bina ſibi invicem oppoſita, ut in aliis congeneribus, caulibus lignoſis, flexilibus, cortice purpureo maculato ornatis, adfixa; flores tam in ſummitate ramorum, quam inter folia per caules ſunt diſperſi, pluresque ſimul collecti, candidi, tubulati, in quinque lacinias diſſecti, poſt quos ſiliquae anguſtae erectae, geminae, in *Parad. Batav.* (ubi reliquam vide deſcriptionem) dicuntur ſubſequi, unde magnam adfinitatem habet cum illa *Tab.* 77. a nobis exhibita, diverſae tamen ſunt, ut etiam ex *Parad. Batav.* patet, plantae, & a Zeylonenſibus diverſis etiam indigitatae nominibus, atque haec ſpecies ſcandens ab *Hermanno* deſcribitur, quum altera erecta dicatur, foliatura floribusque etiam differens. Hujus generis character invenitur apud *Linnaeum char. pl. gen. pag.* 63.

NICOTIANA. *Grimm. Labor. Ceyl. pag.* 126. ubi dicit: Praebet nobis aquam, Oleum ſtillat. Ol. per infuſionem, Conſervam, ex qua varia vomitoria, quae certiora ſunt, quam infuſiones Croci metallorum, aut Vitri Antimonii. Participes vos reddo meliorum hoc in ſubjecto deſcriptionum. Ubi varias porro proponit formulas. &c.

NIWITIWAEL. *Muſ. Zeyl. pag.* 70.

NUX Zeylanica, folio multifido, digitato, flore Merdam olente. *Par. Bat. Pr. pag* 357. *Muſ. Zeyl. pag.* 61. *Plukn. Phyt. Tab.* 208 *Fig.* 3. Nux Juglans Zeylanica, magna, bifida, flore puniceo, ſtercus humanum redolente, nucleis ovalibus, triplici cortice veſtitis, oleoſis. *Muſ. Zeyl. pag.* c. Lignum Americanum, foetidum, Merdam olens, Polefaulatio Luſitanis. *Par. Bat. Pr. pag.* 346. *in Plukn. Mantiſſ. pag.* 137. huic Telabo congener eſſe videtur, qui prius in *Almag. pag.* 266. diverſus putabatur. vide & *Ray. hiſt. pl. pag.* 1754. ubi quaeritur, an

Telabo ſit Covalam *H. Malab. part.* 1. *Fig.* 49. ſed propius accedit Karil *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 36. vide & notas ad *H. Malab. part.* 1. *pag.* 90. Merda Papaveris, ſeu Lignum Stercoris *Grimm. Labor. Ceyl. pag.* 98. ubi breviter haec habet: Haec arbor ita vocatur, quoniam fortiter olet, plus tamen ad ſtercus vaccinum, quam humanum accedit. Propter odorem incolae non ipſam cuſant, ſed utuntur ejus ligno cum ligno Santali contuſo, & illud cum aqua ſorbetur ad febres, morbos calidos, & puerorum aphtas curandas, doſis eſt drachma dimidia ad drach. unam. TELABO Zeylonenſibus dicitur.

Nux Juglans, Moluccana, bifida, RATHAKAEKUNA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 6 & 24. id eſt *Kaekuna* exoticum. Nuces fert Juglande majores, putamine, cortice duro, & nucleo conſtantes, ex quo oleum paratur copioſiſſimum: folia habet lata, acuminata, pediculis longis, flores gerit copioſiſſimos in ſummo ramulorum, ut deſcribitur in *Muſ. Zeyl.*

Nux Juglans, Zeylanica, minor, bifida, flore puniceo, NAWAGHAS Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 23. ubi dicitur folia habet lata, & obtuſa. Floresin ſummitate ramulorum.

Nux Zeylanica, Juglandis folio, ÆMBARAELLA dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 50. *Par. Bat. Pr. pag.* 357. Domba-Gedy Zeylonenſium, ſeu Nux Zeyl. Juglandis folio. *Par. Bat. Pr.* quae arbor Nucifera, fructu oblongo, rotundo, ſub membranaceo, ligneoque putamine unicum nucleum oleoſum, & odoratum includente. *Amm. char. pl. pag.* 371. in *H. Amſt. tom.* 1. *Fig.* 61. exprimitur & dicitur, quod DOMBAGEDY Zeylonenſibus vocetur, in *Muſ.* autem *Zeyl.* ÆMBARAELLA, ubi & additur, quod haec arbor fructus proferat ſimiles *Manghas*, quos Cinghali Muria condiunt, ſicut Europaei Cucumeres.

Nux Moluccana, foliis inſtar Ricini, ſemine nigro. *Muſ. Zeyl. pag.* 34.

Nux Zeylanica, rotunda, exitioſa, folio rigido, glabro, ſplendente, an eadem cum *Domba Vol.* 2. *Fol.* 5. *Muſ. Zeyl. pag.* 66. & DOMBA *ibidem. pag.* 15? Nux oleoſa DHUMBA Zeylonenſibus dicta; quae eſt Nux Bengalenſis Juglandifolia, fructu orbiculari. *Plukn. Almag. pag.* 265. DOMBA quae Nux Indica, foliis ſubrotundis, laevibus, ſplendenti.

dentibus, reſinoſa. *Amm. Char. pl. pag.* 371. Nucifera arbor, ſemper virens, Indiana, praelongis foliis, venuſte venoſis, cujus lignum REDWOOD, id eſt Erythroxylum Barbadenſibus, Nux vero *Dhumba* Zeylonenſibus dicta. *Plukn. Mantiſſ. pag.* 136. Mali perſicae, Mameyae dictae, folio longiori; arbor maxima, cortice ſulcato, cinereo, amaro. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 180. & *Hiſt. part.* 2. *pag.* 124. De DOMBA in *Muſ. Zeyl. pag.* 15. dicitur: Folia habet lata, ſubrotunda, nervis plurimis, directe a medio nervo ad margines tendentibus, floribusque quinquepetalis. *Domba* notat rotundum; fructus enim rotundi ſunt ut globuli; ex fructibus exprimitur Oleum ad varios uſus, ac praecipue ad Lampadas.

Nux Zeylanica, umbilicatis foliis. *H. Beaum. pag.* 31. Althaea arbor Indica, folio umbilicato, pallente. *Par. Bat. Pr. pag.* 307. Nux veſicaria, oleoſa, foliis umbilicatis, ex inſula Barbadenſi. *Plukn. Phyt. Tab.* 208. *Fig.* 1. Arbuſcula exotica, foliis umbilicatis, nuculam Nuculae Indicae ſonorae *J. B.* ſimilem ferens. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 20. a quo pro Pada-Kelangu *H. Malab. part.* 7. *Tab.* 49. habetur. quae multum ſane differt & plane diverſa eſt a *Plukenetii* Figura; reliqua porro ſynonyma vide apud *Plukn. in Almag. pag.* 266.

Nux Vomica Officinarum. *Muſ. Zeyl. pag.* 41. Malus Indica, venenata, amara, nucleis argenteis, compreſſis, orbiculatis. *ibidem.* Nux vomica major, & Officinarum. *Par. Bat. Pr. pag.* 357. Colubrini ligni tertium genus in Malabar. vaſtae arboris magnitudine Acoſtae. *C. B. Pin. pag.* 301. Solanum arboreum, Indicum, maximum, foliis Oenopliae, ſive Napecae majoribus, fructu rotundo, duro, rubro, ſemine orbiculari, compreſſo, maximo, *Nuces Vomicas* & *Lignum Colubrinum* Officinarum ferens. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 92. & *Fl. Malab. pag.* 63. ubi vide plura. Caniram *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 37. & Modira-Caniram *part.* 8. *Tab.* 24. ubi omnino vide notas ſubjectas *pag.* 47. & *Samuel Dale Pharmacol. pag.* 439. Arbor Serpentaria, ſeu Lignum Colubrinum & Nuces Vomicae. *Grimm. Labor. Ceyl. pag.* 95. ubi haec habet: Arbor vocatur a Cinghalenſibus GODHAKADURU. Magna eſt, atque ramos ſuos ſimul valde inter ſe commixtos, non ſecus ac ſerpentis, emittit. Ipſius folia potius rotundae, quam longae figurae cernuntur; Fructus, quos progignit, ſunt notae illae *Nuces Vomicae Officinarum*, quae numero quodam in rotundiſſimo cortice concluſae

reperiuntur. Canes ab isto fructu rabiosi fiunt, & moriuntur. Hominibus autem inserviunt ad venena. &c. Lignum mediocriter durum est cum venis albis transcurrentibus. Optimum est Alexipharmacum ad omnes venenosos affectus, adversus morsus venenosarum bestiarum, serpentum, &c. Adversus febres, scabiem &c. ut apud laudatum auctorem & alios latius explicatur. in *Musc. Zeyl.* dicitur, quod GHODHAKADURA vocetur a *Ghodha* solo duro, quo nasci amat, & *Duru* venenum; arboris enim fructus habentur venenati. Lignum circumfertur per Europam nomine *Ligni Colubrini.* & in *Ray. hist. pl. pag.* 1661. & *tom.* 3. *pag.* 117. *Dendr.* dicitur, quod *Ghad-Hokadura*, quae Nux Vomica officinarum, folia habeat Canellae Zeylanicae foliorum figura similia, itidem trinervia, sed breviora, latiora, ac crassiora.

Hujus character a *Linnaeo* sequenti modo definitur. Calix regularis, quinquefidus, parvus, petalum infundibiliforme, ad maximam partem quinquefidum; stamina quinque, pistillum unicum petalo longius. Pericarpium globosum, cortice fragili, unicapsulari, pulpa repletum. Semina quindecim in tribus phalangibus dispositа, orbiculata, depressa. Hujus & notas characteristicas accurate satis descripsit *Amm. in char. pl. pag.* 310 & 477. ubi vide.

Nux Zeylanica, Moschatae rotundae similis, inodora, minor. *Musc. Zeyl. pag* 49. Nucifera, seu Nux Indiae Orientalis, fructu minore fusco. *Plukn. Almag. pag.* 265. IRYA & IRYAGHAS Zeylonensibus.

Nux Zeylanica, Moschatae rotundae similis, oblonga. *Musc. Zeyl. pag.* 49. an Nux Myristica, sylvestris, Indiae Orientalis, fructu oblongo, *Plukn. Almag. pag.* 265? & Noce Moschata *Acost. edit. Ital. pag.* 78.

Nux Myristica, oblonga, Malabarica, *Musc. Zeyl. pag.* 59. Nux Myristica, major, spuria Malabarica. *Ray. hist. pl. pag.* 1524. & *Fl. Malab. pag.* 48. Nux Indica, oblonga, intrinsecus similis Nuci Moschatae *J. B. tom.* 1. *pag.* 399. Nux Myristica spuria, seu Panan Palka *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 5. ubi vide notas. & *Plukn. Almag. pag.* 265. Avellanae Indicae genus oblongum. *Clus. in Garz. pag.* 189. Nux Myristica, mas, Palala prima. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 2. *cap.* 8. ubi cum Panan Palka *H. Malab.* jungitur. & huic Nux Myristica mas *Clus. exot. lib.* 1. *cap.* 16. eadem habetur.

Nux

Haec icon a Myristica Sylvestri obfolia oppositia valde differt. vide Lin. Syst. plant. ed. germ. norimberg. P. 2. p. 327.

NUX Moschata, spuria, sylvestris,
Caryophylli arboris foliis, oppositis. Nobis.

NUX Moſchata, ſpuria, ſylveſtris, Caryophylli arboris foliis, oppoſitis. *Nobis. Tab.* 79. Pſeudo-Nux Moſchata, ſylveſtris, Zeylanica. *Herb. Herm.* Nux Moſchata, ſpuria, quae Pſeudo-Nux Moſchata, Zeylanica, IRYAGHEDHI Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 58. Arboris hujus rami ſunt recti, duri, caulem gerentes ſcabrum, purpureum, rotundum, e quo folia oppoſita, petiolis firmis, lignoſisque inſidentia erumpunt, triuncialia, ovato-acuta, glaberrima, & ſplendentia, inferius caeſia. De flore, fructuque nihil dicere poſſum, quum noſtrae deficiant plantae, nec ullibi bene hactenus deſcriptos invenerim; tubercula enim, ſeu coni in ſummo ramorum apparentes, potius gemmae, quam quidem fructus ſunt in *Rumphii herbario Amboinico*, ubi plures Nucis Moſchatae occurrunt ſpecies, forte deſcripti erunt accurate flores & fructus, quod opus, quum hic per quadraginta annos jam delituerit in domo Societatis Indiae Orientalis, a gubernatoribus illius ſocietatis impetrata venia, in lucem edere eſt animus, ni ſumptus, qui ad tale opus cum Figuris inprimendum requiruntur, exorbitantes illud impediant.

NYADA. *Muſ. Zeyl. pag.* 56. quod pronunciatur *Niaenda*. Incolae hujus plantae folia diducunt, ex quibus chordae conficiuntur, ut notatur in *Muſ. Zeyl.*

NYMPHAEA Indica, tuberoſa, foliis per marginem crenatis; flore incarnato: ſeu Lotus Ægyptia Theophr. *Muſ. Zeyl. pag.* 19. Lotus Ægyptia apud *Theophr.* occurrit *pag.* 449 & 450. Nymphaea, ſeu Nufar *Veſlingii cap.* 34. *pag.* 42. Nymphaea Ægyptiaca, alba, folio crenato, radice tuberoſa. *Bobart. hiſt. Oxon. tom.* 3. *pag.* 513. Nymphaea alba, major, Ægyptia; *Amm. char. pl. pag.* 461. Ambel *H. Malab. part.* 11. *Tab.* 26. quae Nymphaea Indica, flore albo, folio in ambitu ſerrato a *Commel.* in *notis* vocatur. vide & *Ray. tom.* 3. *pag.* 630. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 120. & *Hiſt. part.* 1. *pag* 252. OLU-ALLA Zeylonenſibus, ab *Olu* quod caput in genere notat. *Alla* radix eſt.

NYMPHAEA alba, Indica, maxima, flore albo, fabifera. *Muſ. Zeyl. pag.* 66. Nymphaea Indica, Faba Ægyptia dicta, flore incarnato. *Par. Bat. pag.* 205. ubi elegans Figura & deſcriptio. Nymphaea Indica, maxima, Faba Ægyptia *Stapel in Theophr. Par. Bat. Pr. pag.* 358. quae apud *Theophr. lib.* 4. *cap.* 10. *pag.* 446. & *Dioſcorid. lib.* 2. *cap.* 99. invenitur

nitur descripta & depicta. Nelumbo Zeylonensium. *Tournef. inst. pag.* 261. Nymphaea Indica, Faba Ægyptia dicta, flore incarnato. *Ray. tom.* 3. *pag.* 632. ubi pro Tamara *H. Malab. part.* 11. *Tab.* 30. habetur, quae a *Commel.* in notis Nymphaeae affinis, Malabarica, flore amplo, rosaceo, albicante vocatur. vide & *Fl. Malab. pag.* 48. Nymphaeae adfinis glandifera, Malabarica, umbilicato folio ampliore, flore pleno, candido. *Bobart. Hist. Oxon. tom.* 3. *pag.* 514. ubi pro Beru Tamara *H. Malab. part.* 11. *Tab.* 31. habetur, quae variationes sunt floribus differentes. vide & *Plukn. Almag. pag.* 267. & *Amalth. pag.* 156. Nymphaea Indica, flore incarnato, NELUMBO Zeylonensium, & Tamara *H. Malab. Amm. Char. pl. pag.* 490. Nymphaea Indica major, Taratti. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 11. *cap.* 50. NELUMBO Zeylonensibus vocatur. hujus virtutes medicas cum synonymis habet etiam *Dale* in *Pharmacol. supplem. pag.* 218. ad Fabam Ægyptiam Officinarum, & Characteristicam notam *Linnaeus in char. pl. gen. pag.* 149. *Grimm. in Labor. Ceyl. pag.* 131. ad caput de Nymphaea haec habet: Exinde proveniunt nobis Aqua, Syrupus, Conservae, Ol. coctum: quae omnia maxime sunt usitata tum in Medicina, tum in Chirurgia. Aq. Syrup. & Conserv. fluxus ardentes, calidas febres, & Cephalalgias curandi virtutem habent. item sanguinis vomitum, Haemorrhagiam, & fluxus mulierum. Oleum inservit & Inflammationibus, Ulceribus & Combustionibus. in Clysteribus ingrediuntur, ut emolliant & tormina mitigent acrium excretionum.

OCYMUM Zeylanicum perenne, odoratissimum, latifolium. *Nobis. Tab.* 80. *Fig.* 1. Ocymum Zeylanicum perenne, fruteſcens, folio Calaminthae non nihil simili. *Par. Bat. Pr. pag.* 358. Ocymum Zeylanicum, fruteſcens, folio Calaminthae *Hermanni* apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 290. Basilicum Zeylanicum, latifolium, odoratissimum. *Mus. Zeyl. pag.* 35. Cottam *H. Malab. tom.* 10. *Tab.* 77. quae in notis Nepetae, seu Menthae Catariae affinis, Indica, flore candido. vide & *Commel. Fl. Malab. pag.* 47.

Caulis nostrae plantae est simplex, bipedalis, quadragonus, hirsutus; folia ad radicem subrotunda, utrinque acuminata, crenata, villosa, petiolis tenuibus insidentia, folia caulis oblonga, angustiora & breviora, petiolis uncialibus cauli adfixa, quem terminat spica triplex, laxa, flores reflexos, pendulos gerens, qui cum seminibus eodem modo,

1. Ocymum gratissimum. L.

Fig. 2.

Fig. 1.

OCYMUM Zeylanicum, annuum, inodorum. Herb. Hart.

OCYMUM Zeylanicum perenne, odoratissimum, latifolium. Nobis.

do, ut in reliquis Ocymi ſpeciebus, ſeſe habent. Communicavit nobiscum hanc Botanices & Botanicorum Mecaenas D. *Georg. Cliffortius.*

Ocymum Zeylanicum, perenne, odoratiſſimum, anguſtifolium. *Nobis.* Ocymum Zeyl. perenne, odoratiſſimum. *D. Hermans* apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 290. Ocymum Maderasp fruteſcens, gratiſſimi odoris, flore parvo, cauliculis villoſis. *Plukn. Phyt. Tab.* 208. *Fig.* 4. an Ocymum fruteſcens, perenne, flore parvo. *Breyn. Prodr.* 2. *ibidem*? quod apud *Ray. loco cit.* a priori diſtinguitur, & ſequenti modo breviter deſcribitur: Folia parva ſunt, Calaminthae minora, longiora, acutiora, per margines ſerrata, pediculis ſatis longis innixa. Flores in ſummo caule in ſpicam longam, anguſtam digeſti, nullis foliis intermixti ſunt.

Ocymum Zeylanicum perenne, foliis anguſtioribus. *Herm.* apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 290. an Ocymum pratenſe, Indicum, odore Calaminthae. *Muſ. Zeyl. pag.* 51? apud *Ray.* a prioribus & haec diſtinguitur, atque ſequentem in modum deſcribitur. Folia huic, quam praecedenti ſunt longiora paulo, longioribus pediculis haerentia. Flores majores, ſpicae autem non tantum in ſummo caule, ſed etiam in ramulis è foliorum alis exeuntibus proveniunt. Floris galea eſt bifida, ſubviridis, labium album, anguſtum, parvum.

Ocymum Zeylanicum, annuum, inodorum. *Herb. Hart. Tab.* 80. *Fig.* 2. Ocymum forte Zeylanicum, vulgare. RATHATALA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 41.
Tota haec planta hirſuta eſt, folia gerens ovata, crenata, ſubrotunda, laeviſſime hirſuta, petiolo unciali inſidentia: Caulis quadragonus, hiſpidus, hirſutus, viridis. Calices & flores Ocymi; ſed qui ad alterum latus magis ſunt flexi, quam in aliis ſpeciebus.

Ocymum Zeylanicum, *Karnitholeſcki* Malabarorum, KOLLAN-KOLLA Zeylonenſium. *Muſ. Zeyl. pag.* 52. ubi additur; ſpecificum eſt in Cephalalgia, Cinghali ſacculo indunt, & capiti imponunt.

Ocymum Indicum, odoratiſſimum, *Mangiriquam Cluſii* TALA-KOLA Zeylonenſium. *Muſ. Zeyl. pag.* 61 & 67. Mangiriquam apud *Cluſium* occurrit in *exot. pag.* 239. ad caput de *Anil.*

ONO-

ONOBRYCHIS Zeylanica, monophyllos, caule triangulo, petiolis foliorum alatis. *Nobis. Tab.* 81. Onobrychis Zeylanica, Aurantii folio. *Petiv. Hort. ſicc. in Ray. tom.* 3. *append. pag.* 247. *no.* 16. Hedyſarum Zeylanicum, Aurantii folio. *Nobis ſupra pag.* 120. Hedyſarum Monophyllum, flore coeruleſcente. *Hart. Catal. ſemin.* Huc usque fere inpreſſio hujus operis jam erat abſoluta, quum Hortum Medicum perambulanti, & plantas exoticas in Hypocauſtis examinanti forte fortuna ſeſe obferebat elegans haec, & nunquam antea mihi viſa planta, quam ex ſeminibus quondam ex Zeylona ab *Hartog* transmiſſis hoc anno protulit Hortus Medicus, quae licet nondum perfecta ſit, nec flores fructusque in hunc usque diem dederit, hac occaſione, quum a nullo Botanicorum hucusque deſcriptam, vel expreſſam invenerim, & publico offerre, ejusque figuram cum brevi deſcriptione huic operi inſerere debui, & volui.

Quae ex radice fibroſa plurimos ſimul attollit ramos, majores minoribus interpoſitos, qui in ſpithamalem longitudinem hoc anno excrevere, quorum caules ſunt ſcabriuſculi, ſubhirſuti, purpuraſcentes, triangulares, & ſulcati, folia alterna emittentes, quae ex eorum alis ſquammulas duas foliaceas oblongas, acutas, ſtrigoſas producunt: folia haec petiolis inſident ſeſquiuncialibus, viridibus, foliaceis, membranula ſcilicet tres circiter lineas lata totum petiolum undique ambiente, unde alatus penitus eſt, ad cujus ſupremum producitur folium latum, ſubrotundum, acutum, Aurantii forma proxime conveniens, quod ſuperius viride & ſcabrum, inferius pallidum, & laeviter hirſutum obſervavi, & licet haec planta flores fructusque nondum examinandos praebuerit, certus tamen ſum ex toto ejus habitu ad *Hedyſarum* ablegandum eſſe, ut annus forte ſubſequens, quum floreat haec planta, determinabit, cujus in poſterum data occaſione flores fructusque deſcribam & exhibebo, ſin examinare illos licuerit; interim qualis ſit, hac rara contenti ſitis, Botanophili, planta.

ORCHIS caule ad ſummum folioſo. *Nobis.* Orchidis ſpecies, caule ad ſummum folioſo. *Muſ. Zeyl. pag.* 22.

ORCHIS caule cubitali; ſpica parva, longa, rara. *Nobis.* Orchidis ſpecies, caule cubitali, ſpica parva, longa, rara. *Muſ. Zeyl. pag.* 23.

ORCHIS

Hedysarum triquetrum L.

ONOBRYCHIS Zeylanica, monophyllos, caule triangulo, petiolis foliorum alatis. Nobis.

ORNITHOPODIUM Zeylanicum, arborescens. Lavandulae foliis, flosculis rubellis. Nobis.

ORCHIS Zeylanica, facie Gladioli, bulbo pyramidali, compreſſo, viridi, ſuccoſo. NARIALA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 63.

ORNITHOGALUM Zeylanicum, macrorizon. DYABAERALYA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 55 & 56.

ORNITHOPODIUM Zeylanicum, arboreſcens, Lavandulae foliis, floſculis rubellis. *Nobis. Tab.* 82. Spartium Zeylanicum, arboreſcens, flore parvo, rubello. *Herb. Hart.* Orobus Zeylanicus, glaber, flore rubro. *Par. Bat. Pr. pag.* 359. & *Plukn. Almag. pag.* 273.
Planta eſt fruteſcens, caule glabro, laeviſſime hirſuto, rotundo, cinereo; ramos hinc inde ſpargens plurimos, in minores absque ordine diviſos. Folia ad gemmas erumpunt plurima, in quibusdam ſolitaria, forma & colore foliorum *Lavandulae* oblonga, pediculis brevibus adfixa, integerrima, nervo longitudinali proveniente ſubtus firmata, undique villo albicante veſtita: in ſummis ramulorum prodeunt floſculi in ſpicam brevem, denſam congeſti, qui calicibus quinquedentatis, minimis inſident; flores ſunt minimi, rubelli, quibus ſuccedunt ſiliquae plurimae, teretes, articulatae, in quinque articulos diſtinctae, diſſepimentis parvis, laeviter compreſſis, ad ſemina protuberantibus: Siliquae ipſae ſunt laeviter incurvatae, ſubhirſutae, plurimae in capitulum collectae, ſemina recondentes ſubrotunda, glabra, ſplendentia, nigra.

OROBUS Indicus, ABRUS *Alpini* dictus, fructu coccineo, macula nigra notato. *Nobis.* Orobus Americanus, fructu coccineo, macula nigra notato. *Tournef. inſt. pag.* 393. Vicia Zeylanica, tota parte dulceſcens, fructu coccineo, rotundo, hilo nigro notato. *Herb. Hart.* Glyzyrrhiza Indica, fructu coccineo, rotundo, hilo nigro notato. *Muſ. Zeyl. pag.* 16. Glyzyrrhiza Indica, ſiliquis & ſeminibus Piſi coccineis, hilo nigro notatis. *Par. Bat. Pr. pag.* 337. & *Commel. H. Malab. pag.* 33. Cicer Indicum, fructu rubro, macula nigra notato, vel ABRUS. *Amm. Char. pl. pag.* 338. ABRUS *Alpini*, qui partim Phaſeolus, partim Cicer, fructu rubro, macula nigra notato. *H. Oxon. pag.* 71. *Amm. Char. pl. pag.* 241. Abrus frutex, Zaga. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 7. *cap.* 31. & Vicia Africana *Cluſ. exot. lib.* 4. *pag.* 15. Piſum Indicum, coccineum, hilo nigro notatum, ABRUS *Alpini. Amm. H. Boſian. pag.* 28. Phaſeolus alatus, ſive Abrus minor, fructu

coccineo, macula nigra notato. *Moris. hiſt. pl. part.* 2. *pag.* 67 & 71. *Amm. Char. pl. pag.* 514. Piſum Indicum, minus, coccineum. *C. B. Pin. pag.* 343. Abrus *Alpini de plant. Ægypt. cap.* 21. *pag.* 32. Phaſeolus Indicus *Bontii pag.* 136. Piſum Americanum, coccineum, aliis Abrus *J. B. tom* 2. *lib.* 17. *pag.* 263. Konni *H. Malab. part.* 8. *Tab.* 39. qui Phaſeolus alatus, major, fructu coccineo, macula nigra notato. *Commel. in notis.* & *Fl. Malab. pag.* 53. Abrus Officinarum. *Samuel Dale Pharmac. ſupplem. pag.* 182. qui hujus duas facit ſpecies, ut & etiam *Pluknetius;* quae tamen ab *Hermanno* pro una habetur. Primo ABRUS vulgaris, a plurimis jam denominatus, a *Pluknet.* vocatur Phaſeolus arboreſcens, alatus, & volubilis major, Orientalis, fructu coccineo, hilo nigro notato in *Phyt. Tab.* 214. *Fig.* c. & *Almag. pag.* 294. dein Phaſeolus alatus, minor, Americ. Glycyrrhizae ſapore, & ſiliquis Orobi, ſeminibus nigris, hilo coccineo notatis. *ibidem.* & *Phyt. Tab.* 210. *Fig.* 6. ubi ſiliquarum Figurae exhibentur, & Viciae folia ipſi adſcribit. ſed Glyzyrrhizae ſapor priori ab *Hermanno* & aliis etiam adtribuitur, ut patet ex *Muſ. Zeyl. pag.* 16. ubi dicitur: tota planta dulciſſimo eſt ſapore, maxime radix, ex qua ſuccum Glyzyrrhizae vix cedentem decoxi. &c. *Sloan. in Catal. pl. Jam. pag.* 70. has etiam conjungit; ubi vocatur Phaſeolus Glyzyrrhizites, folio alato, piſo coccineo, atra macula notato, ubi *pag.* 70, 71 & 221. plurima hujus vide ſynonyma multo labore congeſta, & optimam ejus etiam Figuram in *Hiſt. Jam. part.* 1. *pag.* 180. *Tab.* 112. *Fig.* 4, 5, 6. OLINDA & OLIDA Zeylonenſibus dicitur.

OXYS Indica, Tamarindi foliis, floribus umbellatis. *Nobis.* Oxalis lutea, floſculis & ſeminibus; quae herba ſentiens Bontii; & Herba viva *Acoſtae. Muſ Zeyl. pag.* 5 & 37. apud *Bontium* occurrit *pag.* 120. & Herba viva *Acoſtae* apud *Cluſ. in exot. pag.* 290. deſcript. apud *Acoſt.* edit. Ital. *pag.* 181. & apud *Cluſ. cap.* 55. Herba viva, anguſtifolia, Zeylanica. *Breyn. Prodr.* 22. *pag.* 55. Herba ſentiens, Daun-Tacot-Manuſia. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 8. *cap* 79. ubi icon & deſcriptio cum aliis Mimoſae ſpeciebus. Herba viva foliis Polypodii. *C. B. Pin. pag.* 360. & *Fl. Malab pag.* 35. Herba viva foliis & floribus, longis pediculis uni thyrſo inſidentibus, Ambonica. *Rumph. Eph. Germ. anni* 11. *obſerv.* 32. Oxoides Malabarica, ſenſitiva, caule viridi, glabro, flore luteo, majore. *Garcin. Act. Angl ann.* 1730. *pag.* 377. *Tab.* 2. & Oxys Indica, non acida, Tamarindi foliis ſentientibus, umbellatis, floribus

bus in ſummo pediculo luteis, umbellatis. *Herbar. Garcin.* qui hac inſcriptione mecum illam communicavit: Acetoſella herba, Mimoſae foliis, ſentiens. *Herb. Herm.* Pentaphylloides Zeylanicum, erectum, Mimoſae foliis, flore luteo. *Herb. Hart.* Mimoſa humilis Indiae Orientalis, ſimpliciter pinnatis Tamarindi foliis, floribus coronariis, flavis, lituris rubris eleganter ſtriatis. *Plukn. Almag. pag.* 252. & *Mantiſſ. pag.* 131. ubi varia inſuper hujus ſynonyma inveniuntur. Todda-Vaddi. *H. Malab. part.* 9. *Tab.* 19. ubi vide notas & Totta-Vari *Zanon: Tab.* 61. *pag.* 199. NIDIKUDDA Zeylonenſibus, quod pronunciatur NIDIKUMBA; a *Nidi* dormire & *Cumba* ſomnum, nam plantulae folia tacta, quaſi dormientia placide decumbunt ac flacſeſcunt, ut notatur in *Muſ. Zeyl. pag.* 5. Generis hujus characterem habet *Linnaeus in Char. gener. pl. pag.* 134. ubi OXALIS vocatur. Deſcriptioni *H. Malab.* pauca ſubjungam, Figuram non addens; quum a variis jam bene exhibita ſit, & in *Rumphii Herbar. Ambon.* ſatis ample deſcripta in poſterum inveniri poterit. Radix itaque noſtrae plantae eſt tenuis, fibras undique capillares ſpargens, e qua caulis oritur ſemipedalis, ſimplex, nudus, laevis, in ſummitate caulis ex unico veluti centro craſſiuſculo progerminant petioli, quibus folia plurima, decem vel plura pinnarum paria, adfiguntur ſine impari, inter foliorum ortum plures pedunculi tri- vel quadriunciales proveniunt, longitudine fere foliorum, apice gerentes capitulum ſquammoſum; inter ſingulam ſquammam prodit alius pedunculus breviſſimus, unicum ſuſtinens florem.
Flores & ſiliculae in *H. Malab.* accurate ſatis deſcriptae ſunt; ſed notandum, quod ſi fructus ad juſtam maturitatem pervenerit, cum impetu, & ſatis magna vi ſemina ſua explodat, ut in loco natali ſaepius *Dnus Garcin* ſeſe obſervaſſe mihi aſſeruit, ita ut vera haec *Oxidis* ſit ſpecies, quae in omnibus fere Indiae locis invenitur, & occurrit, atque egregiis etiam pollet viribus; radix enim decocta calculoſis ſummopere prodeſt, ac ſemina ad apoſtemata externe, interne ad Gonorrhaeam conducunt.

Oxys flore luteo, vulgaris, minor, Zeylanica. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 80. Oxys lutea, Indica, Daun Aſſan, Kitſyl. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 8. *cap.* 64. ubi cum illa *Cluſ. lib.* 6. *rar. pl. pag.* 59. eadem habetur. Trifolium acetoſum, Zeylanicum, corniculatum, flore luteo, ÆMBULLAEBILYA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 60. Trifolium ſiliquoſum, rotundifolium, glabrum, floribus luteis è Maderaspata.

Plukn. Phyt. Tab. 231. *Fig.* 4. Trifolium acetoſum, corniculatum, luteum, minus repens, & etiam procumbens. *Moris. hiſt. pl. pag.* 180. & *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 90. ubi plurima hujus exhibentur ſynonyma.

PABA foliis inciſis *Muſ. Zeyl. pag.* 6. ubi dicitur, pronunciatur *Paniba.* & inſervit ad ſepes ſtruendas.

PABA foliis non inciſis. *Muſ. Zeyl. ibidem.*

PADHULWANASSA. *Muſ. Zeyl. pag.* 6. a *Padhul* quod aurificem, & *Wanaſſa* quod inpotentiam denotat, & eſt quaſi dictum *aurifex non poteſt.* quia aurifices omnium rerum imagines praeter hujus plantae poſſunt exprimere; ut notatur in *Muſ. Zeyl.*

PAELAE. *Muſ. Zeyl. pag.* 24.

PALMA Indica, vinifera, fructibus urentibus, folio Adianthi ſaccharum praebens. *Muſ. Zeyl. pag.* 44. an Palma vinifera, fructu ex arboris trunco ſpinoſo. *C. B. P. pag.* 307? Palma humilis ex inſula Macaſaria, Indiae Orientalis, nucleo plerumque gemello, Nucis Moſchatae inſtar verſicolore, KITTUL Zeylonenſibus dicta. *Plukn. Almag. pag.* 277. an Palma foliorum pediculis ſpinoſis, fructu pruniformi, luteo, oleoſo? *Sloan. Cat. pl. Jam pag.* 175. ubi recenſetur pro Palma, ex cujus fructibus Oleum, vinum, acetum &c. extrahuntur: huc ſpectat Schunda-Pana *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 11. quae eſt Palma Indica, folio bicompoſito, fructu racemoſo. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1365. & *Fl. Malab. pag.* 50. & Palma dactylifera, fructu acerrimo. *Plum. nov. pl. gen. pag.* 3. cum qua proxime convenit Saguaſter major, Nibum Beſoar. *Rumph. Herb. Amboin. lib.* 1. *cap.* 14. Caryota hoc genus a *Linnaeo in tractat. de Muſa Cliffort. pag.* 12. vocatur, ubi accuratiſſime ejus notae characteriſticae recenſentur. primusque eſt, qui Palmarum ſpecies in varias claſſes ſeu genera diſtinxit, intricatasque illarum notas in eleganti illo tractatu explicavit, & in ordinem redegit. & Kettule *Robert. Knox hiſt. Ceyl. edit. Belg. pag.* 21. ubi ita deſcribitur: Recto adſurgit haec arbor trunco, ſed non tam alta, nec ita craſſa eſt, ac *Coccigera* arbor, lignum non ultra tres digitos craſſum, durum, ſolidum, & grave: intus nihil aliud reperitur, niſi medulla alba, ut in arbore *Tallipot.* Succum dat, qui vocatur *Tellegie*, dulciſſimus hic eſt, & jucundi

jucundi ſaporis, maximeque proficuus corpori humano, verum non aqua fortior, nec inebrians eſt hic ſuccus, bis de die petunt ex hac arbore illum, & ſi optima ſit arbor, ter de die; vulgaris arbor duodecim, quaedam ſexdecim praebet amphoras, immo aliae plures uno de die, hunc ſuccum coquunt, & conficiunt inde ſaccharum rubrum *Jaggory* illis dictum, quod etiam arte quadam albiſſimum reddi poteſt. Arbor haec KITULAETHA & KITUL Zeylonenſibus dicta eſt. *Kitulraena* ejus fructus, & *Kitulmala* ejus flores vocantur. ut notatur in *Muſ. Zeyl.*

PALMA Indica TAL & TALGHALA dicta, fructu carnoſo, dulci & eduli putamine incluſo. *Muſ. Zeyl. pag.* 49. Pro Carim Pana haec a Dom. *Syen.* habetur in *notis* ad *H. Malab. part.* 1. *pag.* 12. ubi vocatur Palma coccifera, complicato folio, fructu minore. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 49. quae eſt Palma coccifera, folio plicatili, flabelliformi, foemina, Carimpana *H. Malab.* Palmera Brava foemina Luſitanis. *Ray. in hiſt. pl. pag.* 1366. ſed ab hac arbore TAL ſeu TALGHAHA diverſam eſſe dicit. Carimpana haec a *Plumier.* in *nov. pl. gen. pag.* 2. vocatur Palma coccifera, complicato folio, fructu minore, *Pauli Hermans.* & *Linnaeo* in *tractat. de Muſa Cliffort. pag.* 13. eſt Boruſſus foemina, ubi nota ejus characteriſtica exhibetur. cujus mas eſt Ampana *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 10. quae *Plumierio* eſt Palma Malabarica, floſculis ſtellatis, fructu longo, ſquamato.
Hujus fructus cum carne exteriore *Talghaedi* Zeylonenſibus vocantur. & *Talaetha* officulum fructus carni ſeu putamini incluſum, ut notatur in *Muſ. Zeyl. pag.* 49.

PALMA Zeylanica, folio longiſſimo & latiſſimo, TALA & TALAGHAS dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 54. Palma montana, folio plicatili, flabelliformi, maximo, ſemel tantum frugifera, *Ray. hiſt. pl. pag.* 1367. *Plukn. Almag. pag.* 277. Codda-Panna, ſeu Palma montana, Malabarica. *H. Malab. part.* 3. a *Tab.* 1. ad 13. ubi in notis Palma montana, Malabarica, folio magno, complicato, acuto, flore albo, racemoſo, fructu rotundo *ibidem.* & *Commel. Fl. Malab. pag.* 50. ut & *Plumier. nov. pl. gen. pag* 3. & in notis *pag.* 6. a *Joh. Commel.* huic jungitur Arbor foliis ſex brachiorum longis, cujus folio extenſo tres quatuorve viri in itinere operiuntur, ut pluvias non metuant. *Casp. Bauh in Pinac.* Corypha haec a *Linnaeo in tract. de Muſa Cliffort. pag.* 11. vocatur. Talli-

pot a *Knox* vocatur in *descript. insul. Ceyl. pag.* 20. cujus descriptionem Latine versam tradit *Ray. in hist. pl. pag.* 1336. TALAGHAS h. e. arbor TALA & TALAGAYA Zeylonensibus dicitur.

Palma Indica, Coccifera, angulosa, *C. B. P. pag.* 508. *Par. Bat. Pr. pag.* 361. *Mus. Zeyl. pag.* 50. *Plukn. Almag. pag.* 275. *Ray. hist. pl. pag.* 1356. *Sloan. Cat. pl. Jamaic. pag.* 132. *Hist. Jam. vol.* 2. *pag.* 8. *Commel. Fl. Malab. pag.* 50. apud quos plurima invenies synonyma. Palma major Coccifera, Tenga *H. Malab. H. Beaum. pag.* 33. *Plum. nov. pl. gen. pag.* 2. Palma nucifera, Indica, major. *Jonst. dendr. pag.* 145. Palma, sive Nux Indica, vulgaris Cocos ferens. *Parkins Theat. pag.* 1596. Inaia Guacuiba, vulgo Cocos. *Pison. pag.* 130. Coccus *Clus. lib.* 1. *aromat. cap.* 26. *pag.* 191. & *Linnaei in tract. de Musa Clifort. pag.* 11. Coccus Officinarum. *Dale Pharm. supplem. pag.* 258. ubi vide reliqua. Arboris hujus elegantes occurrunt Figurae in *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 1, 2, 3, 4. nomine Tengae, ubi consule notas, & *Joh. Freyer in itiner. per Indiam.* hujus etiam bonam habet Figuram & descript. *pag.* 9 & 10. nec non *Rumph.* in *Herbar. Ambon. lib.* 1. *cap.* 1. ubi Palma Indica major, Coccifera, Cocos & Calappa vocatur, qui amplam hujus arboris habet descriptionem & optimas etiam Figuras. Cocos sive arbor Crepitaculorum a *Grimm. in Labor. Ceyl. pag.* 101. vocatur. ubi haec habet: Praeter suam satis agnitam utilitatem suppeditat nobis in gratiam Medicinae, Chirurgiae & Alchimiae pulcherrimum quoddam acetum destillatum, quod in quibusvis casibus melius est quam Acetum Vini. &c. Oleum recens e putaminibus ejus expressum optime commendatur, etiam pro Chirurgia, praesertim in adustionibus, etenim valde refrigerans est & dolorem mitigans, ubi porro bonum unguentum ad adustiones praescribit: Cocos haec nobis inservit loco lactis, Amygdalarum, pro fluoribus alvi, refrigerat & moderatur acrimonias lutosarum materiarum in visceribus. Optimum etiam est in Gonorrhaea, Urinae ardoribus, quos cito pacificat. & Oleum recens expressum aeque bonos effectus operatur, quam Oleum Amygdalarum. POLGHAHA haec arbor Zeylonensibus dicitur.

Palma Indica, minor, fructu *Areca* dicto, vulgaris. *Mus. Zeyl. pag.* 51. Palma Arecifera, nucleo versicolore, Nuci Moschatae similis. *Par. Bat. Pr. pag.* 361. *Fl. Malab. pag.* 50. ubi varia adsunt synonyma. a *Plukn. in Almag. pag.* 257. & *in Phyt. Tab.* 309. *Fig.* 4. exprimitur, quae cum Caunga

Caunga *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 5, 6, 7, 8. vix quadrat. Palma, cujus fructus ſeſſilis *Faufel* dicitur *C. B. P. pag.* 510. *Plum. nov. pl. gen. pag.* 2. Palma Faufilifera. *Jonſt. dendr. pag.* 151. Palma, cujus ſuccus inſpiſſatus, *Terra Japonica* ſeu *Catechu* Officinarum *Dale Pharm. pag.* 386. ubi varias auctorum opiniones de ea tradit, quas collegit *Wedelius in Ephemer. German. ann.* 2. *obſ.* 128. Faufel, ſeu Areca, Palmae foliis. *J. B. tom.* 1. *pag.* 389. Nux Faufel, ſeu Pinangh *Bont. pag.* 90. Areca, ſeu Faufel, ſive Avellana Indiana, verſicolor *Park. Theat. pag.* 1642. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1363. Pinanga Areca, ſeu Nux Faufel, Pinangh. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 1. *cap.* 5. ubi elegans Figura cum ampla deſcriptione, & aliis hujus ſpeciebus inveniuntur. &c. PUWAKGHAHA Zeylonenſibus dicitur.

Palma Indica, minor, regia, fructu *Areca* dicto, rubente. *Muſ. Zeyl. pag.* 66. Palma, cujus fructus oblongus, faufel ſimilis *C. B. Pin. pag.* 510. Secunda haec ſpecies Pinangae ſylveſtris, globoſae a *Rumph. in Herb. Ambon. lib.* 1. *cap.* 7. deſcripta, ut ſi editum fuerit hoc opus, melius conſtabit. LENATAESI haec proprie dicitur Zeylonenſibus.

Palma Dactylifera, major, & Dactylus vulgo. *Par. Bat. Pr. pag.* 360. Palma major *C. B. Pin. pag.* 506. *Muſ. Zeyl. pag.* 69. *Plum. nov. pl. gen. pag.* 2. Palma Dactylifera. *Linſchot. part.* 4. *Ind. Orient. Fig.* 14. Palma *J. B. tom.* 1. *pag.* 351. & *Ray. hiſt. pl. pag.* 1352 Palma vulgaris. *Park. Theat. pag.* 1545. Palma Dactylifera, major, vulgaris. *Jonſt. Dendr. lib.* 2. *pag.* 138. ubi reliquos adlegatos vide auctores, nec non apud *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 174. qui innumera fere habet ſynonyma. & *Hiſt. part.* 2. *pag.* 111 Haec eſt *Phoenix* veterum apud *Kaemph. in amoenit. exot. pag.* 669. qui quam ampliſſime & accuratiſſime hujus, & etiam aliarum ſpecierum, hiſtoriam & figuram dedit. hujus character exactiſſime definitur a *Linnaco* in *tract. de Muſa Clifort. pag.* 12. ad Phoenix *Kaemph.* INDI & MAHAINDI Zeylonenſibus.

Palma Dactylifera, minor, humilis, ſylveſtris, fructu minore. *Par. Bat. Pr. pag.* 361. *Muſ. Zeyl. pag.* 69. *Plukn. Almag. pag.* 277. Palma Dactylifera, minor, Zeylanica, humilis. *Muſ. Zeyl. pag.* 66. de hac vide *Kaemph. in amoenit. exot. pag.* 667. & *H. Malab. part.* 3. *Tab.* 22, 23, 24 & 25. ubi Katou-Indel vocatur, & in notis Palma ſylveſtris, Mala-

Malabarica, folio acuto, fructu Pruni facie. vide & *Fl. Malab. pag.* 50. HINDI Zeylonenſibus dicitur.

PANAGHAS. *Muſ. Zeyl. pag.* 5.

PAPAYA, foemina. *Nobis.* Papaya. *Muſ. Zeyl. pag.* 66. Papaya Melopeponis effigie. *Plum. pag.* 659. Pepo arboreſcens, ſeu Papaya Orientalis, foemina ſive fertilis. *Col. in Rech. pag.* 870. *Par. Bat. Pr. pag.* 362. & *Fl. Malab. pag.* 51. Arbor Melonifera. *Muſ. Zeyl. pag.* 58. & *Bontii pag.* 159. Papaya Peruviana. *J. B. tom.* 1. *pag.* 147. *Muſ. Zeyl pag.* 60. Papayamaram *H. Malab. part.* 1. *Fig.* 15. ubi *pag.* 24. vide notas, & *Merian. inſect. Surin. pag.* 40. Papaya major, flore & fructu majoribus, pediculis curtis inſidentibus. *Sloan Cat. pl. Jam. pag.* 202. qui plurima habet ſynonyma. vide & *Hiſt. Jam. vol.* 2. *pag.* 164. Mamaera Foemina *Park. Theat. pag.* 1649. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1370. PAEPOL & PAPOLGHAHA Zeylonenſibus.

PAPAYA mas. *Boerh. Ind. Hort. Lug. Bat. part.* 2. *pag.* 170. Mamaera mas. *Parkins Th. pag.* 1649. *Cluſ. cur. poſter. pag.* 80. Pepo arboreſcens mas ſeu ſterilis. *Par. Bat. Pr. pag.* 362. *Fl. Malab. pag.* 52. Amba Paya *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 15. ubi in notis Papaya Orientalis mas ſeu ſterilis a *Commel.* vocatur. Pinoguacu mas. *Piſon pag.* 159. Quum auctores has ſeparavere, & nos eos ſecuti fuimus, eſt autem proprie una eademque arbor, ut Cannabis mas & foemina eſt una eademque planta. Unde & alii melius has combinarunt, ut fecit *Plukn. in Almag. Botan. pag.* 145. ubi vocatur Ficus arbor utriusque Indiae Platani foliis, μονοτελεχὴς, fructu Mali Cydonii aut Melonis magnitudine, & utriusque Figuras exhibet in *Phyt. Tab.* 278. *Rumphius in Herbar. Ambon. lib.* 1. *cap.* 44. utrasque conjungens deſcribit, & ſimul etiam exhibet earum figuras, nomine Papajae Maris & Foeminae.

PARONYCHIA foliis ad genicula confertis, acutis, floribus umbellatis. *Nobis. Tab.* 65. *Fig.* 2. Limonium Zeylanicum, folio minutiſſimo, habitu toto quaſi argenteo. *Herb. Hart.* Gramen pratenſe, Gallii folio, umbella alba, florida, Amaranthoide. *Muſ. Zeyl. pag.* 42. Gramen Zeyl. pratenſe, Gallii foliis, umbella alba, ſparſa, Amaranthoide. *Herb. Herm.* Gramen Zeylanicum, album, parvum, umbellatum. *Muſ. Zeyl. pag.* 64. Amarantus Zeylanicus, umbellatus, folio

Lari-

Laricis, umbella fere candida. *Muſ. Zeyl. pag.* 29. Amarantus folio tenuiſſimo, incano, Molluginem aemulante, umbellatis floribus, incarnatis, rigidis, Zeylanica. *Boccone. Muſ. pag.* 44. *Tab.* 39. Elichryſo affinis herba Indica, Polygonoides, ramoſior, foliolis caulium nodos radiatim ambientibus, coma paleacea, flore albo, lituris aureis ſtriato. *Plukn. Phyt. Tab.* 86. *Fig.* 6. Polygonum ſericeum, ramoſius, Indicum, foliolis Gallii inſtar caulem cingentibus &c. *Mantiſſ. pag.* 154.
KIRIHAENDA Zeylonenſibus.
Ex radice cinerea, fibrilloſa, ſatis firma pro Plantae magnitudine, oritur caulis teres, articulatus, pubeſcens, cui folia ad articulos plura adnaſcuntur, decem, plura, vel pauciora, Linariae aut Molluginis forma, acuminata, ſquammis albicantibus ejusdem formae mixta: Rami ad articulos interdum emittuntur ſolitarii, quo magis verſus ſummitatem, eo frequentiores; ad ſummum autem caulis nulla fere folia conſpiciuntur, ſed caulis dichotome dividitur, & flores confertos, tanquam in umbella continet. Horum florum calix eſt quinquefolius, oblongo-acutus, albus, nitidus, inmarceſcens, petala quinque omnium minima, vix viſibilia, ſubrotunda, ſtamina florum itidem quinque, minima, ſemen unicum apparet fere triquetrum, breve, unde proxime ad Paronychias, licet cum Polygono in plurimis etiam conveniat. Exilitas autem florum examen vix permittentium effecit, ut tot ac tam variis inſignita ſit haec planta nominibus, nec hactenus bene expreſſa fuerit.

PATSJOTTI Zeylanica, Lauro-Ceraſi folio laeviter ſerrato. *D. Petiv. Act. Phil. Lond. vol.* 22. *no.* 271. *pl.* 98. & apud *Ray. tom.* 3. *dendr. pag.* 49. Katou-Patsjotti. *H. Malab. part.* 5. *Tab.* 7. qui eſt Frutex baccifer, Malabaricus, fructu, calice excepto, ſulcato, tripyreno. *Ray. hiſt. pl pag.* 1572. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 30. huc ſpectat Arbor Africana, ſubrotundo folio, margine denticulis acutis aſperato, floribus pentapetalis, atro-purpureis. *Plukn. Phyt. Tab.* 263. *Fig.* 1 & 2. ſeu Baccifera Indica, fructu umbilicato, racemoſo, monopyreno. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1498. & Patsjotti *Malab. Commel. Fl. Malab. pag.* 12 & 51.

PEPO Indicus, reticulatus, ſeminibus albis, major. *H. L. Bat. pag.* 482. Cucurbita Zeylanica, reticulata, major, ſeminibus albis, *Luffa* Arabum *Veſling. Muſ. Zeyl. pag.* 62. Cucumis Ægyptius, reticulatus,

ſive Luffa Arabum. *Veſtin. in Alpin. pag.* 48. ubi ejus Figura cum deſcript. *Moris. Hiſt. pl. tom* 2. *pag.* 35. Cucumis, rectius Pepo Ægyptius, reticulatus, ſeu Luffa Arabum. Veſling. *Ray. hiſt. pl. pag.* 640. WAETHAKOLU Zeylonenſibus.

Pepo Indicus, reticulatus, ſeminibus albis, minor, TITTAWAETHA Zeylonenſibus. *H. L. Bat. pag.* 482. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1874. Cucurbita Zeylanica, reticulata, minor, ſeminibus albis. *Muſ. Zeyl. pag.* 63. ubi WATTAKOLA Zeylonice dicitur.

Pepo Indicus, reticulatus, ſeminibus nigris, minor. *H. L. Bat. pag.* 482. *Plukn. Almag. pag.* 286. Pepo Zeylanicus, reticulatus, & ſulcatus, ſemine nigro, *Par. Bat. App. pag.* 11. *Ray. hiſt. pl. tom.* 3. *pag.* 332. ubi ejus deſcriptio. Luffa Zeylanica, fructu oblongo, ſemine nigro. *D. Tilly.* quo nomine ab egregio illo Botanico miſſa fuere hujus plantae ſemina.

PERICLYMENUM Indicum, foliis maculatis, latioribus, Laurinis. *Nobis.* Periclymenum Zeylanicum, herbaceum, foliis variegatis, diverſicoloribus maculis ornatis. *Par. Bat. Pr. pag.* 363. *Muſ. Zeyl. pag.* 37. *Plukn. Phyt. Tab.* 212. *Fig.* 6. Tsjude-Maram *H. Malab. part.* 6. *Tab.* 60. Periclymenum Sinenſe, variegatum, flore ſanguineo, amplo, quod Lignum Colubrinum optimum, Zeylanicum, Hermanni *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 82. *Commel. Fl Malab. pag.* 52. qui Frutex Indicus, flore papilionaceo, ſanguineo, foliis pinnatis, fructu viduus. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1733. Clematis Indica, foliis Lentiſcinis, candidis maculis adſperſis. *C. B Pin. pag.* 301. Ligni Colubrini tertium genus. *Garziae ab Horto pag.* 164. a plurimis auctoribus huic Periclymeno pro ſynonymo juncta fuit Clematis Indica, foliis Perſicae, fructu Periclymeni. *C. B. P.* & Lignum Colubrinum primum & laudatiſſimum *Garziae.* quod plane ab hoc diverſum eſt, quippe quod nec habeat folia variegata, nec flores magnos ſanguineos in ſpica collectos; ſed folia glabra, viridia, & floſculos parvos, pentapetaloides perfecte ut *Liguſtri.* unde & illam ad *Liguſtrum* reduximus, ubi ſupra ejus deſcriptio & Figura juxta plantam *Herbar. Herman.* in ipſa Zeylona ab illo viro collectam conſuli poteſt, quae multum ab hac planta differt, & puto huic convenire tertium Ligni Colubrini genus *Garziae*, nec non Clematis

1. Periploca Indica.

2. Piper Betle.

Fig. 1.

Fig. 2.

PIPER, qui Saururus foliis septi-nerviis, oblongo-acuminatis. Nobis.

PERIPLOCA foliis angustis, acutis, glabris. Nobis.

matis Indica, foliis Lentiſcinis variegatis *C. B. P.* quod ſi *Garziae* deſcriptio perfectior, & abſoluta eſſet, pro certo determinari melius poſſet.

PERICLYMENUM Indicum, foliis maculatis, anguſtioribus, Salicinis. *Nobis.* Periclymeni ſpecies, foliis maculatis ex monte Adami, quae Colubrina Zeylanica. *Muſ. Zeyl. pag.* 55. an Periclymeno Sinenſi variegato ſimilis frutex, longo, anguſto folio, variegato, Sinicus. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 82. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 52? quod eſt Tsjere-Maram *H. Malab. part.* 6. *Tab.* 61. NAGHAWAELI Zeylonenſibus, a *Nagha* Colubro appellato, cujus ictus hujus plantae folia mirifice & ſpecifice ſanant.

PERIPLOCA foliis anguſtis, acutis, glabris. *Nobis. Tab.* 83. *Fig.* 1. Periploca Zeylanica perfoliata, Salicis folio. *Herb. Hart.*
Sarmentoſa haec planta caulem habet rotundum, cinereum, ſcabrum, tuberculis minimis plurimis obductum, ex cujus geniculis folia fere ſeſſilia, bina ſibi oppoſita proveniunt glabra, ſuperne laete viridia, inferne pallida & cinerea, oblonga, acuta, integra, venoſa, ad horum alas apparent floſculi arcte cohaerentes, plurimi, calicibus minutiſſimis contenti pentapetaloides, ſtamina minima, quinque coalita, cum gemino piſtillo minimo habentes, quibus ſuccedunt ſiliquae, ut in aliis hujus ſpeciebus.

PERSICA Indica, fructu villoſo *Manghas* vocato. *Muſ. Zeyl. pag.* 54. Perſicae ſimilis putamine villoſo, AMBA Zeylonenſibus. *ibidem.* & *C. B. Pin. pag.* 440. reliqua vide ſupra ad *Mangiferam* arborem. *pag.* 152.

PHASEOLUS viſcoſus, ſpicato flore, ac fructu villoſo. *Nobis. Tab.* 84. *Fig.* 1. Hedyſarum Zeylanicum, triphyllum, rotundiori folio, flore coeruleo. *Herb. Hart.* Hedyſarum Zeylanicum, trifoliatum, viſcoſum, Phaſeoli folio ſubrotundo, ſiliculis compreſſis, hirſutis. *Muſ. Zeyl. pag.* 36.
Gerit haec Phaſeoli ſpecies caules villoſos, e purpureo nigricantes, villis undique tenuiſſimis tanquam lanugine quadam obductos, rotundos, viſcoſos; folia ex illis erumpunt unciali, firmo, ſimilique cum caule ſuffulta pediculo, terna, ſubrotunda, bina inferiora oppoſita, & minora, tertium ſuperius & majus in acutiorem apicem de-

finit. Folia haec parte superiore sunt glaberrima, venosa, obscure virentia, inferiore vero incana & lanuginosa. Caulis summum terminant flores in longissimis spicis porrecti, parvi, papilionacei, coerulescentes, gemini oppositi, sat magnis calicibus contenti, & pediculis fere semiuncialibus suffulti, quibus succedunt siliculae tenues, incanae, hirsutissimae, & undique quasi molli lanugine obductae, in acutissimum mucronem desinentes, quae quum justam in nostra planta nondum acquisiverunt maturitatem, de earum magnitudine, seminibusque nihil dicimus: in omnibus tamen cum reliquis Phaseoli speciebus convenit haec planta.

Phaseolus Zeylanicus, tomentosus, Salviae foliis, lobis parvis, oblique articulatis, alter. *Mus. Zeyl. pag.* 7. Phaseolus Zeylanicus, Salviae foliis subrotundis, mollibus & hirsutis. *Par. Bat. Pr. pag.* 364. Orobus Phaseoloides Zeylanicus, foliis Salviae, rotundis, incanis, subhirsutis. *ibidem. pag.* 359. Phaseolus minor, Bisnagaricus, foliis argenteo-villosis, siliquis torosis, brevibus, spadicea hirsutie pubescentibus, fructu parvo, Scaraboide, nigro. *Plukn. Phyt. Tab.* 52. *Fig.* 3. an Nir-Pullari *H. Malab. part.* 9. *Tab.* 36? WAELUNDU & WAELUNDUWAEL Zeylonensibus.

Phaseolus exiguus, glaber, Trifolii foliis, siliqua plana, compressa, *Nobis. Tab.* 84. *Fig.* 2. Phaseolus Zeylanicus, minimus, flore rubello, siliqua minima. *Herb. Hart.*

Caules hujus plantae sunt filiformes, tenuissimi, longissimi, laeves; folia unciali spatio remota nascuntur terna, Trifolii figura ac forma, subrotunda, magis tamen obtusa & fere deltoidea, petiolis tenuissimis insidentia; ex foliorum autem ala enascitur petiolus communis, triuncialis, flores continens secundum longitudinem positos, parvos, rubellos, papilionaceos, qui tandem abeunt in siliquas parvas, obtusas, planas, glabras, nigras, dispermas, rarius trispermas, quae semina continent subrotunda, reniformia, glabra, nigra, splendentia.

Phaseoli villosi species, BUMUM & BUNCAE Zeylonensibus. *Mus. Zeyl. pag.* 22. forte Phaseolus Maderasp. cauliculis pilosis, scandens, Passiflorae modo trilobatus &c. *Plukn. Almag. pag.* 292. *pl.* 5. & *Phyt. Tab.* 120. *Fig.* 7. BUNUM dicitur a *Bu*, quod notat capillos teneros, seu villos; hujus & alia datur species laevis, sine villis, ut notatur in *Mus.*

Tyg. Hedysarum viscidum. 2. 2. Dolichos minimus.



Fig. 2.

Fig. 1.

PHASEOLUS exiguus, glaber, Trifolii foliis, filiqua plana, compressa. Nobis.

PHASEOLUS viscosus, spicato flore, ac fructu villoso. Nobis.

Muſ. Zeyl. qui eſt forte Phaſeolus Maderasp. foliis glabris, trilobatus, floribus exiguis, longis petiolis ex eodem puncto gemellis. *Plukn. Phyt. Tab.* 214. *Fig.* 3.

Phaseolus Indicus, AVARAPALU dictus. *Muſ. Zeyl. pag.* 49. Phaſeolus Indicus, lobis bullatis, dorſo trifido alato. *ibidem.* & *pag.* 53. Phaſeolus Zeylanicus, ſylveſtris minor, lobis hirſutis, toroſis *D. Hermans* apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 438. ubi additur, Folia huic ſatis lata ſunt, apicibus ſubrotundis. Flores e foliorum, alis exeunt plures ſimul in pediculis communibus, brevibus, minimis, foliolis ſuppoſitis. Huc ſpectat Phaſeolus erectus, minor, ſiliqua tereti, ventricoſa, pallide flaveſcente, ſemine albo. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 72. & *Hiſt. Jam. part.* 1. *pag.* 183.

Phaseolus ſylvaticus, ſiliquis anguſtis. *Muſ. Zeyl. pag.* 43. Phaſeolus Zeylanicus, tenellus, ſiliquis anguſtis. *ibidem. pag.* 44. an Paeru *H. Malab. part.* 8. *Tab.* 41? qui Phaſeolus Indicus, trifoliatus minor, flore coeruleo, fructu minore, in notis vocatur *pag.* 81. & *Fl. Malab. pag.* 54. Phaſeolus Indicus, trifoliatus, minor, flore coeruleo, ſiliqua longa, anguſtiſſima, ſabis membranis transverſis diſſeptis, apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 444. WALLUNAE Zeylonenſibus. *Lunae* notat ſpeciem Phaſeolorum longiſſimorum.

Phaseolus ſylvaticus, lobis anguſtis, longiſſimis. *Muſ. Zeyl. pag.* 43. quae prioris varietas habenda, vel forte eadem.

Phaseolus Zeylanicus, ſylveſtris, maximus, *Muſ. Zeyl. pag.* 44. an Bara-Mareka *H. Malab. part.* 8 *Tab.* 44? qui Phaſeolus Indicus, trifolius, ſiliqua longa, grandi, ſabis eſculentis. *Ray. tom.* 3. *pag.* 445. ut & Phaſeolus maximus, ſiliqua enſiformi, nervis inſignita, & ſemine albo, membranula incluſo. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 68. ubi plura habet ſynonyma. MAHAUWARUPALU Zeylonenſibus.

Phaseolus Zeylanicus, marinus, folio pingui, & craſſo. *Muſ. Zeyl. pag.* 43. Phaſeolus Zeylanicus, marinus. *ibidem. pag.* 44. Phaſeolus Zeyl. marinus, craſſus, an Flos Thomeus? *ibidem. pag.* 54. Phaſeolus Indicus, maritimus, perennis, foliis craſſis, ſubrotundis, minor *Par. Bat. Pr. pag.* 364. & *Fl. Malab. pag.* 53. Catu Bara. Mareca *H. Malab. part.* 8. *Tab.* 45. qui Phaſeolus trifolius, Indicus, ſiliqua grandi,

recurva, fabis craſſis, ovalibus, noxiis. *Ray. tom.* 3. *pag.* 446. huc ſpectat Phaſeolus maritimus, rotundifolius, flore purpureo, ſiliqua brevi, criſtata, ſemine fuſco, ſtriato. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 69 &c. *Strantrottang* Vulgo. MUNDUMAE Zeylonenſibus.

PHASEOLUS marinus, floribus flavis, folio molli, albo, eduli, Zeylanicus. *Muſ. Zeyl. pag.* 68. Phaſeolus maritimus, folio molliori. *ibidem. pag.* 27. ÆTHAKOLA Zeylonenſibus.

PHASEOLUS erectus, caule & folio rigidis, flore pallide luteo, ſiliqua craſſa & ampla. *Boerh. Ind. in Octavo pag.* 152. qui ſemine eſt variegato, & idem ſemine albo, in ejus *Ind. H. L. B. part.* 2. *pag.* 28. Phaſeolus orthocaulis *Fabii Colum.* an fructus niger Coriandro ſimilis *C. B. Muſ. Zeyl. pag.* 48? Phaſeolus Perſicus, orthocaulis, ſiliquis hirſutis, Lupino minoribus *ibidem. pag.* 63. hujus videtur varietas. Phaſeolus orthocaulis, Mungo Perſarum, Turcarum Maſc, Hispanorum Max, *Fab. Col. in Recch. pag.* 887. ubi icon & deſcript. & *Amm. Char. pl. pag.* 480. Phaſeolus erectus, hirſutus, caule quinquangulari, auriculato, flore viridi, luteſcente, ſiliqua in roſtrum incurvum deſinente. *Plukn. Almag. pag.* 290. Mungo *Cluſ. lib.* 2. *cap.* 21. MUN & MUNG Zeylonenſibus.

PHASEOLUS Zeylanicus, leguminoſus, lobis longis, anguſtiſſimis, MAEMUNG, Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 67. Phaſeolus hirſutus, flexicaulis, *Mungo* affinis, caule tereti &c. *Plukn. Almag. pag.* 290. MAEMUNG hoc eſt *Mung* volubilis. *Mung* enim denotat Phaſeolum orthocaulem, ut dicitur in *Muſ. Zeyl. pag.* 67.

PHASEOLUS Zeylanicus, lacteſcens, fructu fuſco, ſplendente, figura renum KIRIPUSWAEL Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 49. an Phaſeolus minor, lacteſcens, flore purpureo? *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 71 & *Hiſt. Jam. part.* 1. *Tab.* 114. *Fig.* 4. vide & *Ray. hiſt. pl. pag.* 442. ubi ejus deſcriptio. KIRIPUSWAEL, id eſt *Puswael* lacteſcens, ut explicatur in *Muſ. Zeyl. loco citato.*

PHASEOLUS Zeylanicus, MEKARAL dictus. *Muſ. Zeyl. pag.* 59.

PHASEOLUS Zeylanicus, minor, fructu parvo, albo. *Heiſt. Cat. pl. H. Acad. Jul. ann.* 1731. *pag.* 17.

PHA-

PHASEOLUS Indicus, fructu ex albo, & nigro variegato. *Muſ. Zeyl. pag.* 59. an Phaſeolus peregrinus, octavus, ſeu anguſtifolius alter, fructu ex albo & nigro vario. *C. B. P. Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 67. & *Hiſt. Jam. part.* 1. *pag.* 176?

PHASEOLUS Indicus, hortenſis, aureo fructu, ſpadiceo hilo, oblongo, albo prominente. *Muſ. Zeyl. pag.* 60. Lablab ſpadiceum *ibidem.* Phaſeolus Zeylanicus ſemine duro, fuſco, lituris ſpadiceis variegato. *Plukn. Almag. pag.* 291. Phaſeolus Guinenſis, fructu fuſco, ſpadiceo. *C. B. Pin. pag.* 341. HINDAMINI Zeylonenſibus.

PHASEOLUS Indicus, lobis utraque extremitate fimbriatis. IRIWYA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 63.

PHASEOLUS Indicus, lobis villoſis, pruritum excitantibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 60. Phaſeolus Indiae Orientalis, ſiliquis plurimis, hirſutie pungentibus, faba magna Oſtream referente. forte Kaku-Valli *H. Malab. part.* 8. *Tab.* 36. apud *Plukn. Almag. pag.* 292? Kaku-Valli *H. Malab.* a *Commel.* in notis vocatur Phaſeolus Indicus, ſiliqua majore pungente & in *Fl. Malab. pag.* 53. apud quos reliqua vide ſynonyma, & *Ray. hiſt. pl. tom.* 3. *pag.* 444 ut & *Sloan. Catal. pl. Jam. pag.* 68. planta quarta, quae eſt Phaſeolus Braſilianus, fruteſcens, lobis villoſis, pungentibus, maximis. *Par. Bat. Pr. pag.* 363. &c. MANGULKARANDU Zeylonenſibus.

PHASEOLUS Zeylanicus, lobis undiquaque piloſis, fructu lucido, nigro. *Muſ. Zeyl. pag.* 67. Phaſeolus Orientalis, pruritum excitans hirſutie ſiliquarum, fructu nigro, ſplendente. *Plukn. Almag. pag.* 292. Phaſeolus utriusque Indiae, lobis villoſis, pungentibus, minor. *Par. Bat. Pr. pag.* 364. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 69. Phaſeolus Zurattenſis, villoſus, ſiliqua hirſuta, pungente. *Parkin Moris. hiſt. Oxon. pag.* 69. *Amm. H. Boſian. pag.* 27. & *Char. pl. pag.* 467. Phaſeolus Zurattenſis, ſiliqua hirſuta *Couhage* dicta. *Ray. hiſt. pl. pag.* 887. & *tom.* 3. *pag.* 444. & *Fl. Malab. pag.* 53. Phaſeolus ſiliqua hirſuta *Parkins Theat. pag.* 1056. ADSARYAPALA Zeylonenſibus, ab *Adſari*, quod fabrum ferrarium notat, forte quod ſemina ſint nigri coloris.

PHASEOLUS Indicus, herbaceus, lobis villoſis pungentibus, minor.

Muſ.

Muſ. Zeyl. pag. 69. Phaſeolus Americ. foliis molli lanugine obſitis, ſiliquis plurimis hirſutie pungentibus, ſemine fuſco, punctato, *Plukn. Phyt. Tab.* 214. *Fig.* 1. Phaſeolus hirſutus, virgatus, prurigineus. *Plum. Cat. pl. Amer. pag.* 8. Phaſeolus Indicus, ſiliquis anguſtis, hirſutis, ſabis ſpadiceo fuſcis, membranis intercedentibus ſejunctis, *Ray. tom.* 3. *pag.* 444. Putsja-Peru *H. Malab. part.* 8. *Tab.* 37. qui eſt Phaſeolus Indicus, hirſutus, flore luteo, ſiliqua anguſta, parva, hiſpida. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 82. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 53. Phaſeolus ſylveſtris, minor, flore minimo, ſiliquis longis, teretibus, alba lanugine hirſutis. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 71. Cacara, pruritus. Cacara Gattal, Maagde-kruyt. *Rumph. Herbar. Ambon. lib.* 9. *cap.* 34. ubi a capite 20 plurimas deſcribit & depingit Phaſeolorum ſpecies. WANDURUMAE Zeylonenſibus.

PHASEOLUS arboreus, tetraphyllus, Zeylanicus, Horti Regii aulae Hampton. *Plukn. Phyt. Tab.* 211. *Fig.* 5. & *Ray. tom.* 3. *pag.* 438.

PHASEOLUS Zeylanicus, folio longo, ſiliqua tenui, ſemine parvo, pallido. *Boerh. Ind. H. L. Bat. part.* 2. *pag.* 29.

PHASEOLUS Zeylanicus, folio longo, ſiliqua tenui, ſemine violaceo, pallido. *Boerh. ibidem.* Phaſeolus Zeylanicus, ſemine parvo, violaceo. *Heiſt. Catal. pl. H. Acad. Jul. ann.* 1732. *pag.* 17. ubi & Phaſeolaſtrum, flore ex coeruleo, & albo vario, ſiliqua tenui, tereti, ſemine parvo, violaceo, vocatur.

PHASEOLUS Zeylanicus, ſiliquis radiatim digeſtis. *Dillen. H. Elth. pag.* 315. *Tab.* 235. *Fig.* 304. &c.

PHYLLITIS repens, ſcandensve, foliis longis, anguſtis. *D. Scherard.* apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 52. ubi ejus deſcriptio. Lingua Cervina forte ſcandens, anguſtis & undulatis foliis. *Plum. Cat. pl. Amer. pag.* 1<. Phyllitis forte minor, ſcandens, foliis anguſtis. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 1<. & *Hiſt. Jam. part.* 1. *pag.* 73. & *Plukn. Phyt. Tab.* 290. *Fig.* 3. & *Almag. pag.* 156. &c.

PHYLLITIS minor, ſcandens, Salicinis foliis, acuminatis, viridibus *D. Scherard* apud *Ray. tom* 3. *pag.* 53. & *Bobart. Hiſt. Oxon. tom.* 3. *pag.* 558. Phyllitidi ſcandenti affinis minor, graminifolia, folio oblongo,

go, acuminato, foliorum pediculis alis extantibus auctis. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 15. & *Hist. vol.* 1. *pag.* 75. *Tab.* 27. *Fig.* 2. huc spectat Lingua Cervina scandens, & ramosa, Citrii foliis minor. *Plum. Cat. pl. Amer. pag.* 15.

PIHAEMBURU adnascens arboribus putridis. *Mus. Zeyl. pag.* 2.

PIPER, qui *Saururus* foliis septinerviis, oblongo-acuminatis. *Nobis. Tab.* 83. *Fig.* 2. Piper Indicum, sylvaticum. *Mus. Zeyl. pag.* 20 & 24. Piper Zeylanicum, sylvestre. *Herbar. Gronov.* qui nobiscum hanc plantam a *D. Scherardo* quondam acceptam communicavit. Piper longum arboreum, altius, folio nervoso, minore, spica graciliore & breviore. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 44. & *Hist. Jam. vol.* 1. *pag.* 134. *Tab.* 87. *Fig.* 1. *Plukn. Mantiss. pag.* 151. Piper longum, sylvestre. *Ray. tom.* 3. *pag.* 641. ubi elegantem Piperis longi in genere ex-historia naturali *Sloane* vide descriptionem. Amolago *H. Malab. part.* 7. *Tab.* 16. quod Piper longum, angustissimum, ex Florida. *C. B. Pin. pag.* 412. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 54. ubi & alia vide synonyma. an Piper spica longa, gracili. *Plukn. Phyt. Tab.* 215. *Fig.* 2? cujus in *Almag. pag.* 297. vide synonyma. an Planta Julifera, aromatica, in uliginosis crescens locis *D. Banist.*? huc & pertinet Sirium Decumanum, Siri Tallang. *Rumph. Herb. Amboin. lib.* 7. *cap.* 24. vel Siriboa ejusdem *lib.* 9. *cap.* 3. WALLANRADHU & WALMIRIS Zeylonensibus. De hoc annotatur in *Mus. Zeyl. pag.* 20. quod folia inponantur vulneribus sordidis, & quod sint instar foliorum *Beteles* tribus nervis donata. qui plures & quidem septem numero distincti in nostra apparent planta. Cujus folia sunt scabra, lata, acuto-oblonga, solitaria, alternatim provenientia, pediculis brevibus cauli adhaerentia; qui caulis sarmentosus est, scaber, angulosus, nigricans, geniculatus, ubi flores e directo foliis opponuntur, ab altera nempe caulis parte, ubi folia erumpunt, provenientes, qui duplo longioribus spicis insident spicati, minimi, arctissime collecti, minima semina dantes in unam quasi caudam aggregata, perfecte instar Ranunculi illius, qui Cauda Muris vulgo dicitur.

PIPER rotundum ex Malabara, foliis latis, quinquenerviis, albicantibus. *Mus. Zeyl. pag.* 32. quod forte Piper Benghalense. *ibidem. pag.* 64. Molago-Codi *H. Malab. part.* 7. *Tab.* 12. quod Piper rotundum, ni-

grum, & album. *C. B. Pin. pag.* 411. *Commel. Fl. Malab. pag.* 54. *Parkins Theat. Botan. pag.* 1603. Piper nigrum *Cluſ. aromat. lib.* 1. *cap.* 22. *pag.* 183. Peponero *Acoſt. pag.* 15. Lada, aliis Molanga, ſive Piper mas & foemina. *Piſon. Mantiſſ. arom. pag.* 180. qui docet album & nigrum ejusdem plantae eſſe fructus, album ſcilicet ante inſolationem decorticari; quod confirmatur ex *H. Malab.* ubi dicitur, *cortice nigro ablato, fit Piper album.* &c.

PLANTA folia habens oblongo-rotunda, forſan *Telelu* ſeu Cochleariae ſpecies, KERATYA dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 19.

PLANTA foliis geminatis, ex oppoſito longis pediculis inter bina folia capreolo donatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 26. An Clematis Myrſinites, amplioribus foliis, Americana, forte Tety-Pote-iba Braſilienſibus, ſeu Vitis arbuſtina *Piſonis pag.* 250. apud *Plukn. Phyt. Tab.* 163. *Fig.* 2? NARAWAL & OKUWAEL Zeylonenſibus.

PLANTA parva, foliis Hyacinthi, floribus in umbella parvis. *Muſ. Zeyl. pag.* 27.

PLANTA pluribus foliis triquetris, inſtar Graminis Cyperini ſummitate foliorum in plurima folia biuncialia diviſis. *Muſ. Zeyl. pag.* 27.

PLANTA ſcandens, foliis latis, ſubrotundis, in acumen deſinentibus, ſubtus lanuginoſis, quatuor nervis donatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 27.

PLANTA ſemine Althaeae. *Muſ. Zeyl. pag.* 31.

PLANTA ſpicata, floribus coeruleis HULUNAYKOLA dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 32. & *pag.* 2 & 4. Sic vocatur, quod folia ejus referant formam alicujus Colubri capellati minoris, *Hulunay* dicti. *pag.* vero 21. alia hujus ſpecies memoratur, quae longe humilior eſt, ac ſpica ſemunciali.

PLANTA ſcandens, Hederaceis foliis, Zeylanica. *Breyn. Eph. Germ. ann.* 4 & 5. *obſerv.* 137. & *Ray. hiſt. pl. pag.* 1914.

PLANTAGINELLAE aureae Alopecuroidi Braſilianae ſimilis, Zeylanica. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 84. *Plukn. Mantiſſ. pag.* 152. Plantaginella vero aurea Alopecuroides, Braſiliana, foliis gramineis ab eo exhibetur in *Cent. pag.* 108. ubi ejus iconem vide ac deſcriptionem.

PLA-

POLYGALA frutescens Lavandulae folio viridi, flore coeruleo. Nobis.

PLATANUS Zeylanica, pilulis ſetaceis, miniatis, Ceraſi magnitudine in ſpica diſpoſitis. GAEDAWAKKA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 25.

PLUMBAGO Zeylanenſis, folio ſplendente Ocymaſtri, flore lacteo. *Boerh. Ind. H. L. Bat. part.* 1. *pag.* 77. Lychnis Indica, ſpicata, Ocymaſtri foliis, fructibus oblongis, lappaceis, radice urente. *H. Amſt. tom.* 2. *pag.* 169. Lychnis Indica, ſpicata, Ocymaſtri folio, fructibus hiſpidis, floſculis albis, radice urente. *Muſ. Zeyl. pag.* 10 & 51. Lepidium dentillaria dictum, flore albo parvo. *ibidem pag.* 32. ELARATHNETHUL Zeylonenſibus. *Cuddi-Veru* Malabaris. *Ela* denotat album, *Rathnethul* vero aliam ſpeciem huic ſimilem, radice autem & floribus diverſam. ut notatur in *Muſ. Zeyl. pag.* 10. Quae eſt

PLUMBAGO Zeylanica, folio ſplendente Ocymaſtri, flore rubro. *Herb. Hart.* RATHNETHUL *Muſ. Zeyl. pag.* 51. ubi dicitur: radix recens dulceſcit, acris eſt, & corrodens, unde veſiculis excitandis frequens eſt. Cinghali eam contuſam inponunt vulneribus a Colubris, aliisque venenatis inflictis. Generis hujus Characterem habet *Linnaeus in Char. pl. gen. pag.* 44.

POLYGALA fruteſcens Lavandulae folio viridi, flore coeruleo. *Nobis. Tab.* 85. Polygala Zeylanica, Rorismarini folio, flore coeruleo. *Herb. Hart.* Peculiare huic frutici eſt, quod ubi inferior craſſiorque ramorum pars e trunco exit, ibi penitus ſit albicans & ſplendens, usque ad exortum foliorum, ubi enim illa progerminant, rami omnes viridi teguntur cortice, qui plurimi diffuſi, & vario modo ſparſi, tenues emittuntur, foliolis ſparſis nunc ſolitariis, nunc oppoſitis inſtructi: Folia autem ſunt integra, oblonga, viridia, glabra, majora, ad quorum inſertionem ſaepe etiam minora propullulant; flores ex alis foliorum ſolitarii provenientes, petiolis inſident tenuiſſimis, qui ſunt papilionacei, coloris coerulei, admodum caduci. reliqua ut *Polygalae.*

POLYPODIUM exoticum, folio Quercus *C. B. Pin. pag.* 359. *Muſ. Zeyl. pag.* 7 & 71. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 85. Polypodium Indicum. *Cluſ. exot. lib.* 4. *cap.* 17. Panna-Kelengo-Maravara. *H. Malab. part.* 12. *Tab.* 11. quod Polypodium Indicum, foliis latiſſimis. *Commel. in notis.* & *Fl. Malab. pag.* 55. Polypodium Indicum, Simbar. *Rumph.*

Herb Ambon. lib. 10. *cap.* 55. BEDURU & BENDURU Zeylonenſibus *Muſ. Zeyl. pag.* 7. ubi dicitur: Folia inferiora Quercus faciem habent, ſuperiora Polypodii noſtratis. *Grimm. in Labor. Ceyl. pag.* 124. ad caput de Polypodio Indico haec habet: ad uſum Europaeorum tranſportatur, ſyrupum nobis exhibet, qui multum confert in morbo Gallico, Scabie, Ulceribus corroſivis, Morbis Melancholicis, Cachexia, Ictero & ſimilibus, vel ſolus vel cum aliis Medicamentis commixtus.

Polypodium vario modo diviſum; acutum, & obtuſum. *Nobis. Tab.* 86. Polypodium ex locis opacis gloreoſis. *Herb. Herman.* huc ſpectat Filix Hemionitis trifida, & quinquefida, bullatis foliis, ex Inſula Johanna. An forte de genere Polypodiorum? *Plukn. Mantiſſ. pag.* 82: quae in *Amalth. pag.* 94. vocatur Filix Hemionitis, Phymatodes, id eſt, cum exanthematis pulverulenta, foliis trifidis & quinquefidis, ſegmentis anguſtioribus in acutiſſimum & valde prolixum mucronem abeuntibus, ex Inſula Joanna. cujus Figura exhibetur in ejus *Phytogr. Tab.* 404. *Fig.* 5. quae eadem cum *Fig.* 1. *illius Tabulae* videtur.
Noſtrae plantae folia ex radicibus petiolo tenui adſurgunt enſiformia, nunc obtuſiora, nunc acutiora, integerrima; Prope baſin duae, interdum unica lacinia eadem cum folii forma ad latera progerminat: Nervus folii craſſus per totam ejus longitudinem, & lacinias extenditur. Radix autem in tenuiſſima filamenta expanditur.

Polypodium caule ſimplici, foliis ſimplicibus, variis, longis, ſerratis. *Nobis. Tab.* 87. Polypodium Zeylanicum, folio inferiori tripartito, ſuperiore ſingulari, longo, ad finem ſerrato, intermedio vero folio dupliciter diviſo. *Herb. Hart.* Filix Zeylanica, Polypodii facie *Muſ. Zeyl. pag.* 35. Filicula Cheuſanica, ſeu Hemionitis multifido folio, tenuiſſime ſerrato, ad margines ſeminifera. *Plukn. Amalth. pag.* 94. *Phyt. Tab.* 407. *Fig.* 2. BENDURU Zeylonenſibus.
Variat haec admodum planta, prout rami ſunt adultiores & frugiferi, vel non: in prioribus folia ſunt longiſſima, tenuia, contracta, & ad finem tantum eorum ſerraturae apparent; in junioribus & nondum frugiferis folia ſunt lata, expanſa, ubique ſerrata. Caulis caeterum eſt ſpithamalis vel longior, folia pinnatim exeunt e caule, ſuperius ſimplicia, inferius communiter gemina, rarius terna, inferiori ſcilicet breviori. Pinnae ſecundum longitudinem ſerratae ſunt, magis tamen verſus

Polypodium phymatodes L.

POLYPODIUM vario modo divisum; acutum, & obtusum. Nobis.

Pteris ensifolia L.

POLYPODIUM caule simplici, foliis simplicibus, variis, longis, serratis. Nobis.

verſus apicem: ad margines laterum prodeunt floſculi, ac ſemina pulverulenta, ibique retrotrahitur folium, adeoque ſerraturam excludit.

PORTULACA minima aizoides, HINGHEDA dicta *Muſ. Zeyl. pag.* 62. forte Brami *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 14. quae Glaux Indica, Portulacae folio, flore majore dilute coeruleo, albicante colore. *Commel. in notis* & *Fl. Malab. pag.* 33.

PORTULACA marina, major, baccifera. *Muſ. Zeyl. pag.* 67. an Baſella *H. Malab.* ſupra propoſita? *pag.* 44.

POTHA. *Muſ. Zeyl. pag.* 6. quae Elephantum eſca *ibidem. pag.* 24. de qua dicitur: firmiſſime adnaſcitur arboribus, & maceriis, uti Hedera, fructus fert rotundos, rubros, edules, inſtar Fragariae, ut notatur *pag.* 6.

PRUNUS Indica, ſylveſtris, fructu flavo, pyriformi, DEMATHA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 3. Tani *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 10. ubi vide notas, & quae Prunus Indica, racemoſa, fructu pyriformi. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1547. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 57. Fructuum putaminibus utuntur Cinghali loco Beteles, ut notatur in *Muſ. Zeyl.*

PRUNUS Indica, fructu nigro, Olivae magnitudine, Jambolons *Acoſtae*, MADAN Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl pag.* 8. Jambolons deſcripta breviter reperitur apud *Acoſt. lib. aromat. pag.* 299. *in octavo.* huc ſpectat Prunifera vel Nucifera, ſeu Nuci-Prunifera arbor Americ. praecelſa, anguſtis Lauri foliis, laete virentibus, *Maſtichen* odoratam fundens. *Plukn. Almag. pag.* 307. *Phyt. Tab.* 217. *Fig.* 1. *Sloan. Cat pl. Jam. pag.* 180. & *Ray. tom.* 3. *Dendr. pag.* 42. ubi deſcriptio.

PRUNUS Zeylanica, Lauri folio, VERALU Cinghalenſibus. *D. Hermans* apud *Ray. tom.* 3. *Dendr. pag.* 42. Prunus racemoſa Celaſtri folio. *Muſ. Petiv. no.* 672. Sequenti modo breviter apud *Ray.* deſcribitur. Flores veluti ſpicati, plures ſimul in communi pediculo e ramis undique exeunt nullo ordine. Folia Pruni, ſed breviora, rotundiora & circa margines ſerrata.

QUAMOCLIT foliis tenuiter inciſis, & pinnatis. *Tournef. inſt. pag.* 116. *Plum. Cat. pl. Amer. pag.* 3. Convolvulus elegans, tenuifolius, ſive

Indicus pennatus, *Munting Phyt. pag.* 505. Quamoclit, vel Convolvulus pennatus, foliis Myriophylli aquatici, exoticus, *Fabii Columnae. Amm. H. Boſian. pag.* 29. ubi deſcriptio. & *Char. pl. pag.* 535. Convolvulus pennatus exoticus, rarior. Quamoclit apud *Fab. Column.* occurrit *in obſ. pag.* 72. Jasminum Millefolii folio *C. B. Pin. pag.* 398. *Muſ. Zeyl. pag.* 47. Quamoclit, ſive Jasminum Americanum *Cluſ. Cur. poſt. pag.* 9. Quamoclit, ſive Convolvulus tenuifolius. *J. B. tom.* 2. *lib.* 15. *pag.* 177. Convolvulus tenuifolius, ſive pennatus Americanus. *Parkins Theat. pag.* 170. Convolvulus exoticus, annuus, foliis Myriophylli, ſeu Millefolii aquatici, flore ſanguineo. *Moris hiſt. tom.* 2. *pag.* 20. *Commel. Fl. Malab. pag.* 21. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 58. Tsjuria-Caranti *H. Malab. part.* 11. *Tab.* 60. Flos Cardinalis, Bonga Tali. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 9. *cap.* 52. RATHABABA Zeylonenſibus, quod pronunciatur *Ratabamba* h. e. *Bamba* exotica; dicitur enim ex peregrinis locis miſſam eſſe in Zeylonam, ubi ſponte creſcit Alia *Bambae* ſpecies non florens, Adianthi foliis, ut notatur in *Muſ. Zeyl. pag.* 47. hujus generis characterem vide apud *Linnaeum in char. pl. gen. pag.* 47. qui novo nomine IPOMOEA hoc genus vocavit.

RADIX AMORIS Luſitanis; IRAMUSU Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 51. ubi additur; temperata eſt radix, moderate adſtringit, confortat, & ſpiritus refocillat, uſus quoque in affectibus arthriticis & doloribus abdominis. Radix amoris a Portugalenſibus *Res de amour* vocata. *Grimm. Labor. Ceyl. pag.* 128. ubi haec habet: Planta eſt graminoſa, quae longe repit ſuper terra, vel ſi quid ipſi adjacet, cum eo convolvitur, & aſcendit. Radix eſt aromatica, maxime cum Caryophyllata noſtra conveniens quoad ſaporem & odorem.

RHAMNUS Zeylanicus, folio ſubrotundo, glabro, caulibus hirſutis, ſpinis exiguis, ad ramorum & foliorum ortum exaſperatus, floſculo ſpadiceo, bacca nigra. *Nobis. Tab.* 88. Acaciae forte cognatus e Maderasp. frutex, Vitis Ideae Bengalenſis noſtrae foliis, & ramulis alternis ad foliorum ortum ſpinis exiguis exaſperatus. *Plukn. Phyt. Tab.* 122. *Fig.* 4. huc & ſpectat Lycium foliis ſubrotundis, integris, ſpinis & foliis ex adverſo ſitis. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 171.
Plukenetii Figura cum noſtra planta in plurimis convenit, ſed quum flore fructuque deſtituatur, incertum an eadem: noſtram ex *Herbario* Clariſſ. *Hermanni* publici juris facimus, plantae vero nullum, quae ſola fuit,

Rhamnus lineatus.



RHAMNUS Zeylanicus, folio subrotundo glabro, caulibus hirsutis, spinis exiguis, ad ramorum & foliorum ortum exasperatus, flosculo spadiceo, bacca nigra. Nobis.

Connarus monocarpos.



RHUS Zeylanicus trifoliatus, Phaseoli facie, floribus copiosis, spicatis. Nobis.

fuit, quam ſine nomine repperi, adſcriptum erat nomen, inſtituto autem examine inveni veram eſſe *Rhamni* ſpeciem, quae ramos habet tenues, flexiles, ſubhirſutos, ramulos minores alternatim emittens, qui ramuli ſimplices ſunt, ac foliis alternatis, glabris undique inſtruuntur, quorum ſingulum exacte ovatum, ſemiuncialis longitudinis, integerrimum, venis oppoſitis conſtans, petiolis linealibus inſidet: ad ſingulum folii egreſſum ſquammula quaedam rigida, aculeata, folium firmat, in folii autem ala fructificatio fit. Petiolo enim lineali ſolitarius inſidet floſculus ſpadiceus tetrapetalus, quem ſubſequitur bacca nigra, cujus diameter tres lineas continet.

RHUS Zeylanicus trifoliatus, Phaſeoli facie, floribus copioſis, ſpicatis. *Nobis. Tab.* 89. Phaſeolus Indicus, arboreſcens, monoſpermos, in lobo rubente, unicam proferens fabam. *Herb. Herm.* Phaſeolus Indicus, arboreſcens, monoſpermos. *Muſ. Zeyl. pag.* 39. Phaſeolus arboreſcens, Indicus, monoſpermos, in ſiliqua rubente unicam tantum fabam proferens. *ibidem. pag.* 54. Phaſeolus trifoliatus, fruteſcens, monococcos, fructu adipoſa mucagine. *Muſ. Zeyl. pag.* 16. Arbor trifoliata, ſiliquoſa, ſarmentoſa, unicam continens fabam. *ibidem. pag.* 30. Phaſeolus arboreſcens, Zeylanicus, monocarpos *Hermanni*, RADELISAWAEL Zeylonenſibus apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 438. ubi breviter ſic deſcribitur: Planta eſt erecta, lignoſa, trifolia, flores in ſummis ramulis geſtans, in virgis erectis, ramoſis, numeroſiſſimos, qui quales fuerint in ſicca a Dom. *Scherardo* communicata diſcernere non potui, ad Phaſeolum tamen, me judice, minus apte refertur. in *Muſ. Zeyl. pag.* 16. RADALYA vocatur, quod pronunciatur *Radelie* a *Radah* quod lavatorem ſignificat, ubi & fructus dicitur monococcos adipoſa mucagine, unde dubito, an haec non ſit varietas alterius, & de ſucco illius plantae dicitur, quod membrorum fracturas ſanet.
Noſtra autem planta eſt arboreſcens, ligno conſtans duro, rigido, cortice nigricante veſtito, folia gerens ſparſa, triplicata, ſingulo petiolo communi inſidentia, ovata, integra, craſſa, & ut videtur, perennia: in apice caulis racemus florum inaequalis & diviſus progerminat, flores gerens parvos, ſubhirſutos, plurimos, ut in reliquis Rhois ſpeciebus, quorum characterem exactiſſime deſignatum vide apud *Linnaeum in Char. pl. gen. pag.* 84.

RICI-

RICINOIDES Indica, folio lucido, fructu glabro, *Grana* TIGLIA Officinis dicto. *Herb. Hart. Tab.* 90. Ricinus arbor, fructu glabro, *Grana Tiglia* officinis dicto. *Par. Bat. Pr. pag.* 370. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 58. Ricinus arbor, Indica, cauſtica, purgans. *Muſ. Zeyl. pag.* 15. Lignum Moluccenſe, ſeu Pavana *Garziae ibidem. pag.* 30. Granum Moluccanum, Bori. *Rumph. Herbar. Ambon. lib.* 6. *cap.* 49. Pignoli di Maluco *Acoſt. edit. Ital. pag.* 237. Quauhayohuatli tertia, ſeu ſemine arboris cucurbitinae, nuclei Pinus forma, purgante. *Hernand. Hiſt. Mexioc. pag.* 87. Ricinus arbor, fructu glabro, *Grana Tiglia* Officinis dicto, cujus *Lignum Moluccenſe* & incolis *Pavana* vocatur. Cadel-Avanacu *H. Malab. Amm. Char. pl. pag.* 305 & 410. Ricinus Indicus, foliis ſubrotundis, mucronatis, glabris, pediculis longis inſidentibus, fructu oblongo, glabro. *Bobart. tom.* 3. *Hiſt. Oxon. pag.* 349. Pinus Indica, nucleo purgante. *C. B. Pin. pag.* 492. Pinei nuclei Moluccani, & Lignum Pavana, *Acoſt. hiſt. arom. pag.* 278. & apud *Cluſ. cap.* 57. Ricinus Americanus *Cluſii* in *Monard. pag.* 320. ubi fructus depicti. Lignum Moluccenſe *Pavana* dictum, fructu Avellanae. *J. B. tom.* 1. *pag.* 342. Lignum Moluccenſe. *Acoſt. lib. arom. cap.* 34. apud *Cluſ.* Ricinus Orientalis, cujus fructus ſunt *Pinei Nuclei Moluccani* a nobis putati, & *Grana Tilli* Officinarum. Cadel Avanacu *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 33. *Plukn. Almag. pag.* 320. Variis ſub nominibus plantam hanc vide propoſitam, & deſcriptam apud *Ray. hiſt. pl. pag.* 1803, 1830, 1855. & *tom.* 3. *pag.* 112 & 666. de hujus ligno, & fructu vide *Samuel Dale Pharmac. pag.* 128. *Japalu* Malabaris dicitur. GAJAPALA, NEPALAM & WAYAPALI Zeylonenſibus. a *Wayya*, qui illis morbus frigidus eſt, nervos & artus occupans, atque contrahens; cui hujus fructus medentur. *Gaya* victorem ſignificat. *Pala* regem, qui olim his uſus fuit. Fructus purgant violentiſſime, reliqua vide in *Muſ. Zeyl pag.* 15. & apud caeteros adlegatos auctores, quorum nullus hujus famoſae plantae bonam dedit figuram, in *H.* enim *Malab.* nulli flores, & ſoli tantum fructus exhibentur, unde meliorem hic cum brevi ejus deſcriptione proponimus figuram.

Frutex hic caules gerit ſimplices, qui naſcuntur ſine ramis lateralibus, apice flores in ſpicam longam collectos gerentes. Folia nonnulla caulem exeunt ovato-oblonga, acuta, integra, laevia, pediculis uncialibus adnexa; ad radicem ſpicae duo rami egrediuntur ejusdem ſtaturae cum caulis, & ſic continuatur ſecundum aetates. Inferioris

ſpicae

Croton Tiglium.

RICINOIDES Indica, folio lucido, fructu glabro,
Grana TIGLIA Officinis dicto. Herb. Hart.

Croton lacciferum.

RICINOIDES aromatica, arbor, Circaeae foliis hirsutis, floribus spicatis, major. Nobis.

ſpicae flores plures ſunt foeminini, ſuperioris vero maſculini, qui calicem nullum habent, petala octo, ſtamina ſedecim. Piſtillum, & fructus nullos. Flores foeminini in inferiore ſpicae parte calicem habent multifidum, Embryonem ſubrotundum, triangularem, triſulcatum, piſtilla tria, quae tandem in fructum definunt, qui eſt capſula rotunda, triſu cata, trilocularis, in ſingulo loculo unicum ſemen oblongum, glabrum, ſplendens, ſtriatum continens. *Grimm. in Labor. Ceyl. pag.* 103. vocat Grana Molucca, Grana Tiglia Officinarum, ab incolis GAJAPALA dicta, ubi haec habet: Arbores iſtae non longe ab aulica noſtra civitate *Columbo* creſcunt. Fructus ejus calidam & acriter ſalſam oleoſitatem habent, quae optimum praebet phlegmagogum, praeſertim in magnis corporibus Hydropicis, ſed prudenter praeſcribi debet pro macris, ſiccis, & calidis corporibus. In duris conſtipationibus, quae Colicam comitantur, & in quibus ordinaria remedia nihil praeſtant, iſta nunquam nobis defecerunt. &c. Fructus iſti vellus exiguum intus habent, quod eximendum eſt, ceterum ſi ſimul aſſumatur, hic vel illic in corpore, adhaereſcit, unde incommodae proveniunt operationes.

Ricinoides aromatica, arbor, Circaeae foliis hirſutis, floribus ſpicatis, major. *Nobis. Tab.* 91. Ricinus, arbor Indica, aromatica, ſubhirſuta, Laccam in granis fundens, fructibus ſubhirſutis, minimis, KAEPPETHYA *Hermanni. Bobart. hiſt. Oxon. tom.* 3. *pag.* 349. Ricinus aromaticus, ſpicatus, Indiae Orientalis, folio Circaeae, ſpinis ad imum duplicatis armato, Laccam in granis fundens, CAPPATHYA Cinghalenſibus. *Plukn. Almag. pag.* 320. Ricinus Indicus, aromaticus, fructu rotundo, parvo, cum petiolo inſtar Cubebae, coloris ochroleuci. *Amm. H. Boſian. pag.* 31. Ricinus, arbor aromatica, fructu glabro, media, KAEPPETHYA *Hermanni* apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 113. Arbuſcula Zeylanica, acris, gummi Laccae fundens, KAEPPETHYA Zeylonenſibus. *Herb. Herm.* Arbor Zeylanica, aromatica, acris, Laccam fundens, major. *Muſ. Zeyl. pag.* 46. ubi dicitur, hujus radicis cortex aromaticus eſt, & purgativus, datur autem cum lacte. Non raro Laccam perpulchram ex ramulorum ſinibus ad foliorum ortum collegi.

Arbor haec ramis angulatis, ſcabris gaudet: Folia per ramum ſparſa proveniunt; Ex alis foliorum majorum oriuntur ramuli minora folia gerentes ovata, villoſa, venoſa, ſerrata, petiolis uncialibus adnexa, ſolitaria.

Flores ſummos ramulos terminant ſpicati, qui conſtant ex calice quinquefolio, petalis quinque, ſtaminibus viginti Piſtilla in aliis floribus inter ſquammulas ſparſa inveniuntur. Fructus deficiunt; ſed juxta deſcriptionem, quae apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 113. occurrit, ſunt fructus parvi, rotundi, exterius villoſi, & Ricinorum ritu in tres partes per maturitatem ſe aperiunt, & tria ſemina incluſa Cannabinis aequalia demonſtrant, ubi haec jungitur ſubſequenti; quae vix differt, quum tantum ſint varietates, nam major, vel minor non multum mutat plantam, quum vero *Hermannus* tanquam diverſas habuerit, & illas ita notare hic convenit.

RICINOIDES, arbor aromatica, Circaeae foliis media, WALKAPPETHYA Zeylonenſibus dicta. *Nobis.* Ricinus Indicus, fruteſcens, Laccam fundens. WALKAPPETHYA Zeylonenſibus *Hermanni. Ray. tom.* 3. *pag.* 113. Arbor Zeylanica, aromatica, acris, Laccam fundens, media, WALKAPPETHYA dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 46. Arbor Zeylanica, acris, odorata, Laccam fundens, media, WALKAPPETHYA, id eſt *Kaeppethya* ſarmentoſum; *ibidem. pag.* 11. ubi additur: Laccam rubram & pellucidam, ſed perpaucam ex inciſo hujus cortice non raro collegi.

RICINOIDES, arbor aromatica, Circaeae foliis, minima, HINKAEPPETHYA dicta. *Nobis.* Arbor Zeylanica, aromatica, acris, Laccam fundens, minor. HINKAEPPETHYA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 40 & 46. Generis hujus characterem exactiſſime definitum vide apud *Linnaeum in Char. pl. gen. pag.* 288. ad CROTON.

RICINOKARPOS Zeylanica, hirſuta, foliis lanceolatis, ſerratis. *Nobis Tab.* 92. Urtica Zeylanica, Hieracii folio, flore luteſcente, fructu tripartito. *Herb. Hart.* Urtica Indica major, tricoccos, vehementer urens. *Muſ. Zeyl. pag.* 18. Urtica Indica, tricoccos, Zeylanica, KAHABILYA Zeylonenſibus, Schorigenam *H. Malab. Muſ. Zeyl. pag.* 31. Urtica fruteſcens, Malabarica, *Schorigenam* dicta, *Ray. hiſt. pl. pag.* 160. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 69. Ricini ſpicati ſpecies, foliis hirſutis. *Muſ. Zeyl. pag.* 25 ? an vero ad priores Ricinoides haec proprie ſpectat? Ricinus Althaeae folio molli, & incano, longiore & acutiore, Maderasp. *Plukn. Phyt. Tab.* 120. *Fig.* 5. apud *Moris. tom.* 3. *pag.* 349. deſcribitur, ſed ibi caulis glaber dicitur, quum in noſtra planta & illa

H.

Tragia involucrata.

RICINOKARPOS Zeylanica, hirsuta, foliis lanceolatis, serratis. Nobis.

H. Malab. ſit hirſuta admodum & urens. *D. Petiver. in act. Phil. Lond. vol. 22. no. 244. pag.* 318. hanc plantam eandem eſſe cum Schorigenam *H. Malab.* aſſerit, quod & confirmatur in *Ray. tom.* 3. *pag.* 112 hanc *D. Sloane* etiam habet, a quo vocatur Urtica racemoſa, urens, fruticoſa, anguſtifolia, fructu tricocco. *in Catal. pl. Jam. pag.* 38. & *Hiſt. vol.* 1. *pag.* 43. *Tab.* 16. *Fig.* 1. Schorigenam in *H. Malab.* exhibetur *part.* 2. *Tab.* 39. quae a noſtra foliis latioribus differt, & duae proprie hujus plantae videntur eſſe differentiae, una ſcilicet latifolia, altera anguſtifolia, ut patet ex *Muſ. Zeyl. pag.* 18. ubi Urtica Zeylanica, tricoccos, anguſtifolia, altera, KAHABILYA dicta, occurrit. Atque haec cum noſtra proprie conveniret planta, cujus caulis eſt rectus, lignoſus, rarius ramoſus, villo flaveſcente undique tectus, ſtriatus; Folia alternatim prodeunt lanceolata, ſerrata, ſerraturis diſtinctis, acutis, quae verſus foliorum apicem deſinunt: Folia caeterum villis flaveſcentibus, ſtrigoſis aſpera ſunt. Ex alis foliorum oritur petiolus, qui ſuſtinet plures floſculos, quorum inferior eſt foemina, reliqui ſuperiores ſunt mares; ulteriorem deſcriptionem in *H. Malab. loc. cit.* vide accuratiſſimam, quae in omnibus noſtrae penitus convenit plantae, licet illa *H. Malab.* habenda eſſet latifolia, noſtra vero anguſtifolia; quum vero in *Muſ. Zeyl.* eadem nomina Zeylanica utrique ſint data & juncta, non video rationem, cur hic ſepararem; ſi quis autem duas velit facere plantas, & eas ſejungere per me licet. KAHABILYA & WALKAHABILYA vocantur, quod pronunciatur *Kahambelya.* a *Kala* quod prurire ſignificat; haec enim tacta cutis pruriginem excitat, ut notatur in *Muſ. Zeyl. pag.* 18.

Ricinokarpos Indica, glabra, fructus in acetabulis gerens. *Nobis.* Mercurialis Zeylanica, tricoccos, cum acetabulis. *H. L. Bat. App. pag.* 686. ubi icon & deſcriptio. *Muſ. Zeyl. pag.* 2. *Cat. Hort. Amſt. pag.* 231. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1854. & *tom.* 3. *pag.* 108. *Petiv. act. Phil. Lond. vol.* 22. *no.* 287. *pl.* 18. Mercurialis Maderasp. acetabulata, folio rotundo minore. *ibidem vol.* 19. *no.* 198. quae eadem cenſetur cum Mercuriali Hermaphroditica dicocco, ſeu Julifera & fructum ferente. *Baniſt. Cat. Stirp. Virgin.* apud *Ray. hiſt. vol.* 3. *append.* Cupameni *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 81. quae Urticae folio, planta, flore albicante, ſpicato, cui paſſim thecula bicornea inſidet, foliis in ſummitate caulem ambientibus. vocatur a *Commel. in notis pag.* 161. & *Fl. Malab. pag.* 70 & 44. Urtica Malabarica, tricoccos. *Ray. tom.* 3. *pag.* 107. KUPA-MENYA

Zeylonenſibus dicitur, a *Kuppa* quod ſumetum notat, ubi copioſe creſcit, & *Menya* cor, quaſi amans ſumetum. Duae hujus proprie ſunt ſpecies, prior habet folia rotunda, mucronata, poſterior oblonga, mucronata, paululum hirſuta; ut notatur in *Muſ. Zeyl. pag.* 2. Quaeque eſt

Ricinokarpos Indica, hirſuta, foliis Urticae vulgaris, fructus in parvis acetabulis gerens. *Nobis.* Cynocrambe Indica, tricoccos, major, hirſuta. *Herb. Herm.* Mercurialis tricoccos, Hermaphroditica, ſeu ad foliorum juncturas ex foliolis criſtatis julifera ſimul, & fructum gerens. *D. Baniſter.* apud *Pluknet. Phyt. Tab.* 99. *Fig.* 4?
Caulis noſtrae plantae, quae laeviter hirſuta, eſt ſimplex, longus, inaequalis, ad folia enim extrorſum vergit; folia per gradus, vel alternatim ſemiunciali ſpatio remota e caule exeunt, pediculis biuncialibus inſidentia, ovato-acuminata, crenata, ad apicem caulis conferta, ex ſingula foliorum ala petioli communes oriuntur, fere digitales, ſolitarii, vel plures ſimul, ad latera undique floſculis ſtipati, inferius foemininis, ſuperius maſculinis, ſub foemininis foliola ſubrotunda, amplexicaulia, ſerrata, parvum acetabulum conſtituentia ſubjiciuntur; peracta floreſcentia flores maſculini decidunt, foeminini autem excreſcunt in fructum trilocularem, tricoccum, adeoque omnia, ut in *Ricinokarpo Boerhavii*, cujus notas vide definitas in ejus *Ind. H. L. Bat. part.* 1. *pag.* 254. Hybridae enim ſeu ſpuriae ſunt hae plantae, mediae inter Urticam, Mercurialem, & Ricinum, quum ſingularum harum plantarum multa habeant adtributa.

Ricinokarpos Indica, hirſuta, foliis Urticae vulgaris, rotundioribus & minoribus. *Nobis.* Cynocrambe Indica, tricoccos, KUPPAMENYA *Herb. Herm.* & *Muſ. Zeyl. pag.* 28 & 29. Welia-Cupameni *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 83. Urticae folia ſpicata, Indica, ſpicis longis, erectis, floſculis & ſeminibus crebrioribus. *Ray. tom.* 3. *pag.* 107. Urtica mortua Daun Guttae Matti *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 10. *cap.* 39. Urtica minor, iners, ſpicata, folio ſubrotundo, ſerrata, fructu tricocco. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 38. & *Hiſt. vol.* 1. *pag.* 125. *Tab.* 82. *Fig.* 3.

Ricinokarpos Indica, Betonicae folio. *Nobis.* Urtica Zeylanica, tricoccos, Betonicae folio ÆTHAHAMBILYA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 68. huc & ſpectat Urtica racemoſa, humilior, iners, *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 38. & *Hiſt. vol.* 1. *pag.* 124. *Tab.* 82. *Fig.* 2.

Vide-

Fig. 1.

Fig. 2.

RICINOKARPOS Zeylanica, urens, Mercurialis folio, floribus ex alis spicatis. Nobis.

URINARIA Indica, erecta, vulgaris. Par. Bat.

Videtur mihi haec eadem cum priori planta, licet ab *Hermanno* diverſis nominibus fuerint collectae, utrasque ſiccatas ſervo, ut verum fatear, nullam differentiam externe obſervare poſſum, forte una planta erit mas, altera foemina, ſeu una ſpicata, teſticulata altera.

Ricinokarpos Indica, glabra, Mercurialis folio, *Nobis.* Mercurialis Indica, tricoccos *Herb. Herm.* Urtica Zeylanica, ſylveſtris, Mercurialis facie. *Herb. Hert.* quae eſt Pee-Cupameni *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 82. quae Urticae folio, flore tetrapetalo racemoſo, capſula triquetra *ibidem* vocatur, & in *Fl. Malab. pag.* 69. vide & *Ray. tom.* 3. *pag.* 107. Mercurialis Maderasp. tricoccos, acetabulis deſtituta, forte Pee-Cupameni *H. Malab. Plukn. Phyt. Tab.* 205. *Fig.* 4.
Tres Cupameni ſpecies ex *H. Malab.* adductae & noſtris plantis pro ſynonymis junctae adeo cum iis conveniunt, ut perſuaſiſſimus ſim, easdem re vera eſſe plantas, uti ſiccatarum, quas ſervo, plantarum cum *H. Malab.* iconibus comparatio, quum earum deſcriptio admodum manca ſit, me & alios, qui has plantas videre, docuit, unde & omnium icones hic addere ſupervacuum duxi, praeſertim quum partes floriferae & frugiferae in his plantis adeo minutae ſint, ut in exſiccata exprimi bene haud facile poſſint, & in *H. Malab.* ſatis bene & accurate inſculptae ſint.

Ricinokarpos Zeylanica, urens, Mercurialis folio, floribus ex alis ſpicatis. *Nobis. Tab.* 93. *Fig.* 1. Urtica Zeylanica urens, Mercurialis flore & habitu *Herb. Herm.* huc ſpectat Urtica racemoſa, ſcandens, anguſtifolia, fructu tricocco. *Sloan. Hiſt. Jam. pag.* 123. *Tab.* 82. *Fig.* 1. qui Ricinus parvus, urens, Urticae folio *Baniſt. Cat. ſtirp. Virgin.*
Quum hanc plantam apud nullos invenerim auctores, quae ſolummodo ex foliorum alis flores fructusque profert, ejus iconem cum brevi deſcriptione exhibemus. Cujus caulis eſt ſimplex, erectus, laevis, folia ad caulem ſparſa, alterna, lata, oblonga, profunde & obtuſe ſerrata, tenuia, laevia, urentia, pediculis biuncialibus inſidentia. Petioli exfoliorum alis tenues, inferius foemineos ſuſtinentes, ſuperius floſculos maſculinos deciduos gerunt, uti in aliis hujus ſpeciebus.

RICINUS Zeylanicus, ſemine minimo. *Heiſt. Cat. pl. H. Acad. Jul. ann.* 1731. *pag.* 18.

Ricinus Americanus, Nhambu-Guacu *Piſonis* HAERANDA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 53. Nhambu Guazu ſive Ricinus Americanus apud *Piſonem* occurrit *pag.* 180. qui eſt Ricinus Americanus, fructu racemoſo, hiſpido. *Jonſt. Dendr. p.* 217. & *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 38. ubi plurima invenies ſynonyma. Palma Criſti vulgo vocatur; cum qua convenit Avanacu & Pandi-Avanacu *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 32 & *pag.* 60. ubi vide notas, & *Fl. Malab. p.* 58. ubi Ricinus Africanus, maximus, caule geniculato rutilante. *H. Reg. Paris. p.* 127. cum eo jungitur: vide & *Plukn. Almag. pag.* 319.

Ricinus arbor Zeylanica, dulcis, MAHAPATIGHAHA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 65. an Ricinus dulcis arboreſcens, Americanus, Populnea fronde argentea, ſeu foliis Populi nigrae argenteis *Breynii Plukn. Phyt. Tab.* 220. *Fig.* 5. *Almag. pag.* 320. Ricinus fructu arbor, Curaſſavica, foliis Zizyphi argenteae Zeylanicae *Par. Bat. Pr. pag.* 370. Ne mirum videatur Lectoribus, plantas Americanas hic inter Zeylonenſes enumerari, in utrisque enim terrae plagis ſaepius eaedem occurrunt, quod ab aliis etiam jam obſervatum eſt, ſic & *Pluknetius* rariorum ille ſummus plantarum exoticarum indagator loquitur in *Almag. pag.* 111. ubi ſcribit: Experientia nos docuit, quamplurimas Indiae Orientalis plantas in America etiam reperiri, quod & idem teſtatur ſe obſervaſſe Clariſſ. *Commelinus* in loco quodam ad *H. Malab.* quem memini quondam me legiſſe.

RIZOPHORA Indica, ſive Inhame rubra, caule alato, Scammonii foliis nervoſis, conjugatis, *Par. Bat. Pr. pag.* 370. *Plukn. Almag. pag* 321. Rizophora foliis nervoſis, in acumen deſinentibus & prima *Par. Bat. Pr. Muſ. Zeyl. pag.* 20. Katſyl-Kelengu *H. Malab. part.* 7. *Tab.* 38. ubi *Commelinus* in notis addit, ſpecies eſt Batatti ſylveſtris ex Ceylona transmiſſa, ubi radices a porcis, aliisque animalibus comeduntur. Battata ſylveſtris, Indica, foliis Smilacis, laevibus, caulibus alatis, flore vidua, pro fructu glandes tuberoſas ad exortum foliorum emittens. *Ray. tom.* 3. *pag.* 134. Volubilis nigra, radice alba aut purpurea, maxima, tuberoſa, eſculenta, farinacea, caule membranulis extantibus alato, folio cordato, nervoſo. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 46. ubi plurima invenies ſynonyma, ut & in *Hiſt. Jam. vol.* 1. *pag* 139. Ubium pomiferum, Aluno. *Rumph. Herb. Amboin. lib.* 9. *cap.* 11 qui varias hujus habet ſpecies, WELALA Zeylonenſibus haec dicitur; variat

1. Drosera Indica 3. Sphaeranthus Indicus. 2. Drosera rotundifolia.

Fig. 1.

ROS SOLIS ramosus, caule folioso. Nobis.

Fig. 3.

SPHAERANTHOS purpurea, alata, serrata. Nobis.

Fig. 2.

ROS SOLIS folius circa radicem in orbem dispositis. Nobis.

variat radice alba & rubra, ut notatur in *Parad. Batav.* & a *Pluknet.* rubrum habet *Samuel Dale in Pharm. Supplem. pag.* 150. Rizophoram Zeylanicam ſequenti modo deſcribit *Amm. in Char. pl. pag.* 211. Eſt tuberifera, ſcandens, caulibus ſarmentoſis, quibus ad genicula e regione foliorum inſtar Scammonii nervoſorum, & acuminatorum, tubera ſubrotunda, in radices abeuntia, cohaerent.

Rizophora Zeylanica, Scammonii folio ſingulari, radice rotunda, tuberoſa. *Par. Bat. pag.* 217. ubi icon & deſcriptio. Katu-Katſyl *H. Malab. part.* 7. *Tab.* 36. Battata ſylveſtris, foliis Smilacis nervoſis, flore vidua, fructu triangulari compreſſo, diſpermo. *Ray. tom.* 3. *pag.* 133. Rizophora Indica, Bryoniae nigrae ſimilis, ad foliorum ortum verrucoſa. *Plukn. Phyt. Tab.* 220. *Fig.* 6. KATHUWALA Zeylonenſibus; hujus quoque radix comeditur, & ejus decoctum cum pulvere radicum Chinae ulcera mundificat & ſanat.

ROSSAKINDA an Ibati Piſonis? *Muſ. Zeyl. pag.* 27. Ibati Braſilienſium a *Pluknet.* idem habetur, ac Apocynum amplexicaule, fruteſcens, Braſilianum cortice, albo, fungoſo. *Par. Bat. Pr. pag.* 313. ut conſtat ex ejus *Almag. pag.* 37. &c.

ROS SOLIS ramoſus, caule folioſo. *Nobis. Tab.* 94 *Fig.* 1. Ros Solis Zeylanicus, ramoſus, foliolis roridis, pennatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 63. Saxifraga Zeylanica, muſcoſa, minutiſſimo folio, flore albo. *Herb. Hart.* Acara-Puda *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 20. quae Alſine Myriophylli folio, flore carneo *ibidem in notis.* KANDULAESSA Zeylonenſibus, a *Kandula* h. e. lachryma, quia foliola rore humida guttulas tanquam lachrymas repraeſentant.
Radix hujus plantulae eſt tenuis, articulata, fibroſa, emittens caulem ſemipedalem, tenuiſſimum, ramoſum, e quo folia alternatim egrediuntur tenuiſſima, & ſuperius ad dimidiam circiter partem villoſis crinibus tecta. Ex foliorum alis emergunt petioli longitudine foliorum, interdum longiores, qui flores tres vel plures, aliquando vero ſolitarios in minutioribus petiolis continent. Folia ſuperius reflectuntur, caetera inveni, ut in reliquis *Ros Solis* ſpeciebus.

Ros Solis foliis circa radicem in orbem diſpoſitis. *Nobis. Tab.* 94. *Fig.* 2. Ros Solis Zeylanicus, foliis rotundis in orbem expanſis, villoſis. *Herb.*

Herb. Herm. Ros Solis Indicus, folio rotundo. WATHAESSA Zeylonenſibus. *Muſ Zeyl pag.* 18. ubi additur: hujus plantae uſus, ut in Europa, ſic in Zeylona decantatus eſt, Sal hujus plantae ſpecificum eſt in obſtructionibus Hepatis, Lienis, ac Meſenterii. Characterem hujus generis habet *Linnaeus in Char. pl. gen. pag.* 89. alio vocabulo hoc genus nominans DROSERAM.

Folia hujus plantae ad radicem plurima in orbem ſupra ſtrata ſunt ſita, a baſi tenuiſſima ſenſim dilatata, obtuſiſſima, hirſutiſſima. Caulis ſimplex eſt, digiti aut majoris longitudinis, verſus apicem floribus quinque ad decem inſtructus: E radice interdum alter recens caulis prodit, priori diffiorato.

RUBEOLA Zeylanica ELARATHMUL dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 1. Rubeola maritima, Indica, Molluginis folio, radice rubente *ibidem. pag.* 22. ELARATHMUL dicitur ab *Ela* album, *Rat* rubrum, & *Mul* quod radicem denotat. *Tsjada* & *Tseya* Malabaris & Luſitanis vocatur. Lintea hujus radice rubro tinguntur colore, ut notatur in *Muſ. Zeyl.*

RUBEOLA Zeylanica, foliis latioribus RATMUL dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 8.

RUBIA Zeylanica, ſylveſtris, quadrifolia, major. *Hert. Catal. ſemin.*

RUDHUMETI & RANAHAENDYA, flore coeruleo, Calcitrapae facie. *Muſ. Zeyl. pag.* 18. prima denominatio deſumpta eſt a *Rudu* quod Oryzae palea eſt, & *Meti* terra, ſeu humus, in qua naſcitur, ſordido enim creſcit loco. Altera RANAHAENDYA h. e. flos Cochleari ſimilis. *Haenda* enim cochlear ſignificat.

SAGITTARIA Zeylanica, floribus ex medio caulis prodeuntibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 71. Sagittariae ſpecies, flores ex medio caulis ferens. *ibidem. pag.* 24. Sagittariae quodammodo ſimilis planta Maderasp., floribus medio caule quaſi ex utriculo prorumpentibus. *Plukn Phyt. Tab.* 220. *Fig.* 8. SABARA & DYAHABARALA Zeylonenſibus.

SALSAPARILLA. *Grimm. Labor. Ceyl. pag.* 126. ubi dicit: duo ſunt ipſius genera, quae uſui adhibentur, tantumque eorundem habemus, quantum nobis eſt neceſſe, & Europaeis commode carere poſſumus. *Smilacis* infra propoſitae forte ſpecies ſunt.

SAM-

SAMBUCUS humilis, Zeylanica, PAWATHA Zeylonenſibus. *Par. Bat. Pr. pag.* 373. Sambucus antidyſenterica, Zeylanica, humilis, *Muſ. Zeyl. pag.* 3. Pavate *Acoſtae ibidem.* quae apud eum reperitur deſcripta *pag.* 256. *in octavo.* Sambucus forte Barbadenſibus dicta, foliis ſubincanis &c. *Plukn. Phyt. Tab.* 221. *Fig.* 6. quae eſt Groſſulariae fructu, non ſpinoſa Malabathri foliis, ſubtus niveis, fructu racemoſo in Umbellae modum diſpoſito. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 165. & *Hiſt. vol.* 1. *pag.* 40.

SAMBUCUS Zeylanica, odorata, aromatica. *Muſ. Zeyl. pag.* 14. an Arbor Baccifera laurifolia, aromatica, fructu viridi, calyculato, racemoſo? *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 165. Sambucus Indica, MINAI vocata. *Grimm. Labor. Ceyl. pag.* 109. ubi haec habet: Radix iſtius arboris corticem nobis exhibet, qui valde aromaticus eſt; ſuccus aut pulvis ejus optimum eſt remedium adverſus fluxus ventris, deprimit bilem acrem, & efferveſcentiam, dolores demulcet, ſtomachum & viſcera confortat. Fructus per coctionem dant oleum, cui eadem virtus ineſt. Cortex per deſtill. dat Ol. & Aq. in quibus eadem vis continetur, praeterquam quod adhuc virtutem ſpecialem obtinent in Gonorrhaea & renum affectibus. in *Muſ. Zeyl. pag.* 14. vocatur MINDI & MIDI. ubi & notatur, quod ex ejus radice deſtilletur Oleum aromaticum.

SAMBUCUS Zeylanica, inodora, frugiperda, GURULLA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 40. cum qua eadem videtur Sambucus Zeylanica, inodora, PURULAE Zeylonenſibus. *ibidem. pog.* 60.

SAPONARIA arbor, Zeylanica, trifolia, ſemine Lupini. *Par. Bat. Pr. pag.* 373. *Muſ. Zeyl. pag.* 69. Saponaria arbor, trifoliata, Zeylanica. *H. Beaum. pag.* 37. Saponaria arbor, Indica. *Amm. H. Boſian. pag.* 32. Saponaria arbor trifolia, Indica, *H. L. Bat. pag.* 536. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 60. ubi jungitur cum Prunifera, fructu racemoſo, parvo, nucleo ſaponario. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1548. huc ſpectat Purinsji *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 19. ubi *pag.* 44. *in notis* vide varios fructus, quibus Indi ſaponis loco utuntur. an Arbor Prunifera, ſphaerulas ſaponarias ferens, tetraphylla, ex India Orientali. *Plukn. Phyt. Tab.* 14. *Fig.* 6? & *Almag. pag.* 47. CONGHAS noſtra Zeylonenſibus dicitur.

SCABIOSA Conyzoides, foliis latis, dentatis, ſemine amaro, lumbricos enecante. *Nobis. Tab.* 95. Scabioſa Zeylanica, capitulis folioſis, ſemine Sementinae, ſeu Zedoariae, lumbricos enecante. *Herb. Herm.* Scabioſa Zeylanica, capitulis folioſis, ſemine amaro, lumbricos enecante. *Muſ. Zeyl. pag.* 66. Serratula Indica, major, capitulo folioſo. *Bobart. Hiſt. pl tom.* 3. *pag.* 134. Jaceae & Serratulae adfinis, capitulis Baccharidis, foliis Trachelii, Zeylanica. *Breyn. Prodr.* 1. *pag.* 39. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 36. Serratula Indica, major, latifolia, mollis *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 90. *Ray. tom.* 3. *Dendr. pag.* 17. *Commel. Fl. Malab. pag.* 61. Eupatoria Conyzoides, odorata, folio crenato, molli, ſubincano. *Plukn. Phyt. Tab.* 87. *Fig.* 2. Synonyma haec vulgo huic junguntur plantae, ut ſupra ad *Jaceam pag.* 123 monuimus. Cum qua & convenit Scabioſa Indica, capitulis foliaceis, major. *Muſ. Zeyl. pag.* 34. Scabioſa Conyzoides Americ. latifolia, capitulis & floribus albidis, parvis. *Par. Bat. Pr. pag.* 374. Cattu-Schiragam *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 24. quae Scabioſa Indica, arborea. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1443. *Amm. Char. pl. pag.* 322, 428 & 557. huc ſpectat Chryſanthemum Maderasp. latifolium, Scabioſae capitulis parvis. *Plukn. Phyt. Tab.* 159. *Fig.* 4. & Carduo-Cirſium minus, anguſtifolium, capitulis plurimis, amplioribus, ſparſis e Maderasp. *Plukn. Phyt. Tab.* 154. *Fig.* 4. quae foliis eſt integris, quo a noſtra planta ſolummodo differt.
Caulis noſtrae plantae eſt ſtriatus, ſcaber, lignoſus, ſtraminei coloris, folia alternatim inordinato ſitu exeuntia, ovalia, utrinque acuminata, per marginem dentato-ſerrata, ſuperiora anguſtiora, acutiora, media latiora, inferiora obtuſiora. Rami nonnulli verſus ſummitatem floribus ſolitariis inſtruuntur, ramis geminatis vel ternis. Florum calix eſt ſquammoſus, oblongus, anguſtus, obtuſus, ſemina pappoſa ſunt, ſtriata, coronula ſetacea, breviſſima & tenuiſſima inſtructa.

SCABIOSA Indica, capitulis folioſis, minor. *Muſ. Zeyl. pag.* 34. Scabioſa ramoſa, capitulis parvis *ibidem pag.* 43. Scabioſa Conyzoides, anguſtifolia, capitulis, & floribus parvis. *Par. Bat. Pr. pag.* 374. *Plukn. Phyt. Tab.* 109. *Fig.* 1.

SCORZONERA Zeylanica, bulboſa. *D. Scherard.* apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 108. ubi deſcribitur ſequenti modo; Flores in hac ſpecie longis pediculis nudis non inſident, ſed caulis ad ipſum usque florem foliis crebris veſtitur, ut folia florem veluti ambiant; a *Vaill. in act. Reg. Paris.*

Conyza Anthelmintica

SCABIOSA Conyzoides, foliis latis, dentatis, semine amaro, lumbricos enecante. Nobis.

1. Conyza cinerea.

Fig. 1.

Fig. 2.

SENECIO Indica, foliis ternis, crenatis. Nobis.

SENECIO Zeylanica, foliis oblongis, integris, oppositis. Nobis

Paris. ann. 1721. *pag.* 271. etiam citatur; Convenit forte cum Scorzonera bulboſa, Biſtortae minimae foliis, Virginiana, *Plukn. Phyt. Tab.* 59. *Fig.* 4. hujus generis characterem habet *Linnaeus in Char. pl. gen. pag.* 241.

SEDUM Zeylanicum, ſpicatum, luteum, majus. *Muſ. Zeyl. pag.* 43. Sedum ſpicatum, maximum, Indicum. *ibidem pag.* 58. Sedum Zeylanicum, flore luteo. *ibidem pag.* 63.

SELAGO Indiae Orientalis, ſive Plegmaria admirabilis, Zeylanica. *Breyn. Cent. pag.* 180. ubi ejus deſcriptio, & elegantiſſima Figura. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1852. Selago Indiae Orientalis, granulis orbicularibus. *Breyn. Cent. pag.* 183. ubi dicit natam hanc plantam in inſula Zeylan, e caudice vetuſtae cujusdam arboris *Jacae.*

SELAGO Indiae Orientalis, granulis trigonis. *Breyn. Cent. pag.* 182. Equiſetum arboreum, ſquammatum, Ruttu-Ruttu-Caju *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 10. *cap.* 63. ubi tres hujus deſcribuntur ſpecies. Tama-Poulpaalsja-Maravana *H. Malab. part.* 12. *Tab.* 14. ubi prolixa & elegans hujus plantae, ejusque virtutum exſtat deſcriptio. *Lycopodii* hae videntur ſpecies, quo forſan ablegandae.

SENECIO Indica, foliis ternis, crenatis. *Nobis. Tab.* 96. *Fig.* 1. Senecio Zeylanica, inodora, minor, flore purpureo, pappoſo. *Herb. Hart.* Senecio Zeylanica, foliis ſubrotundis, crenatis, floribus ex purpura coeruleis. *Muſ. Zeyl. pag.* 31. Conyza Indica, inodora, minor, flore purpureo, pappoſo. *Herb. Herm.* & *Muſ. Zeyl. pag.* 2. ubi male cum Criſta Pavonis *Breynii* jungitur. Senecio Indicus, Atriplicis folio. *Moris. Tab.* 17. *ſect.* 7. *Fig.* 7. ubi foliis ſolitariis exprimitur. MONARA-KUDHUMBYA in *Muſ. Zeyl. pag.* 2, & 31. haec, ut videtur, vitioſe vocatur, quum Criſtae pavonis Breynii hoc nomen proprie convenit, ut patet ſupra *pag.* 79. quod a *Monara*, quod Pavonem & *Kudhumbya*, quod criſtam denotat, derivatur, cui flos Criſtae pavonis ſimilis eſt. unde & delendum hoc nomen erit.

Caulis hujus plantae eſt ſesquipedalis, teres; folia ſecundum caulem ſparſa, terna utcunque ſimul numero, duo inferiora quadruplo minora, ejusdem tamen formae, ſunt ſcilicet fere ovata, obtuſe ſerrata, vel crenata, glabra, petiolis longiſſimis vario ordine inſidentia: Cau-

lis terminatur in racemum florum ſparſum, cui floſculi inſident tenuiſſimis, & longiſſimis petiolis ſuffulti, in tres quatuorve communes pediculos communiter diviſi; floſculi autem ſunt compoſiti, pappoſi, diſciflori, ut in aliis hujus ſpeciebus.

SENECIO Zeylanica, foliis oblongis, integris, oppoſitis. *Nobis. Tab.* 96. *Fig.* 2. Senecio Zeylanica, minor, foliis oblongis, glabris, non crenatis, floſculo albo, pappoſo. *Herb. Hart.* Conyza Indica, inodora, minor, floſculis albis, pappoſis. *Herb. Herm.*
Ex radice tenui, fibrilloſa, coadunata, albicante, oritur caulis ſemipedalis, glaber, tenuis, ſimplex, e quo rami alternatim ſimplices itidem proveniunt, qui binis foliis oppoſitis, oblongis, glabris, viridibus, integerrimis, ex quatuor foliorum paribus conſtructi gaudent, folia autem breviſſimis pediculis adfiguntur, ita ut in minoribus ramis ſeſſilia fere appareant. Floſculi, qui in noſtro ſpecimine deſunt, ſine dubio, ut in priori planta, eodem modo proveniunt, colore forte differentes, caeterum ambae hae plantae videntur annuae, ut plurimae Senecionis ſpecies.

SENECIO Indiae Orientalis, ampliſſimis Lampſanae foliis. *Plukn. Almag. pag.* 343. Senecio Zeylanica, flore purpureo, habitu Sonchi. *Hart. Catal. ſemin.* Erigeron Zeylanicum, Lampſanae foliis. *Breyn. Cent. pag.* 140. & *Moris. Tab.* 10. *Sect.* 7. *Fig.* 5. *Ray. hiſt. pl. pag.* 294. hujus generis characterem dedit *Linnaeus in Char. pl. gen. pag.* 251.

SENNA quadrifolia, ſiliqua plana, hirſuta, flore aureo, ſanguineo. *Nobis. Tab.* 97. Senna Zeylanica, perelegans, flore rubello, caule & ſiliqua hirſutis. *Hart. Catal. ſemin.* Senna Orientalis, tetraphylla, *Abſus* dicta. *H. L. Bat. pag.* 558. Senna ſpuria, tetraphylla, ſiliqua lata, compreſſa. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 149. Loto adfinis Ægyptia, ſemine atro ſplendente, ſeu Abrus Alpini, flore aureo, lineolis ſanguineis perfuſo. *Muſ. Zeyl. pag.* 41. & *Herb. Herm.* Loto adfinis Ægyptia. *C. B. Pin. pag.* 332. Abſus Trifolii floribus, foliis Orobi glabris. *J. B. tom.* 2. *lib.* 17. *pag.* 361. Abſus *Alpin. de pl. Ægypt. cap.* 31. *pag.* 97. Senna exigua, Maderasp. ſeu tetraphylla, ſiliquifera, glabra, florum pediculis ad foliorum exortum prodeuntibus. *Plukn. Phyt. Tab.* 60. *Fig.* 1. & in *Almag. pag.* 341. reliqua vide ſynonyma. ut & apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 451. GHASDAMINI Zeylonenſibus dicitur.

In

Cassia absus.

SENNA quadrifolia, siliqua plana, hirsuta, flore aureo, sanguineo. Nobis.

Cassia Sophera.

SENNA vigintifolia, filiquis teretibus. Nobis.

In *Pluknet. Figura* caeterum optima, flores hujus plantae deficiunt, & siliquae deformes admodum etiam insculptae; glaberrimae enim & breviſſimae exhibentur, quum ſint ſubhirſutae, planae, bivalves, variis interſtitiis ſemina occludentibus diſtinctae; flores autem ex alis foliorum proveniunt parvi, plures ſimul, purpuraſcentes, lineolis rubris diſtincti, pentapetali, decem ſtaminibus quinque minoribus, & quinque majoribus inſtructi. Planta autem ipſa eſt humilis, caulem brevem, ramoſum, hirſutum gerens, cui folia vario modo petiolis uncialibus inſiſtentia pinnata adnectuntur; pinnae autem e duplici pari conſtant ſine inpari, quae ſunt ovatae, tenues, integerrimae, glabrae, venoſae.

Senna vigintifolia, ſiliquis teretibus. *Nobis. Tab.* 98. Senna Orientalis, fruticoſa, *Sophera* dicta *H. L. Bat. pag.* 557. *Plukn. Almag. pag.* 342. Galegae adfinis, *Sophera* dicta. *C. B. Pin. pag.* 352. & *Herb. Herm.* Galega Indica, heccedecaphyllos, quae Senna Zeylanica, major, *Amm. H. Boſian. pag.* 15. & Sophera Lentiſci foliis. *Honor. Bell.* & *Proſp. Alpin. Amm. H. Boſian pag.* 34. Sophera Lentiſci foliis *Amm. Char. pl. pag.* 575. Sopherae congener planta, ſiliquis compreſſis, hirſutis, ſeminibus atris, lucidis, floribus aureis. *Muſ. Zeyl. pag.* 56. Sophera Indiae Orientalis. *Breyn. Prodr.* 1. *pag.* 51. Ponnam Tagera *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 52. vide & notas ad *H. Malab. part.* 1. *pag.* 96. habetur haec vulgo pro Sophera *Alpini*, quae Securidaca Ægyptiaca a *Parkins. Theat. pag.* 1089. vocatur, qui & totam *Alpini* figuram in ſuum conjecit opus, unde *Plukn in Almag. pag.* 342. & *Moris tom.* 2. *pag.* 78. illam cum hac noſtra conjungunt, quantum autem Sophera *Alpini*, a Senna Orientali fruticoſa, differat, ſola comparatio *noſtrae*, & *H. Malab.* cum *Alpini Figura*, quae apud eum in *plant. Ægypt. pag.* 84. *cap.* 25. exhibetur, ſtatim docebit, unde & hae etiam diſtinguendae ſunt, vide & *Ray. tom.* 3. *Dendr. pag.* 109. huc ſpectat Flos Flavus, Cambang Curung. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 6. *cap.* 28. quae ab eo cum Ponam Tagera *H. Malab.* jungitur, ut & Gallinaria ſpecies prima, Utta Maru. *Rumph. Herb. Amboen. lib.* 8. *cap.* 68. quae pro Tagera *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 53. ab eo habetur. huc & pertinet Senna Occidentalis, odore Opii viroſo, Orobi Pannonici foliis mucronatis, glabris. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 148. & *hiſt. vol.* 2. *pag.* 48. *pl.* 22. qui hanc cum Sophera *Alpini* conjungit. MAHATORA Zeylonenſibus.

Rami noſtrae plantae ſunt lignoſi, laeves, teretes, in floriferas divaricationes ſuperius deſinentes, e quibus per uncialia ſpatia folia alternatim exeunt compoſita juxta rachim fere pedalem ex decem paribus ſine impari, ſingula autem foliorum pinna oppoſita eſt, ſeſſilis fere, oblongo-acuta, integerrima, glabra, & acuminata; ex ſinu foliorum compoſitorum proveniunt pedunculi flores paucos proferentes, e quibus unica communiter perficitur ſiliqua triuncialis teres, cum parvo acumine, racemus autem florum terminat ſingulum ramum, qui conſtat pedunculis alternatim egreſſis, ſemiuncialibus, in alios minores pedunculos & proprios deſinentes, quibus ſingulis flos unicus inſidet aureus, calice quadrifolio, oblongo, patente, deciduo contentus, gerens petala quinque, oblonga, concava, cum decem ſtaminibus crocei coloris, quorum quinque longiores ſunt, & ſtylo ſimplici, deorſum inflexo gaudens.

SENNA Zeylanica, foliis obtuſis, ſemine longiore. *Hart. Catal. ſemin.*

SENNA Zeylanica, flore umbellifero, luteo, magno, ſemine plano. *Hart. ibidem.*

SENNA Zeylanica, ſpicata, flore luteo, maximo, fructu quadrangulari. *Hart. ibidem.* & *Heiſt. Catal. pl. Acad. Jul. ann.* 1731. *pag.* 26.

SENNA Zeylanica, flore luteo, magno, ſemine plano. *Hart. Catal. ſemin.*

SESBAN ex inſula Zeylan. *Breyn. Prodr.* 1. *pag.* 47. quae eſt Galega Ægyptiaca, ſiliquis propendentibus longiſſimis & anguſtiſſimis. *H. L. Bat. pag.* 267. Sesban Ægyptiacum, ſive Securidaca Ægyptiaca articulata. *Parkins. Moris. hiſt. pl. part.* 2. *pag.* 79. reliqua vide ſupra ad *Galegam pag.* 103.

SHERARDIA repens, nodiflora. *Vaill. de ſtruct. Fl. pag.* 49. ubi vide, quae eſt Verbena nodiflora, foliis minoribus, viridibus. *Moris tom.* 3. *pag.* 419. Verbena nodiflora. *C. B. Prodr. pag.* 125. ubi icon & deſcriptio & *Pin. pag.* 269. *Muſ. Zeyl. pag.* 66. *J. B. tom.* 3. *pag.* 444. Verbena repens, nodiflora. *Parkins. Theat. pag.* 675. *Foelie de Raala* Luſitanis dicitur. HIRIMANADAETTA Zeylonenſibus, id eſt orbiculus dentatus, folia enim orbiculata & dentata ſunt inſtar orbiculi illius ferrei, dentati, quo Indi medullam Nucis Indicae extorquent ad praeparan-

Cleome icosandra L.

SINAPISTRUM Zeylanicum, pentaphyllum, viscosum, flore flavo. Herb. Hart.

parandum lac Coccineum ex nuce *Cocco*. Luſitani hunc orbiculum vocant *Raala*, ut notatur in *Muſ. Zeyl. pag.* 56.

SINAPISTRUM Zeylanicum, pentaphyllum, viſcoſum, flore flavo. *Herb. Hart. Tab.* 99. Eryſimum Indicum, pentaphyllum, flore flavo. *Herb. Herm.* RANMANISSA Zeylonenſibus vocatur.
Caulis hujus plantae eſt rotundus, craſſus, altus, villoſus & viſcoſus, varios emittens ramos, quibus folia compoſita, digitata quinque ſimul in uno centro inſident petiolis viſcoſis, uncialibus, alternis, ſingula autem pinna eſt oblonga, lata, glabra, integerrima. Ex alis vero foliorum petiolus uncialis oritur ſuſtinens florem quadripetalum, qui abit in ſiliquam bivalvem, unicapſularem ſine ſepto intermedio, duplici vero ſeminum ſerie conſtantem, qua eſt triuncialis, oblique extrorſum ſtriata, teres, acuta, hirſuta & viſcoſa, ut tota etiam planta laeviter hirſuta eſt, & admodum viſcoſa.

SINAPISTRUM Zeylanicum, triphyllum, & pentaphyllum, viſcoſum, flore flavo. *Boerhav.* apud *Martin Cent.* 1. *Dec.* 3. *pag.* 25. quae non niſi foliorum varietate a praecedenti differt, & vocatur Papaver corniculatum, acre, triphyllum, Indicum, floribus luteis, viſcoſum, RANMANISSA Cochinenſibus dictum a *Plukn. in Almag. pag.* 280. Eryſimum, ſeu Sinapiſtrum Indicum, triphyllum, viſcoſum, flore flavo. *Muſ. Zeyl. pag.* 13. Eryſimum Indicum, triphyllum *ibidem pag.* 29. Anci-Veela *H. Malab. part.* 9. *Tab.* 23. Sinapiſtrum Indicum, triphyllum, flore carneo, non ſpinoſum. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 80. & *Hiſt. Jam. vol.* 1. *pag.* 194. *Tab.* 124. *Fig.* 1. Trifolium ſpicatum, Mexiocanum *Hernand.* apud *Recch. pag.* 284. & Memeya de Teponthan *ibidem. pag.* 384.

SINAPISTRUM Indicum, ſpinoſum, foliis quinque, ſex, ſeptemve numero incertis. *Nobis.* Sinapiſtrum Indicum, quinquefolium, floribus incarnatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 1. Eryſimum Indicum, pentaphyllum, ſylveſtre, flore pallide incarnato, *ibidem. pag.* 30. Sinapiſtrum Indicum, majus, quinquefolium, aſperum, & quaſi ſpinoſum, flore carneo. *Scherard.* apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 419. Tareriaya. *Markgr. lib.* 1. *cap.* 16. *pag.* 34. Sinapiſtrum Ægyptium, heptaphyllum, flore carneo, majus, ſpinoſum. *H. L. Bat. pag.* 564. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 80. Papaver corniculatum, acre, quinquefolium, Americanum, flore carneo,

carneo, majus, ſpinoſum. *Plukn. Almag. pag.* 280. Pentaphyllum peregrinum, ſiliquoſum, bivalve, majus. *Moris. hiſt. pl. part.* 2. *pag.* 288. Lagonſa alba, ſive eſculenta, Bredomamma. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 8. *cap.* 66. WELAKOLA Zeylonenſibus dicitur, quod loca inculta notat, ubi plurimum creſcit.

Sinapistrum Indicum, pentaphyllum, flore carneo, minus, non ſpinoſum. *H. L. Bat. pag.* 564. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 80. Sinapiſtrum pentaphyllum, flore albo. *Plum. Cat. pl. Amer. pag.* 6. Pentaphyllum peregrinum, ſiliquoſum, bivalve, minus. *Moris. Hiſt. pl. part.* 2. *pag.* 288. Papaver corniculatum, acre, quinquefolium, Ægyptiacum, minus, flore carneo, non ſpinoſum. *Plukn. Almag. pag.* 280. Pentaphyllum ſiliquoſum, Arabicum, albidum. *Parkins. Theat. pag.* 397. Lupinus Ægyptius, ſylveſtris. *Veſling. obſerv. in Alpin. pag.* 69. qui idem eſt cum Quinquefolio ſiliquoſo *Alpini de plant. exot. pag.* 322. ut Figurarum comparatio docet. vide & *Amm. Char. pl. pag.* 536. Caara-Veela *H. Malab. part.* 9. *Tab.* 24. quod Pentaphyllum ſiliquoſum, Malabaricum in notis vocatur. & a *Commel. Fl. Malab. pag.* 51. Lupino Arabico Ocome direi, Pentafillo peregrino, *Ponae Ital. pag.* 102. Pentaphyllum ſiliquoſum, Syriacum. *Munting. pl. Cult. pag.* 558. Laganſa rubra. *Rumph. Herbar. Ambon. lib.* 8. *cap.* 67.

Sinapistrum triphyllum, pumilum, glabrum, floſculo purpureo, ſiliqua membranacea. *Nobis. Tab.* 100. *Fig.* 1. Eryſimum minimum, triphyllum, flore purpureo, fiſtuloſo. *Herb. Herm.*
Ex radice tenuiſſima, longa, raras fibrillas emittente, cinerea, oritur caulis ſesquipedalis, nunc rectus & ſolitarius, vel ut in alia, quam ſervo, plánta, procumbens, & paulo ſupra terram in varios ſeſe ramulos dividens, ſubhirſutos, tenues, quibus vario ordine folia adcreſcunt lata, glabra, integerrima, venoſa, tria in uno centro concurrentia, & communi petiolo ſemiunciali ſuffulta, e quorum communiter alis floſculi parvi, ſolitarii, fiſtuloſi, magno calice quadrifido & perpetuo contenti oriuntur, coloris purpurei, qui ſiliquas dant longas, planas, glabras, inſtar membranae translucentes, bivalves, plurima ſemina vario modo & ordine ſita continentes, quae ſunt ſubrotunda, convexa parte gibba, concava vero excavata, & fere reniformia, ſed rotundiora, minutiſſima, glabra, ſplendentia, fuſca.

Sina-

Cleome monophylla. L. Fig. 1. Cleome dodecandra L.

Fig. 2.

Fig. 1.

SINAPISTRUM Zeylanicum, viscosum, folio solitario, flore flavo, siliqua tenui. Nobis.

SINAPISTRUM triphyllum, pumilum, glabrum, flosculo purpureo, siliqua membranacea. Nobis.

Sinapistrum Zeylanicum, viſcoſum, folio ſolitario, flore flavo, ſiliqua tenui. *Nobis. Tab.* 100. *Fig.* 2. Eryſimum Indicum, ſiliquoſum, folio ſimplici, flore flavo. *Herb. Herm.* Sinapiſtrum Indicum, Acetoſae vulgaris folio, ſiliquis longis. *Muſ. Zeyl pag.* 10. Eryſimum Zeylanicum, monophyllum, ſylveſtre, quod Sinapi ſpecies. *ibidem. pag.* 29. Papaver corniculatum, acre, ſingulari folio, Malabaricum, Tsjeru-Veela. *H. Malab. part.* 9. *Tab.* 34. *Plukn. Almag. pag.* 280. RANMANISSA Zeylonenſibus. *Ravara* aurum ſignificat, flores enim hujus ſunt crocei. ut notatur in *Muſ. Zeyl. pag.* 10. Caulis hujus plantae eſt pedalis, teres, hirſutus, ſtriatus, verſus apicem duos magnos emittens ramos; folia gerens alterna, ſparſa, oblonga, acuminata, integra, hirſuta & viſcoſa, ſimilibus petiolis ſemiuncialibus inſidentia. Ex alis ſuperiorum foliorum flores enaſcuntur ut plurimum ſolitarii, quadripetali, calice quadrifolio, & tenui pedunculo ſuffulti, quibus deciduis fructus ſeu ſiliqua enaſcitur teres, longa, bivalvis: facie ſua externa, ut & ſiliqua tenui ad Eryſimum proxime accedit haec planta.

SISYNRICHIUM Zeylanicum, flore coeruleo, parvo, gramineis foliis. *Par. Bat. Pr. pag.* 376. & *Plukn. Almag. pag.* 347. & *Phyt. Tab.* 224. *Fig.* 6. Siſynrichium Zeylanicum, flore pallide coeruleo, foliis gramineis, carinatis, longis, *D. Hermans* apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 558. Siſynrichii ſpecies. *Muſ. Zeyl. pag.* 27.

SMILAX Indica, ſpinoſa, folio Cinnanomi, Pſeudo-China quibusdam *Muſ. Zeyl. pag.* 22. Smilax Zeylanica, ſpinoſa, Lauri folio *Hart. Catal. ſemin.* Planta Cinnamomi folio, trinervia, Convolvulacea, floſculis parvis, muſcoſis, racematim in julis, ſeu nucamentis diſpoſitis. *Muſ. Zeyl. pag.* 31. China ſpuria, nodoſa. *C. B. P. pag.* 247. Smilax Virginiana, ſpinis innocuis armata, latis Canellae foliis, radice arundinacea craſſa & carnoſa. *Plukn. Phyt. Tab.* 110. *Fig.* 5. huc ſpectat Legno della China. *Acoſt. edit. Ital. pag.* 60. & Smilax aſpera, fructu nigro, radice nodoſa, magna, laevi, farinacea, *China* dicta. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 105. ubi quamplurima vide ſynonyma. & *Hiſt. Jam. vol.* 1. *pag.* 231. *Tab.* 143. *Fig.* 1. KABOLOSSA & RIRIBUNNAWAEL Zeylonenſibus dicitur. *Riri* ſanguis eſt. *Bonaiva* bibere. Spinulae enim horum ſarmentorum quaſi bibunt ſanguinem tangentium. Fert haec planta radicem, a radiculis ſuis tenuibus ſarmen-

toſis purgatam, *Chinae* forma & virtute proximam, ut notatur in *Muſ. Zeyl.*

SMILAX foliis peltatis, cordato-oblongis, floribus minutiſſimis & copioſiſſimis. *Nobis. Tab.* 101. Mechoacannae ſimilis, radix Zeylanica, Aſthmatica. *Herb. Herm.* Planta ſcandens, folio Convolvuli obtuſo, umbilicato, KAHIPISSAN Zeylonenſibus, *ibidem. pag.* 21. quae eſt Convolvuli ſpecies alia. *Muſ. Zeyl. pag.* 27. quam vide ſupra ad Convolvulum *pag.* 74. huc ſpectat Kattu-Kelengu *H. Malab. part.* 7. *Tab.* 37. & Pſeudo-China Ambonica, Caju-Tsjura-Utan. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 9. *cap.* 61. ubi alba & nigra deſcribitur. KAHIPISSAN Zeylonice audit, cujus ſignificationem vide *ſupra pag.* 74.
Caulis noſtrae plantae volubilis eſt, tenuis, lignoſus, folia ſparſa, remota, ſolitaria, petiolo biunciali inſidentia, cordato-oblonga, baſi laeviſſime ſinuata, nitida, integerrima; petiolus non ad baſin folii adnectitur, ſed ſemiunciali ſpatio a baſi remoto inſeritur, & folium umbilicatum ſeu peltatum conſtituit: Petioli autem florum pedales, vel longiores ramis pluribus lateralibus, omnibus tenuiſſimis, conſtructi ſunt, quibus flores minutiſſimi undique adfiguntur, & ſquammulae nonnullae multifidae, fere capillaceae, ad divaricationem ramulorum cum petiolis enaſcuntur. Floſculi autem ſunt minutiſſimi, ſextifidi, piſtillum unicum, ſtamina nulla dantes in nonnullis, ſed in aliis ſimilibus, ubi piſtillum deeſt, ſtamina obſervantur.

SOLANUM Indicum, ſpinoſum, fruteſcens, maximum, villoſum totum, fructibus croceis. *Muſ. Zeyl. pag.* 25. Solanum Indicum, ſpinoſum, maximum, ac villoſum totum. *ibidem. pag.* 31. Solanum pomiferum, ſpinoſum, foliis maximis, angulosis, lanuginoſum valde, MALA-BATTOD Zeylonenſibus. *Ray. tom.* 3. *pag.* 353. ubi ſic deſcribitur: Tota planta lanugine ſordide flavicante, denſa, obducta eſt: Caulis ſpinulis brevibus, crebris obſitus; ſpinulae etiam coſtae foliorum mediae, & nervis lateralibus innaſcuntur rariores. Folia angulosa ſunt, non tamen admodum profunde diſſecta. Flores caulibus brevibus pediculis adnaſcuntur, perianthiis villoſiſſimis excepti: MALABATHU in *Muſ. Zeyl.* vocatur.

SOLANUM Zeylanicum, ſpinoſum, folio amplo, incano, ad pediculum ſtrictiori. *Plukn. Phyt. Tab.* 226. *Fig.* 6. Solanum forte ſpinoſum, pomi-



SMILAX foliis peltatis, cordato-oblongis, floribus minutissimis & copiosissimis. Nobis.

pomiferum, Indicum, album, ſeu foliis Hyoſchyami albi majoris. *Breyn. Prodr.* 1. *pag.* 49. Solanum ſpinoſum, incanum, foliis ſinuatis, flore Borraginis, fructu luteo, ovuli Gallinacei forma & magnitudine. *Triumf.* apud *Boerh. Ind. H. L. B. part.* 2. *pag.* 68. Solanum pomiferum, Indicum, ſpinoſum, Borraginis flore, fructu croceo, candicans, maxime tomentoſum. *H. L. Bat. pag.* 573. *Commel. Fl. Malab. pag.* 63. Juripeba Foemina *Piſonis pag.* 181. Ana-Schunda. *H. Malab part.* 2. *Tab.* 35. Trongum agreſte, Trong-Pra. *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 8. *cap.* 48. huc ſpectat Solanum bacciferum, caule & foliis tomento incanis, ſpinoſis, flore luteo, fructu croceo minore. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 107. ubi & alia occurrunt ſynonyma, & *Hiſt. Jam. vol.* 1. *pag.* 236. *Tab.* 144. *Fig.* 3. Solanum tomentoſum, Verbaſci folio, parvo fructu, flaveſcente. *Plum. Cat. pl. Amer. pag.* 4.

Solanum Indicum, Pomum de Hiericho dictum, Borraginis flore, foliis profunde laciniatis. *Muſ. Zeyl. pag.* 34. Solanum pomiferum, fruteſcens, Africanum, ſpinoſum, nigricans, Borraginis flore, foliis profunde laciniatis. *H. L. Bat. pag.* 573. ubi ejus icon & deſcriptio. *Amm. H. Boſian. pag.* 34. & *Plukn. Phyt. Tab.* 226. *Fig.* 5. cujus in *Almag. pag.* 351. reliqua vide ſynonyma. huc ſpectat Solanum ſpinoſum, pomiferum, Indicum, fructu echinato, foliis Cardui, ſive Acanthi ſpinoſi. *Breyn. Prodr.* 1. *pag.* 50. & Solanum Africanum, ſpinoſum, arboreſcens, nigricans, pomiferum, venenatum, perenne, foliis profunde laciniatis. *Amm. H. Boſian. pag.* 8. & *Char. pl. pag.* 338. a quo pro Chunda *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 37. habetur. TIBBUTHU Zeylonenſibus vocatur.

Solanum Indicum, ſpinoſum, flore Borraginis, fructu croceo, rotundo, Perſicae magnitudine, Pomum de Hiericho dictum. *Muſ. Zeyl. pag.* 43. Solanum pomiferum, Indicum, ſpinoſum, Borraginis flore, fructu croceo. *H. L. Bat. pag.* 573. & *Fl. Malab. pag.* 63. Solanum forte ſpinoſum, Indicum, nigrum. *Breyn. Prodr.* 1. *pag.* 50. quod cum Cheru Schunda *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 36. ab eo jungitur. Pomum de Hiericho, Melongenis congener, *J. B. tom.* 3. *lib.* 34. *pag.* 619. Solanum ſpinoſum, fructu rotundo. *C. B. P. pag.* 167. *Plukn. Almag. pag.* 350. Schunda. *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 37. ELABATHU Zeylonenſibus. Variat haec ſpecies ſpinis violaceis, ex albo virentibus, & aureis, ut notatur a *Pluknet.* & in *H. L. Bat.*

SOLANUM fruteſcens, villoſum, foliis undulatis, mollibus, ſubtus incanis, ſpinis flaveſcentibus, armatum. *Nobis. Tab.* 102. Solanum Indicum, fruteſcens, ſpinoſum, Borraginis flore, fructu croceo, rotundo, minimo. *Muſ. Zeyl. pag.* 65. & *Herb. Herm.* Solanum Indicum, Borraginis flore, folio molli, lanuginoſo, longis aculeis flaveſcentibus armato. *Schol. Botan. pag.* 143. Solanum ſpinoſum, Indicum, Borraginis flore, fructu croceo, rotundo, minutiſſimo. Cheru-Schunda *H. Malab. Amm. H. Boſian. pag.* 8. Cheru-Schunda *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 36. quod eſt Solanum fruticoſum, Indicum, fructu rubro. *Tournef. inſt. pag.* 149. & Solanum Indicum, ſpinoſum, fructu minimo miniato, glabro. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1876. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 63. TUBUTHU Zeylonenſibus dicitur. Frutex hic lignoſus eſt, corticem habens purpureum, villis brevibus, ex albo flaveſcentibus undique ita obſitum, ut flaveſcens penitus appareat, ex hoc rami vix numeroſi, longiores, ſaepius ſimplices, teretes, villoſi proveniunt, qui folia gerunt interdum oppoſita, interdum ſolitaria, mollia, venoſa admodum, ſuperius obſcure virentia, inferius candida, villoſiſſima, ad nervum maximum, per mediam folii partem decurrentem ſpinis acutiſſimis ab utroque latere inſtructa, petiolis uncialibus innixa, ex ovato acuminata, ſinuoſa, margine repando: Aculei autem ſunt compreſſi, oſſei, acuminati, flavi, per totam plantam ſparſi, maxime in caule & petiolis, rarius in venis majoribus foliorum, ubi acutiores & tenuiores. Petioli flores ſuſtinentes e caule hic & illic exeunt, flores quatuor, quinque, vel plures aliis minoribus petiolis gerentes. Flores ſunt Solani vulgaris, cujus & bacca eſt magnitudinis, coloris ſulphurei, vel crocei.

SPHAERANTHOS purpurea, alata, ſerrata. *Nobis. Tab.* 94. *Fig.* 3. Sphaeranthos folio oblongo, major. *Vaill. Act. Reg. Paris. ann.* 1719. *pag.* 382. Jacea Zeylanica, folio oblongo, ſerrato, flore purpureo. *Herb. Hart.* Scabioſa Indica, major, caule & pediculis folioſis. *Plukn. Phyt. Tab.* 312. *Fig.* 6. Scabioſa Indica major, criſpatis foliis, alato caule, Malabarenſis. *Plukn. Almag. pag.* 335. & Scabioſa minor, alato caule Maderasp. *ibidem.* quae eſt Scabioſae capitulo, Chryſanthemi *Myconi* foliis, alato caule Maderaspatenſis. *Plukn. Phyt. Tab.* 108. *Fig.* 7. Omnes has *Pluknetii* Scabioſas unam eandemque plantam eſſe, nec aliter quam aetate differre adfirmat *D. Petiv. in act. Phil. Lond. no.* 244. *pag.* 332. Quum tertia junioris plantae ſit ſpeci-

SOLANUM frutescens, villosum, foliis undulatis, mollibus, subtus incanis, spinis flavescentibus, armatum. Nobis.

ſpecimen, ſecunda & prima adultioris, uti videre eſt apud *Ray. tom.* 3. *pag.* 235. ubi & tertia vocatur Conyza Orientalis, alato caule, flore globoſo. *Bobart.* Adaca-Manjeu *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 43. quae in notis planta Indica, alato caule, folio crenato, piloſo, & viſcoſo, flore glomerato, purpureo vocatur. & *Fl. Malab. p.* 55. & Corymbiferis affinis, caule alato, floribus in ſpicis, ſeu capitulis, ſquamoſis ſeminibus inſidentibus. *Ray. tom.* 3. *pag.* 241.

Quum haec planta adeo variet tam ratione aetatis, quam variatione loci & coeli, noſtram quoque Inſulae Zeylanae indigenam, & ibi excretam proponimus, quae in plurimis Indiae locis provenit & invenitur, atque ob ſingulare ejus caput ſphaericum, quo a Jacea aliisque hujus congeneribus differt, Sphaeranthos a *Vaill.* vocatur, cujus notam Characteriſt. vide in *act. Reg. Paris. loc. cit.*

Caulis noſtrae plantae eſt fere pedalis, ſimplex, craſſiusculus, foliis inſtructus alternatis, obtuſis, oblongis, ſerratis, verſus baſin attenuatis, marginibus dentatis, a baſi per caulis dorſum percurrentibus, unde alatus apparet caulis, & crispus. Ex alis foliorum enaſcuntur ramuli valde rari, tenues, unicus vel alter, quibus flos petiolo unciali inſidet compoſitus, ovatus, calice ſquammoſo communi inſtructus, qui deorſum petiolum marginibus percurrit, & eum criſpum reddit. Reliqua hujus deſcriptio ex *H. Malab.* ſuppleri poteſt, quae huic noſtrae plantae maxime convenit, & de qua virtutes Medicae egregiae ibi praedicantur.

STRAMONIUM Zeylanicum. *Muſ. Zeyl. pag.* 69. Datura Zeylanica, violacea, *ibidem pag.* 41. Stramonia ſeu datura, pomo ſpinoſo rotundo, longo flore. *H. L. Bat. pag.* 583. & *Fl. Malab. pag.* 64. ubi alia ſynonyma, & ſpecies; cujus tres diverſae in *H. Malab.* nomine Humatu proponuntur *part.* 2. *Tab.* 28, 29 & 30. quae Daturae Malabaricae *Humatu* dictae prima, ſecunda, & tertia ſpecies apud *Ray. hiſt. pl. pag.* 749. denominantur, & deſcribuntur. uti & *Rumph. in Herb. Amboin. lib.* 8. *cap.* 49. Stramoniam Indicam, ſeu Dutram albam, nigram, & rubram depingit & deſcribit. Datura quoque occurrit apud *Cluſ. lib.* 2. *cap.* 24. *Acoſt. cap.* 53. & *in edit. Ital. pag.* 66. Tlapath ab *Hernand. in Hiſt. Mexic. pag.* 278. vocatur, & noſtra ANTENNA a Zeylonenſibus. Characterem hujus generis habet *Linnaeus in Char. pl. gen. pag.* 48. ad DATURAM.

STRATIOTES DYAPARADHAEL Zeylonenſibus dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 68. *Paradhael* vocantur folia decidua & ſicca, ſeu in terram, ſeu in aquam decidant: an vero haec planta ſit Stratiotes terreſtris, an paluſtris, me latet, unde & ipſi nulla jungo ſynonyma; acris caeterum eſt, & calidiſſima, ut dicitur in *Muſ. Zeyl.*

TAMARINDUS. *Muſ. Zeyl. pag.* 27 & 60. & *Parkins Theat. pag.* 237. *Bontii lib.* 6. *cap.* 4. *pag.* 94. *J. B. tom.* 1. *pag.* 422. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1748. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 147. & *Hiſt. Jam. vol.* 2. *pag.* 45. Tamarindo *Acoſtae edit. Ital. pag.* 50. & apud *Cluſ. cap.* 21. & ejus *Aromat. lib.* 1. *cap.* 28. Siliqua Arabica, quae Tamarindus. *C. B. P. pag.* 403. Tamarindus Dereliide vocata *Alpin. de pl. Ægypt. cap.* 10. *pag.* 37. ubi ejus icon. & *Veſl. in Alp. pag.* 13. *Breyn. Prodr.* 1. *pag.* 51. Balam-Pulli, ſeu Maderam-Pulli *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 23. ubi vide notas &c. Tamarindus, Aſſam Java *Rumph. Herb. Ambon. lib.* 2. *cap.* 32. qui varias hujus habet icones diverſis in locis, ſeu terris ad plantas depictas. Tamarindus arbor. *Grimm. Labor. Ceyl. pag.* 113. ubi dicitur, praeter pulpam, quae tam ad purgationes, quam ad Clyſteres nobis inſervit, poſſumus e floribus pulcherrimam Conſervam deſumere pro Stomachi, Hepatis, atque Lienis affectibus. &c. HYABILA & HIAEMBALA Zeylonenſibus. Hujus characterem habet *Linnaeus in char. pl. gen. pag.* 9.

TELKAPALA. *Muſ. Zeyl. pag.* 58. *Tel* Butyrum notat, *Ka* lucidum, & *Pala* Blitum ſeu Betam ſignificat; folia enim lucida ſunt & glabra inſtar Butyri.

TELU. *Muſ. Zeyl. pag.* 70. ubi dicitur; hujus caulis calefacti ſuccus expreſſus auribus obſtructis inſtillatur bono ſucceſſu.

THALICTRUM Zeylanicum, aquaticum. *Muſ. Zeyl. pag.* 36.

THLASPI Alſinoides, Indicum, trifoliatum, *Muſ. Zeyl. pag.* 57.

TINUS humilis, Zeylanica, foliis craſſis, venoſis. *Nobis. Tab.* 103. Ceraſus Zeylanica, humilis, craſſis, latisque foliis, flore fructuque umbellato, rubro. *Muſ. Zeyl. pag.* 43. Ceraſus Zeylanica, umbellata, rubra, foliis latis & craſſis *Hermanni. Herbar. Gronov.* ubi adſcriptum erat, refrigerat & humectat, ex fructibus Rob conficitur in ardentibus

TINUS humilis Zeylanica, foliis craſsis, venosis. Nobis.

Euphorbia hirta



TITHYMALUS Botryoides, Zeylanicus, caulículis villosis. Herb. Herm.

bus febribus proficuum. BADULAM Zeylonenſibus. *Tsahinagapalam* Malabaris vocatur. huc & ſpectat Ceraſo affinis arbor, baccifera, racemoſa, flore albo, pentapetalo, fructu flavo, monopyreno, eduli, dulci. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 169. Folia hujus arboris ſunt craſſa, ovalia, verſus baſin magis attenuata, integra, ſemper virentia, nitida, & glaberrima, venoſa, ex caule alternatim breviſſimis pediculis orta, fere ſeſſilia; Flores in ſummitate ramorum colliguntur plurimi, racemoſi, umbellatim fere diſpoſiti, monopetali, rotati, quinquefidi, quinque ſtaminibus cum tuba longa inſtructi, calicibus minimis, quinquefidis contenti, coloris rubicundi, cujus & fructus ſunt, qui edules, refrigerantes, & humectantes habentur. ex quibus & Rob conficitur, ut ſupra jam ex *Herbar. Gronov.* monuimus, qui elegantem hanc plantam inſculpendam generoſe nobis conceſſit.

TITHYMALUS ramoſiſſimus, fruteſcens, pene aphyllos. *Par. Bat. Pr. pag.* 381. *Bobart. hiſt. tom.* 3. *pag.* 337. Tithymalus arboreſcens, caule aphyllo. *Plukn. Almag. pag.* 368. & *Phyt. Tab.* 319. *Fig.* 6. Tiru-Calli *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 44. Tithymalus Indicus, fruteſcens. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1710. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 66. & *H. Amſt. tom.* 1. *Fig.* 14. Oſſifraga lactea, Patta Tulang. *Rumph. Herb. Ambon. auctuar. cap.* 80.

TITHYMALUS Orientalis, articulatus, junceus, aphyllos. *Muſ. Zeyl. pag.* 50. Tithymalus Orientalis, foliolis junceis *ibidem pag.* 54. Tithymalus Orientalis, articulatus, junceus, aphyllos, an piper longum, anguſtiſſimum ex Florida *C. B.* Felfel Tavil *Alpini Muſ. Zeyl. pag.* 63. Piper longum anguſtiſſimum apud *C. B. P. pag.* 412. occurrit, & Felfel Tavil apud *Alpin. de pl. Ægypt. cap.* 30. *pag.* 96. huc ſpectat Tithymalus Indicus, vimineus, penitus aphyllos. *Boerh. Ind. H. L. Bat. part.* 1. *pag.* 257. quae prioris diverſitas, ut & forte haec, quae MUNAKIRYA Zeylonenſibus dicitur.

TITHYMALUS Botryoides, Zeylanicus, cauliculis villoſis, *Herb. Herm.* qui inſculptus eſt *Tab.* 104. Tithymalus Botryoides, Zeylanicus, hirſutus. *Muſ. Zeyl. pag.* 31. Tithymalus Botryoides, Zeylanicus, repens, cauliculis villoſis. *Commel. Cat. hort. Med. Amſt. in oct. pag.* 351. Tithymalus Botryoides, major, Zeylanicus, procumbens, foliis & cauliculis villoſis. *Plukn. Almag. pag.* 373. & *Ray. tom.* 3. *pag.* 428.

Tithy-

Tithymalus Indicus, annuus, dulcis Botryoides, geniculatus, *Par. Bat. Pr. pag.* 382. Tithymalus dulcis, Parietariae foliis hirſutis, floribus ad caulium nodos conglomeratis. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 82. & *Hiſt. Jam. vol.* 1. *pag.* 197. *Ray. tom.* 3. *pag.* 430. apud quos reliqua vide ſynonyma. Chamaecyſe Indiae utriusque, major, hirſuta. *Muſ. Petiv. no.* 758. Tithymalus Americanus, humifuſus, ſerratus, floribus in capitulum alis adhaerens congeſtis. *Plum. apud Tournef. inſt. rei herb. pag.* 88. Caulis hujus plantae ad radicem in plures cauliculos procumbentes dividitur, quorum quisque quadragonus, villis ſtrigoſis hirſutus, flaveſcens, quibus folia ſunt oppoſita, ovato-oblonga, obtuſe in ſummo ſerrata, ſcabra, petiolis fere nullis innixa: Flores alternatim ad genicula exeunt, brevi communi petiolo inſidentes & in capitula plurimi congeſti, formae & ſtructurae Tithymali vulgaris. &c.

Tithymalus Botryoides, erectus, florum capitulis conjugatis, & longiori pediculo inſidentibus. *Nobis. Tab.* 105. *Fig.* 1. Tithymalus Zeylanicus, exiguus, hirſutus, folio conjugato, florum capite globoſo. *Herb. Hart.* Tithymalus Botryoides, minor, Americanus, foliis hirſutis. *Plukn. Almag. pag.* 373. Tithymalus erectus, ſerratus, floribus in capitulum longo pediculo inſidens congeſtis. *Plum. Cat. pl. Amer. pag.* 2. Tithymalus Indicus, annuus, dulcis, floribus albis, cauliculis rubentibus & viridantibus. *Par. Bat. Pr. pag.* 381. *Plukn. Phyt. Tab.* 113. *Fig.* 2. Tithymalus erectus, acris, Parietariae foliis glabris, floribus ad caulium nodos conglomeratis. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 82. & *Hiſt. Jam. vol.* 1. *pag.* 197. *Tab.* 126. huc ſpectat Chamaecyſe Americ. major, floribus glomeratis, Cynocrambes folio glabra. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 31.

A priori differt haec planta, multoque tenerior ac minor, annua quoque eſt, cujus caulis eſt ſimplex, teres, villoſus, villis ruffeſcentibus, ſemipedalis; Folia ſunt oppoſita, oblonga, obtuſe & vix ſerrata, ex foliorum alis petioli unciales alterne provenientes continent floſculos plurimos, in capitulum geminum utcunque oppoſitum aggregatos, forma & ſtructura prioris.

Tithymalus erectus, floribus rarioribus, foliis oblongis, glabris, integris. *Nobis. Tab.* 105. *Fig.* 2. Tithymalus Zeylanicus, annuus, erectus, folio oblongo, conjugato. *Herb. Hart.* Tithymalus tenellus, Indicus, Chamaecyſes foliis, floſculis incarnatis. *Herb. Herm.* & *Muſ. Zeyl. pag.* 47.

Fig. 2.

Fig. 3.

Fig. 1.

TITHYMALUS rarioribus, foliis integris. Nobis. erectus, floribus oblongis, glabris.

TITHYMALUS erectus, florum gatis, & longiori dentibus. Nobis. Botryoides, capitulis conjupediculo insi=

TITHYMALUS humilis, ramosissimus; hirsutus, foliis Thymi serratis. Nobis.

47. huc ſpectat Tithymalus Botryoides, Maderasp. Hyperici foliis non crenatis, floribus ex alis uno verſu provenientibus. *Plukn. Phyt. Tab.* 43. *Fig.* 7. & Tithymalus arbor foliis Amygdali obtuſis *Plum. Cat. pl. Americ. pag.* 1. & Coacica Braſilienſibus, Peplis major, floſculis albis. *Markgr. lib.* 1. *cap.* 9. *pag.* 15. KIRIWAENNA noſtra Zeylonenſibus dicitur, quae caulem habet erectum, teretem, in quinque vel plura genicula diviſum, glabrum, viridem, varie ramoſum, ramis ſaepius bifidis, qui folia gerunt oppoſita, ovalia, integra, in aliis laeviter & obtuſe ſerrata, utrinque glabra, viridia: ex alis foliorum prodit petiolus communis, uncialis, continens pauciores floſculos in faſciculum diſpoſitos, parvos, petioli hi floriferi alternatim exeunt ex alis, ſcilicet ex alterutra ala, nunquam ex utraque, quo a *Pluknetii* planta differt.

TITHYMALUS humilis, ramoſiſſimus, hirſutus, foliis Thymi ſerratis. *Nobis. Tab.* 105. *Fig.* 3. Tithymalus Zeylanicus, exiguus, ruber, folio Nummulariae. *Herb. Hart.* Tithymalus minimus, ruber, rotundifolius, procumbens. *Bobart. Hiſt. Oxon. tom.* 3. *pag.* 340. Tithymalus procumbens, Chamaecyſe villoſa, major, caulibus viridibus. *Plukn. Almag. pag.* 372. Tithymalus exiguus, procumbens, Chamaecyſe dictus. *H. L. Bat. pag.* 602. quae Chamaecyſe *J. B. tom.* 3. *pag.* 667. dicitur, cui noſtra maxime convenit, ut & Peplis Mariland. minima, ramoſiſſima, anguſtifolia. *Ray. tom.* 3. *pag.* 431. & *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 83 Chamaecyſe Americana, minor, Paronychiae Hiſpanicae Cluſii facie, foliis Serpilli ſerratis. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 31. qui forte Tithymalus humifuſus, floribus in capitulum alis adhaerens congeſtis. *Plum. Cat. pl. Amer. pag.* 2.

E radice fibroſa, firma, craſſiuſcula, nigra, intus albicante oritur caulis tenuis, flexilis, ſubhirſutus, qui paulo ſupra terram erumpens plurimos dat ramos tenuiſſimos, ſemipedales, alternatim exeuntes, & ſemiunciali ſpatio fere remotos, qui etiam alternatim parvos ramulos ſimili modo emittunt. Folia ad articulos & diviſiones caulis conjugata ſunt, minima, Thymo vel Serpillo fere aemula, teſſilia, ovata, laeviſſime ſerrata; e quorum alis floſculi prodeunt minutiſſimi, in parva capitula collecti. Facies caeterum plantae eſt Thymo, Serpillo, vel Acino proxima.

TITHYMALUS tenuifolius, aquaticus, foliis raris. DYANELLI Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 54.

TITTAGAEDI & TITTUWAEL. *Muſ. Zeyl. pag.* 67. a *Titta* quod amarum notat, plantula enim grate amaricat.

TOTHYA fructum Cymbae ſimilem ferens. *Muſ. Zeyl. pag.* 48. a *Tothu* Cymba. dicitur & TOTHILA.

TRIBULUS terreſtris, Zeylanicus, cauliculis villoſis, fructu acuminato. *Nobis. Tab.* 106. *Fig.* 1. Tribulus Zeylanicus, terreſtris, flore luteo, fructu ſpinoſiſſimo. *Herb. Hart.* Tribulus terreſtris, folio Ciceris, fructu aculeato, Zeylanicus. *Muſ. Zeyl. pag.* 44. Tribulus terreſtris, medius, Zeylanicus, *Commelini Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 100. Tribulus terreſtris, Indiae Orientalis, foliis Viciae ſubrotundis, & villoſis. *Tournef. inſt. pag.* 266. Tribulus terreſtris incanus, Indicus, lanugino-ſus, paucioribus in foliis pinnulis, fructu pediculo longiori inſidente. *Ray. hiſt. pl. tom.* 3. *pag.* 650. Tribulus terreſtris, fructu turbinato, foliis lanuginoſis. *Plum. Cat. pl. Amer. pag.* 7. Hujus generis characterem habent *Linnaeus in Char. pl. gen. pag.* 128. *Breyn. loc. cit.* & *Amm. Char. pl. pag.* 599.
Caulis noſtrae plantae eſt longus, pedalis, & ultra, hirſutus, coloris ſtraminei. Folia e caule exeunt pinnata, ſine inpari, quinque utcunque paribus compoſita, in vulgari autem Tribulo pinnae crebriores ut plurimum ſunt. Pinnae hae ſunt oblongae, obtuſae, integerrimae, ſubhirſutae, virides. Ex ſingula foliorum ala ramulus prodit ejusdem cum caule figurae, ſed brevior, multo minor, & alternatim ſaepius pinnas ſuas producens; Ex eadem ala in adultioribus ramis ſaepius flos unicus unciali petiolo inſidens provenit, dimidio circiter major, quam in vulgari Tribulo, qui & fructum producit in inferiori parte brevibus ſpinulis obſeſſum, in ſuperiori tribus, quatuorve longioribus aculeis armatum, tenuis porro hic fructus eſt, oblongus, multumque a vulgaris fructu differens.

TRIFOLIUM procumbens, Zeylanicum, hirſutum, Loti facie. *Nobis. Tab.* 106. *Fig.* 2. Trifolium veſicarium, repens, Phaſeoli foliis hirſutis. *Muſ. Zeyl. pag* 42. Lotus Zeylanica, ſylveſtris, repens, flore luteo. *Herb. Hart.* cum qua & convenit Lotus parva, Cretica, procumbens, incana, quaternis ſiliquis cruciatim diſpoſitis. *Plukn. Phyt. Tab.* 43. *Fig.* 3. Noſtrae vero plantae ſiliculae haud ita propullularunt, ut pro certo concludere poſſimus, an ſint cruciatae. huc & ſpectat Loto pen-

Fig. 2. Hedysarum hamatum L.

Fig. 2.

Fig. 1.

TRIFOLIUM procumbens, Zeylanicum, hirsutum, Loti facie. Nobis.

TRIBULUS terrestris, Zeylanicus, caulibus villosis, fructu acuminato. Nobis.

VALERIANELLA foliis nervosis, acutis, flosculis in caulium summo quasi umbellatis. Nob.

pentaphyllo, ſiliquoſo ſimilis, Anonis non ſpinoſa, foliis inſtar Ciſti glutinoſis & odoratis. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 74. & *Hiſt. Jam. vol.* 1. *pag.* 186. *Tab.* 119. *Fig.* 1. Characterem hujus generis habet *Linnaeus in char. pl. gen. pag.* 229. Caules noſtrae plantae ſunt tenues, plures ad radicem ſimul exeuntes, filiformes, rarius ſubdiviſi; ſummis ramulis inſident flores in capitula ſolitaria ſquammulis inſtructa collecti, coloris lutei, Folia ſunt Myrti, variae magnitudinis, oblonga, terna, alterna, vel oppoſita, ad baſin petioli caulem vaginantia, hirſuta, & viſcoſa, ut tota denique planta.

TRIOPTERIS Indiae Orientalis, ſeu Arbuſcula Amygdalae nanae folio, diſpermos, ſiliqua Thlaspeos Dioſcoridis, ternis amplioribus extantibus alis donata, WAENELLA Zeylonenſibus dicta. *Plukn. Almag. pag.* 377. quam vide *ſupra pag.* 55. ad Carpinum forte viſcoſam &c.

VALERIANELLA foliis nervoſis, acutis, floſculis in caulium ſummo quaſi umbellatis. *Nobis. Tab.* 107. WAERANYA Zeylonenſibus. *Herb. Herm.* & *Muſ. Zeyl. pag.* 4.
Paluſtris haec planta videtur, caulis enim ejus craſſus, fungoſus, glaber, ſulcatus, & quadragonus eſt, folia emittens unciali, aut ſesquiunciali ſpatio remota, pediculis brevibus ſuffulta, bina ſibi ſemper oppoſita, ad quorum ortum vagina quaedam membranacea e caulium nodis erumpit, quae foliorum petiolos includit, aut e qua proveniunt petioli folia ſuſtinentes lata, glabra, venoſa, integerrima, acuminata; caulis ſummum terminant pediculi floriferi, communes, ex ſuperiorum foliorum alis provenientes, nunc longiores, nunc triplo fere breviores, qui in ſummo in proprios iterum pedunculos, ex alis minorum foliorum ortos dividuntur, & floſculos umbellatim quaſi diſpoſitos ſuſtinent, quorum calix eſt erectus, ſemiquadrifidus, anguſtus, acutus, perpetuus, petalum floris unicum, tubulatum, erectum, calice paulo longius, acutum, ſemiquadrifidum, ſtamina quatuor longitudine petalorum, piſtillum ſimplex, germen dans intra florem, uti in Tabula noſtra apparet; ubi lett. A. calicem exhibet, B. petalum quadrifidum cum quatuor ſtaminibus, C. piſtillum cum Embryone.

VALERIANELLA paluſtris, foliis nervoſis, oblongis, floſculis ad caulium nodos, inter foliorum ſinus collectis. *Nobis. Tab.* 108. *Fig.* 1. Pulegium latifolium, Zeylanicum, aquaticum, inodorum, cauliculis atro-

purpureis. *Herb. Herm.* an Veronicae affinis, Indiae Orientalis, Pulegii facie, calicibus tomentosis. *Plukn. Phyt. Tab.* 232. *Fig.* 7? Cujus autem folia sunt rotundiora. Caulis nostrae plantae est simplex, pedalis, quadragonus, purpurascens, ad quem folia sunt oppositа, oblonga, sessilia, integra, nervosa; in sinu foliorum oriuntur flosculi conglomerati, plurimi, inter quae ramulus enascitur secundum gradus aetatis. Singulus autem flosculus calicem habet quadridentatum, petalum erectum, quadrifidum, pistillum unicum, bifidum, qui fructum dat subrotundum, bilocularem Valerianellae in omnibus similem.

VERBENA Indica, rotundifolia, spicis comosis. *Mus. Zeyl. pag.* 58. an Bliti superius descripti species? an vero Verbena nodiflora, major, Indica, flore niveo. *Hermanni* apud *Moris tom.* 3. *pag.* 419?

VERONICA hirsuta, latifolia, Zeylanica, aquatica. *Mus. Zeyl. pag.* 29. Veronica Indica, Teucrii folio, Nanschera-Canschabu Malabaris dicta. *Commel.* in not. ad *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 50. *Plukn. Almag. pag.* 384.

VERONICA Zeylanica, folio conjugato Rorismarini, flore albescente. *Herb. Hart.* quae est Parpadagam *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 35. & Spergula Indica, major, flore candido. *in notis ibidem.* quae a nostra planta non differt, nisi quod flores saepius gemini communi petiolo in nostra proveniant planta, in hac autem semper solitarii.

VICIA foliis glabris, venosis, oblongis, floribus gemellis, planis. *Nobis. Tab.* 108. *Fig.* 2 Viciae elegans genus, PILAE Zeylonensibus. *Herb. Herm.* Vicia Zeylanica, elegans. *Mus. Zeyl. pag.* 37. an Vicia peregrina, angustissimis foliis, siliqua lata, glabra. *Plukn. Phyt. Tab.* 233. *Fig.* 6?
Caulis nostrae plantae est teres, flexilis, purpureus, ad genicula ramosus, folia pinnata, novem vel decem paribus pinnarum constans; Pinnae omnes sunt oblongae, obtusae, in summo apice acutissimo seu aculeo, qui nervi medii productio est, ornatae, glabrae, utrinque virides, venosae; Ex alis foliorum dependent flores gemini vexillo plano & lato constantes. Siliqua deest.

VICIA Indica, verminosa, foliis cordatis, flosculis suaverubentibus. *Mus. Zeyl. pag.* 53. Vicia Indica, elegans, foliis oblongis, cordatis, floribus rubicundis, siliquis angustis. *ibidem. pag.* 56. PANUPILAE Zey-

1. Hedyotis auricularia

Fig. 1.

VALERIANELLA palustris, foliis nervosis, oblongis, flosculis ad caulium nodos, inter foliorum sinus collectis. Nobis.

Fig. 2.

VICIA foliis glabris, venosis, oblongis, floribus gemellis, planis. Nobis.

VITEX trifolia, floribus per ramos sparsis. Nobis.

Zeylonenſibus, a *Panuwa* quod vermiculos, ſeu quaevis inſecta denotat, *Pilae* autem generale nomen eſt pro omni genere *Viciae. ibidem.* hujus ſpecies eſt

VICIA Indica, verminoſa, minor. HINPANUPILAE dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 43.

VISCUS fructibus oblongis, rubicundis, floribus oblongis, tubuloſis. *Muſ. Zeyl. pag.* 20. Viſcum forte Caryophylloides, minus, foliis prunae inſtar candicantibus, flore tripetalo, purpureo, ſemine filamentoſo. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 77. PILILA & UDHAWAEDHYA Zeylonenſibus.

VITEX trifolia, Indica, odora, hortenſis, floribus coeruleis, racemoſis. *Muſ. Zeyl. pag.* 48. Jasminum Indicum, cyneum, odore gravi, Syringae coeruleae facie. *ibidem.* Vitex trifolia, minor, Indica, *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 104. *Plukn. Almag. pag.* 390. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 69. Negundo foemina. *Acoſt. edit. Ital. pag.* 211. Negundo arbor foemina. *J. B. part.* 2. *lib.* 15. *pag.* 189. & *Herb. Hart.* quae apud *Plukn. in Phyt. Tab.* 206. *Fig.* 5. exprimitur, ut & in *H. Malab. part.* 2. *Fig.* 11. Cara-Noſi dicta. & eſt Piperi ſimilis fructus ſtriatus foemina, *C. B. P. pag.* 412. & Frutex Indicus, baccifer, fructu calyculato, monopyreno *Negundo* dicta. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1575. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 31. NIKA Zeylonenſibus vocatur. *Nochile Lagondi* Malaic.

VITEX trifolia, odorata, ſylveſtris, Indica, *Muſ. Zeyl. pag.* 47. Vitex trifolia, major. *Rauwolf. C. B. ibidem.* Negundo prior, ſeu Mas *Acoſtae in octav. pag.* 286. & apud *Cluſ. cap.* 38. Negundo Maſchio *Acoſt. edit. Ital. pag.* 210. Negundo arbor, mas. *J. B. part.* 2. *lib.* 15. *pag.* 189. Vitex trifolia, minor, Indica, ſerrata. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 104. *Plukn. Almag. pag.* 390. Negundo mas variorum. *Commel. Fl. Malab. pag.* 69. Bem-Noſi. *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 12. WALNIKA Zeylonenſibus, id eſt *Nika*, ſeu Vitex ſylveſtris. hujus generis character invenitur apud *Linnaeum in char. pl. gen. pag.* 186.

VITEX trifolia, floribus per ramos ſparſis. *Nobis. Tab.* 109. Vitex Zeylanica, inodora, floſculis ſpadiceis, tenellis. *Herb. Herm.*
Frutex hic caulem gerit lignoſum, rectum, ſcabrum, cinereo-fuſcum,

qui variis locis ramulos floriferos emittit ejusdem cum caule formae, rigidos nempe & fuscos, in florum corymbos itidem terminantes: Folia per ramos sunt sparsa, quae petiolo unciali insident tria, foliolo scilicet unoquoque itidem petiolato. Figura foliorum est oblongo-acuminata, margine integro, viridia utrimque, glabra, flosculi spadiceum habent colorem; reliqua Viticis.

VITIS folio Cucurbitae, seu non sinuato. *Mus. Zeyl. pag.* 7. an Schembra-Valli. *H. Malab. part.* 7. *Tab.* 6? quae Vitis sylvestris species. *Commel. in notis.* & *Fl. Malab. pag.* 69. MALALABU Zeylonensibus. *Labu* Lusitanis notat *Poveram*, id est Cucurbitam lagenae formam referentem.

VITIS IDAEA Zeylanica, odoratissima. *Tournef. inst. pag.* 608. Myrtus Zeylanica, fructu niveo, molli, aromatico, dulci, odore Citri. *Mus. Zeyl. pag.* 65. Myrtus Zeylanica, odoratissima, baccis niveis, monococcis. *H. L. Bat. pag.* 434. ubi icon, & descriptio. Ligustrum Zeylanicum, arborescens, Myrti Laureae foliis. *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 75. Myrtus Zeylanica. *Boerh. Ind. H. L. Bat. part.* 2. *pag.* 255. Myrtus forte arborea, foliis Laurinis, aromatica. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 161. & *Hist. vol.* 2. *Tab.* 191. *Fig.* 1. MARANDA & MARADA Zeylonensibus.

ULMI foliis non nihil similis Zeylanica, capreolata. *D. Hermans.* apud *Ray. tom.* 3. *dendr. pag.* 128. ubi additur: Folia ramis conjugata adnascuntur, contra quam in Ulmo. Capreoli ex apice pediculorum, qui folium sustinent, egrediuntur.

URALA. *Mus. Zeyl. pag.* 50. id est *Ala* porcinum; *Ura* denotat porcum.

URINARIA Indica, erecta, vulgaris. *Herb. Hart. Tab.* 93. *Fig.* 2. & *Mus. Zeyl. pag.* 11. ubi & Tithymalus non lactescens vocatur. Urinaria Zeylanica, erecta, JATHA-ÆMBULA Zeylonensibus. *Par. Bat. Pr. pag.* 385. Kirganeli *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 15. quae Vitis Idaeae affinis, flore hexapetalo ex albicante. *Commel. in notis.* & *Fl. Malab. pag.* 69. Fruticulus capsularis, hexapetalus, foliis brevioribus, subrotundis, & densius stipatis. *Plukn. Phyt. Tab.* 183. *Fig.* 5.
E radice tenui, fibrosa, albicante oritur haec planta caule recto, viridi, tenui, lignoso, rarius ramoso, pinnas foliorum alternatim producente, quae pinnae etiam alternatim brevibus pediculis oriuntur, ad

1. Urtica interrupta

Fig. 2.

Fig. 1.

URTICA fatua, spicata, foliis floribusque petiolis longis donatis. Nobis.

URTICA pilulifera, foliis majoribus longissimis pediculis, minoribus brevibus pediculis donatis. Nobis.

ad quarum alas floſculi ſolitarii, herbacei, hexapetali proveniunt tenuiſſimis inſidentes pediculis, quae vaſcula in tres communiter cancellos diſtincta relinquunt, continentia minutiſſima totidem ſemina triangula, unde ad *Tithymalum*, ni hujus generis ſit, proxime accedit: *Hermanni* autem nomen huic plantae inpoſitum retinuimus ob ſingularem vim Medicam, qua Urinam pellere valet, Urinariae dictae.

URINARIA Indica, ſupina, cauliculis rubentibus. *Muſ. Zeyl.* 4 & 16. Urinaria Zeylanica, repens, cauliculis rubentibus. *ibidem. pag.* 37. Tsjeru-Kirganeli *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 16. quod *in notis* Vitis Idaeae affinis, flore hexapetalo, rubeſcente. *Commel.* & *Fl. Malab. pag.* 69. an Fruticulus capſularis, hexapetalus, brevioribus foliis & anguſtis. *Plukn. Phyt. Tab.* 183. *Fig.* 6? PITHAWAKKA & BINKOHUMBA Zeylonice dicitur. de qua in *Muſ. Zeyl.* notatur, quod ſit planta humi jacens, foliis ac fructu vulgari paulo major, ac virtutibus validior. Floſculi ſunt pentapetali & herbacei, capſula in tres partes dehiſcit, continens ſemina minutiſſima, ex luteo albicantia: Febrifuga eſt, & diuretica, decoctum ejus vehementer pellit Urinam, unde ei nomen. BINKOHUMBA vocatur a *Binko*, quod humum notat, cui ſtrata jacet.

ULHAENDA. *Muſ. Zeyl. pag.* 25.

UVA Zeylanica, ſylveſtris, Mali Armeniacae ſapore, Uves de Mato Luſitanis. *Muſ. Zeyl. pag.* 8 & 31. ubi pro Narum-Panel *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 10. habetur. qui eſt Frutex bacciſer, fructu ad ſingulos flores multiplici. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1636. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 30. in *Muſ. Zeyl. pag.* 8. deſcribitur, quod ſit Frutex ſarmentoſus, foliis glabris, floſculis puniceis, ſtellatis, ſex ſeptemve uvas in racemo proferens, ſubhirſutas, molles, cinereas, parvas, teretes, ſemiunciales, ſapore vinoſo Mala Armeniaca aemulante. PALUKAENA Zeylonenſibus dicitur. *Baala-Paletti. Colo-apocaro. Uves de Mato* Luſitanis. ut conſtat ex *Muſ. Zeyl. pag.* 31.

URTICA pilulifera, foliis majoribus longiſſimis pediculis, minoribus brevibus pediculis donatis. *Nobis. Tab.* 110. *Fig.* 1. Urtica Zeylanica, minor, pilulas ferens, vulgaris facie. *Herb. Hart.* Urtica racemoſa, pilulifera tricoccos. *Muſ. Zeyl. pag.* 60. Urtica Zeylanica foliorum pedi-

pediculis tenuiſſimis & longiſſimis, funiculis floriferis pariter tenuiſſimis, praelongis, raris floſculis donatis. *Ray. hiſt. pl. part.* 3. *pag.* 106. Lupulo vulgari ſimilis Indiae Orientalis, floribus in ſpicam, ex origine foliorum prodeuntem, diſpoſitis. *Plukn. Phyt. Tab.* 201. *Fig.* 5. an Urticae genus Indiarum minime pungens, forte Batti-Schorigenam *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 40. quae plantae noſtrae penitus convenit, & eſt Urtica, Braſilienſis *Pino* indigenis dicta *Ray. hiſt. pl. pag.* 159. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 69. Pino *Markgr. pag.* 8. KATSCHAMBALI noſtra Zeylonenſibus dicitur, cujus caules ſunt tenues, bipedales, ſulcati, ſubhirſuti, virides, folia per caulem diſperſa, majora petiolis longiſſimis inſidentia, minora autem breviſſimis adfixa pediculis, ſunt autem cordata, in ambitu profundis, obtuſisque crenis inſculpta, ſuperne viridia, inferne incana, ſcabra; ex alis foliorum exeunt pediculi tenuiſſimi, longiſſimi, tres quatuorve uncias longi, ad medium circiter floſculos producentes congregatos, & per petiolum ſparſos, in ſummo crebriores, Urticae vulgari ſimiles, &c.

URTICA fatua, ſpicata, foliis floribusque petiolis longiſſimis donatis. *Nobis. Tab.* 110. *Fig.* 2. Urtica fatua, aculeata, Cannabis Erraticae foeminae flore verticillato. *Herb. Herm.* Urtica forte major, racemoſa, humilior, pungens, ſed non urens. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 38. & *Hiſt. Jam. vol.* 1. *pag.* 12. & Urtica racemoſa, amplo Coryli folio. *Plum. Cat. pl. Amer. pag.* 11.

Noſtrae plantae caulis eſt modice craſſus, viridis, ſulcatus, glaber, aculeis breviſſimis, inermibus, ad latera inſtructus, foliis plurimis, praeſertim ad genicula, binis ſibi oppoſitis minoribus foliolis provenientibus gaudens, majora autem folia ſolitaria, alternatim ex caule exeunt, longiſſimis, quadriuncialibus petiolis inſidentia, quae formam fere habent cordatam, ſecundum marginem crenis inciſa, in acutiſſimum apicem deſinentia, ſuperius ſunt rigida, crinibus armata, laete tamen virentia, duas uncias lata, tres circiter longa, venoſa, verſus caulis ſummitatem parva, & ſimul plura folia minora ad genicula proveniunt ex alis quaſi majorum foliorum, ubi & petioli longiſſimi quinque vel ſex uncias longi, floriferi oriuntur, qui floſculos gerunt plurimos, per interſtitia, & in faſciculum quaſi collectos, in petioli medio incipientes, & ibi unciali fere ſpatio remoti ſunt, & quo magis verſus ſummum vergunt, eo faſciculi floriferi magis accedunt, & in ſummo fere

ſibi

ſibi invicem accumbunt, floſculi autem ſunt luteoli, ſemina relinquentes fere cordata, compreſſa, & ad latera punctata.

URTICA Zeylanica, hortenſis, urens, foliis Cannabinis. *Muſ. Zeyl. pag.* 47. quae & ſylveſtris etiam eſt, ac Urtica Zeylanica, floribus ac ſeminibus Cannabinis, ſeu Cannabina Indica, ſylveſtris, Urticae foliis urentibus vocatur in *Muſ. Zeyl. pag.* 29. WATUHAHAMBILYA Zeylonenſibus vocatur, id eſt Urtica hortenſis, ut explicatur *ibidem. pag.* 47. hujus generis characterem habet *Linnaeus in char. pl. gen. pag.* 283.

WANATITTAWAEL. *Muſ. Zeyl. pag.* 61. a *Wani* quod ulcera denotat. *Titta* amarum. *Wael* vimen. Radix eſt amara, & lacteſcens. Floſculi ſunt lutei.

WELAGHA. *Muſ. Zeyl. pag.* 3. quod pronunciatur *Welengha.*

XANTIUM ſeu Lappa, URUKOSSA Zeylonenſibus dicta. *Muſ. Zeyl. pag.* 59.

ZEDOARIA Zeylanica, Camphoram redolens, HARANKAHA dicta: *H. L. Bat. pag.* 636. *Muſ. Zeyl. pag.* 50. *Par. Bat. Pr. pag.* 386. *Plukn. Almag. pag.* 397. *Ray. hiſt. pl. tom.* 3. *pag.* 648. Zedoaria Zeylanica, HARANKAHA Indis vocata. *Amm. H. Boſian. pag.* 38. de hac in *Muſ. Zeyl.* dicitur; Radix recenter effoſſa Camphorae ſpirat odorem, poſtmodum Zedoariae; Radicem hanc inter ſacra reponunt Cinghali, ad quam ſolam in morbis deſperatis confugiunt. & *Grimm. in Labor. Ceyl. pag.* 118. de hac dicit: Maximi eſt pretii apud Cinghalenſes, in morbis ſuis periculoſiſſimis ea vel ſola, vel cum aliis medicamentis commixta, quae venenum impugnare debent, utuntur. Radix optime ſudores, & urinas movet. Sal quoddam volatile, & Oleum per deſtillationem emittit, quod in minima doſi vires totius plantae poſſidet. &c. Dum haec radix eſt condita, non alium ſaporem habet, quam *Enula Campana.*

ZEDOARIA rotunda & officinarum; de hac vide *ſupra pag.* 67. ad *Colchicum.*

ZINGIBER latifolium, ſylveſtre. *H. L. Bat. pag.* 636. ubi icon & deſcriptio. *Muſ. Zeyl. pag.* 51. *Moris Tab.* 14. *Sect.* 8. *Fig.* 2. Zerumbet Officinarum *Petiv. Gazoph. nat. & art. Tab.* 22. *Fig.* 3 quae in *Muſ. Zeyl.* male pro Zedoaria Garziae, in *H. L. Bat.* bene pro Zerumbet *Garz. ab hort. lib.* 1. *cap.* 43. *pag.* 158. habetur. & eſt Zerumbet Garziae ab horto, vel Zingiber ſylvaticum, *Kua* Malabaris dicta, vel WALINGHURU Zeylonenſium *Amm. H. Boſian. pag.* 38. Gengioro *Acoſt. edit. Ital. pag.* 196. Zerumbet *Cluſ. lib.* 1. *aromat. cap.* 43. *Dale Pharmac. pag.* 328. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 71. quae eſt Kua. *H. Malab. part.* 11. *Tab.* 7. ubi vide notas. & apud *Plukn. in Almag. pag.* 397. reliqua ſynonyma ad Zedoariam longam *C. B. Pin. pag.* 35. Zerumbet Tommon a *Rumph. in Herb. Ambon. lib.* 8. *cap.* 17. vocatur. cujus Figura proxime cum Curcuma convenit. WALINGHURU Zeylonenſibus dicitur, id eſt Zinziber ſylveſtre.

ZINGIBER ſylveſtre, flavum, KALUWAALA Zeylonenſibus. *Muſ. Zeyl. pag.* 51. an Zingiber Zeylanicum. *H. Beaum. pag.* 42? quod ſorte Kattu-Inſchi *H. Malab. part.* 11. *Tab.* 13. quod a *Petiv. in Gazop. nat. & art. Tab.* 23. *Fig.* 1. pro Zedoaria officin. depingitur, in notis vero ad *H. Malab.* pro Zingib. qui mas a *Piſon.* in *Mantiſſ. arom. pag.* 189. *cap.* 12. habetur, ut & a *Pluknet. in Almag. pag.* 397. ad Zingiber *C. B. P. pag.* 35. Zingiber *Acoſt. lib. aromat. cap.* 32. apud *Cluſium* etiam deſcribitur, ut & a *Rumph. Herbar. Ambon. lib.* 8. *cap.* 14. & Zingiber hoc ſylveſtre ab incolis KALUWALA dictum a *Grimm. in Labor. Ceyl. pag.* 119 ſequenti modo deſcribitur. Pulcherrima eſt planta, quae mediocris eſt altitudinis, florem profert rubicundum, qui non abſimilis eſt a Pini pomo, fert etiam nigrum ſemen, ſicut nigrum *Cuminum*, quod valde calidum eſt, jacet in quibusdam globulis inter folia florum incluſum. Flos iſte continet in ſe magnam quantitatem liquoris, qui rorem fortiſſime attrahit, eum ego mane expreſſi, & in Balneo Mariae per alembicum deſtillavi, eumque praeſtantiſſimum vehiculum exiſtimo. Tota haec planta cum radice deſtillata pulchrum Cryſtallinum Sal Volatile, oleoſum emittit, quod certiſſime praeſtantiſſimum eſt medicamentum vires totius plantae continens adverſus graviſſimos morbos, doſis ſolum eſt a tribus ad quatuor grana: Eandem virtutem aqua continet, pro vehiculo aſſumpta.

ZIN-

ZINGIBER anguſtiori folio, foemina, utriusque Indiae alumna. *Plukn. Almag. pag.* 397. Zinziber *C. B. P.* Chilli *Hernand. Muſ. Zeyl. pag.* 69. *Par. Bat. Pr. pag.* 386. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 60. *Hiſt. Jam. vol.* 1. *pag.* 163. Chilli Indiae Orientalis *Hernand. Hiſt. Mexioc. pag.* 169. Zinziber *Moris hiſt. pl. Tab.* 14. *Sect.* 8. *Fig.* 1. *pag.* 251. Zinziber foemina *Piſonis Mantiſſ. arom. pag.* 190. Inſchi, vel Inſchi-Kua. *H. Malab. part.* 11. *Tab.* 12. cujus notas characteriſticas optime explicatas vide a *Linnaeo in tract. de Muſa Cliffort. pag.* 15. ad *Amoenum.* vires vero & uſum apud *Samuel Dale Pharm. pag.* 327. INGHURU Zeylonenſibus haec vocatur.

F I N I S.

W

ADDENDA, & CORRIGENDA.

Pag. 7. ad ADHATODAM ſpica longiſſima. addatur Frutex Indicus, ſpicatus, floribus galeatis, vaſculo bivalvi, dicocco. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1709. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 32.

10. ad ALKEKENGI ſomniferum add. Alkekengi fructu parvo, verticillato. *Tournef. inſt. pag.* 151. &c.

19. ad AMYGDALUM, quae Nagam *H. Malab.* add. quae eſt ſiliquoſa flore umbellato, pentapetalo, ſiliquis digitalibus, ſpadiceis. monoſpermis, ad unum florem pluribus. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1753. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 62.

21. ad ANONAM fructu vireſcente add. Atamaram & Janiljaca *H. Malab. part.* 3. *pag.* 21. quae eſt Pomifera Indica, fructu conoide, ſquamoſo, viridi. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1650. & Ate vel Ahate de Panucho *Hernand. Hiſt. Mexioc. pag.* 348 & 454.

22. Pro ANTISDESMA lege ANTIDESMA.

27. ad Elengi *H. Malab.* add. quae eſt Prunus Malabarica, fructu calyculato. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1564. & *Commel. Fl. Malab. p.* 57. & Oleae adfinis pyrifolio Malabarica, flore odorifero, ſtellato, *Syen in notis ad H. Malab.*

33. *Linea* 2. pro viridibus lege viribus.

& ad Katsjula Kelengu *H. Malab. pro part.* 13. lege 11. ubi addatur, quae in notis eſt Planta bifolia, radice tuberoſa, flore tripetalo, difformi, Malabarenſis. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 55.

42. ad BALSAMINAM quae Tilo-Onapu *H. Malab.* add. Quae in *notis* Perſicaria ſiliquoſa, Indica, flore roſaceo colore, fructu piloſo. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 52.

53. ad CARA-SCHULLI *H. Malab.* add. qui eſt Frutex ſpinoſus, Capparis forma, ſiliqua bivalvi, brevi. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1755. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 32.

61. ad CHRYSANTHEMOIDES addatur: hujus generis Character etiam deſcribitur a *Linnaeo in char. pl. gen. p.* 264.

75. ad CORALLODENDRON add. hujus generis characterem dedit Linnaeus in *Char. pl. gen. pag.* 216.

84. ad CAVALAM *H. Malab.* add. quae in *notis a Syen* vocatur Nux Malabarica, ſulcata, mucilaginoſa, fabacea, & Arbor ſiliquoſa Malab. pluribus ad ſingulos flores lobis. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1754. & *Commel. Fl. Malab. p.* 8.

93. ad ELAIOCARPOS quod Perun-Kara *H. Malab.* add. Olea Malabarica, ſylveſtris, fructu dulci. *Ray. hiſt. pl. pag.* 1546. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 48.

95. ad EUPATORIOPHALACRON add. *Linnaeus* hujus characterem etiam dedit in *char. pl. gen. pag.* 209.

101. ad FLOS-CLITORIUM add. char. hujus vide apud *Linn. in char. pl. gen. pag.* 216. ad CLITORIAM.

104. ad GENISTAM pro *Tab.* 47 lege 49.

121. ad HOTTONIAM pro Sarafraga lege Saxifraga.

126. *Linea* 4. pro umbilicato lege umbellato.

136. ad KETMIAM Tiliae folio. add. Bupariti *H. Malab. part.* 1. *pag.* 51.

142. ad LIGUSTRUM pro *Tab.* 172. lege 72.

145. ad LYCOPODIUM pro *Dodart.* lege *Bobart.*

159. Pro MICROCOS lege MICROCOCOS.

165. in fine, pro infunliforme, lege infundibiliforme.

191. ad PHASEOLUM lobis undiquaque piloſis adde Nou-Corona *H. Malab. part.* 8. *pag.* 61. &c.

209. in fine add:
SAURURUS folio lato, BETELES dicta, Siriboa BONTII. NOBIS. Quam vide ſupra ad Beteles *pag.* 46.
SAURURUS volubilis, Convolvuli majoris folio, Betele Tambul. C. B. P. NOBIS. quam itidem exhibitam vide *pag.* 46.

218. *Linea* 15. pro remoto, lege remotus.

Reliqua pro arbitrio L. B. addat, corrigat, mutet.

LOCA & NOMINA
HORTI MALABARICI
ILLUSTRATA,

Et juxta Theſaurum Zeylanicum certis plantarum generibus tributa.

Horti Malabarici nomen.	*Pars.*	*Tabula.*	*Theſauri Zeylanici*	*Pagina.*
Acara-Puda.	Part. 10	20.	*Ros Solis.*	207
Acatsja-Valli.	7	44.	*Cuſcuta.*	84
Adaca-Manjeu.	10	43.	*Sphaeranthos.*	221
Adamboe & Cadelipoea.	4	20 & 21.	*Ketmia.*	137
Ain Pariti.	6	43.	*Ketmia.*	133
Amba-Paja.	1	15.	*Papaja mas*	184
Ambel.	11	26.	*Nymphaea.*	173
Ameri.	1	54.	*Colutea, quae Indigo.*	69
Amolago.	7	16.	*Piper, qui Saururus.*	193
Ampana.	1	10.	*Palma.*	181
Ana-Schunda.	2	35.	*Solanum.*	219
Anavinga.	4	49.	*Groſſularia.*	112
Anci-Veela.	9	23.	*Sinapiſtrum.*	215
Arana-Panna.	12	31.	*Filix.*	98
Aria-Bepou.	4	52.	*Azedarach.*	40
Atamaram.	3	29.	*Anona.*	21
Avanacu. & Pandi-Avanacu.	2	32.	*Ricinus.*	206
Bala.	1	12,13,14.	*Muſa.*	164
Balam Pulli. & Maderam Pulli.	1	23.	*Tamarindus.*	222
Bara-Mareca.	8	44.	*Phaſeolus.*	189
Baſella.	7	24.	*Cuſcuta.*	44
Batti-Scorigenam.	2	40.	*Urtica.*	232
Bel-Ericu.	2	56.	*Apocynum.*	25
Belilla.	2	18.	*Muſſaenda.*	165
Bella-Modagam.	4	59.	*Arbor* TAKKADA.	30
Bellam-Patsja.	12	39.	*Lycopodium.*	145
Belutta.	9	2.	*Nerium.*	167

Horti Malabarici nomen.	*Pars.*	*Tabula.*	*Theſauri Zeylanici*	*Pag.*
Belutta-Pola-Taly.	11	38.	*Lilio-Narciſſus.*	143
Bem-Noſi.	2	12.	*Vitex.*	229
Bem-Schetti.	2	14.	*Jasminum.*	127
Bena-Patsja.	10	48.	*Heliotropium.*	120
Beru-Tamara.	11	31.	*Nymphaea.*	174
Betla-Codi.	7	15.	*Betele, qui Saururus.*	46 & 47
Blimbi.	3	45 & 46.	*Malus Indica.*	147
Brami.	10	14.	*Portulaca.*	197
Bupariti.	1	29.	*Ketmia.*	136
Caara-Veela.	9	24.	*Sinapiſtrum.*	216
Cacu-Mullu.	6	19.	*Acacia.*	5
Cadelari.	10	78.	*Amarantus.*	16
Cadel-Avanacu.	2	33.	*Ricinoides.*	200
Cadi-Avanacu.	2	34.	*Chamaelaea.*	59
Calengi-Cansjava.	10	60.	*Cannabis.*	136
Caniram.	1	37.	*Nux Vomica.*	171
Canſchena-Pou.	1	35.	*Bauhinia.*	45
Cara-Schulli.	2	47.	*Capparis.*	53
Cara-Noſi.	2	11.	*Vitex.*	229
Carelu-Vagon.	8	25.	*Ariſtolochia.*	32
Caretti.	2	22.	*Acacia.*	4
Carim Curini.	2	20.	*Adhatoda.*	7
Carim-Pana.	1	9.	*Palma.*	181
Catri-Conda.	12	70.	*Lachryma-Jobi.*	138
Catta-Gaſturi.	2	28.	*Ketmia.*	134
Cattu-Schiragam.	2	24.	*Scabioſa.*	210
Catu-Baramareca.	8	45.	*Phaſeolus.*	189
Catu-Tsjeru-Naregam.	4	12.	*Limonia Malus.*	143
Catu-Tekka.	4	28.	*Micrococos.*	159
Catulli-Pola.	11	40.	*Lilio-Narciſſus.*	142
Cavalam.	1	49.	*Cydonia.*	84
Cavara-Pullu.	12	69.	*Gramen.*	106
Caunga.	1	5, 6, 7, 8.	*Palma.*	183
Champacam.	1	19.	*Arbor* HAPUGHAHA.	31
Cheru-Schunda.	2	36.	*Solanum.*	219 & 220
Chunda.	2	37.	*Solanum.*	219
Codaga-Pala.	1	47.	*Nerium.*	167
Codagan.	10	46.	*Hydrocotyle.*	122
Codda-Panna.	3	1 ad 13.	*Palma.*	181
Coddam-Pulli.	1	24.	*Arbor Gummi Guttam fundens.*	27
Coletta-Veetla.	9	41.	*Adhatoda.*	8
Conna.	1	22.	*Caſſia fiſtula.*	56
Cottam.	10	77.	*Ocymum.*	174
Covalam.	3	37.	*Cydonia.*	84
Cudda-Mulla.	6	51.	*Jasminum.*	128

Horti

Horti Malabarici nomen.	*Pars.*	*Tabula.*	*Theſauri Zeylanici.*	*Pag.*
Cupameni.	10	81.	*Ricinokarpos.*	203
Ela-Calli.	2	43.	*Euphorbio Tithymalus.*	95
Elengi.	1	20.	*Arbor, & Kauken.*	27 & 133
Elatteri.	11	4,5 & 6.	*Cardamomum.*	54
Ericu.	2	31.	*Apocynum.*	25
Hummatu.	2	28,29,30.	*Stramonium.*	221
Ily.	1	16.	*Arundo.*	35
Inſchi.	11	12.	*Zingiber.*	235
Intſia.	6	4.	*Acacia.*	3
Kadali.	4	42.	*Melaſtoma.*	155
Kaida-Taddi.	2	1.	*Ananas.*	20
Kaka-Toddaly.	5	41.	*Arbuſcula & Chamaelea.*	32 & 50
Kaku Valli.	8	36.	*Phaſeolus.*	191
Kapa-Mava.	3	54.	*Anacardium.*	19
Kariil.	4	36.	*Nux.*	170
Katu-Bellovera.	6	46.	*Ketmia.*	137
Katou-Indel.	3	22 ad 26.	*Palma Dactylifera.*	183
Katou-Inſchi.	11	13.	*Zingiber.*	234
Katou Kadali.	4	43.	*Melaſtoma.*	154
Katou-Karua.	5	53.	*Cinnamomum.*	64
Katou-Naregam.	4	13.	*Granata Malus.*	111
Katou-Patsjotti.	5	7.	*Patsjotti.*	185
Katou-Tandale.	9	26.	*Crotalaria.*	82
Katsji Kelengu.	7	38.	*Rizophora.*	206
Katſula-Kelengu.	11	41.	*Aro-Orchis.*	33
Kattu-Kelengu.	7	37.	*Smilax.*	218
Katu-Tagera.	9	30.	*Aſtragalus.*	37
Katu-Bala.	11	43.	*Cannacorus.*	53
Katu Katſiil.	7	36.	*Rizophora.*	207
Katu-Mulla.	6	56.	*Jasminum.*	128
Katu-Uren.	10	54.	*Malvinda.*	149
Kedangu.	6	27.	*Emerus.*	93
Kindici-Valli.	8	27.	*Convolvulus.*	73
Kirganeli.	10	15.	*Urinaria.*	230
Konni.	8	39.	*Orobus.*	178
Kotsjiletti-Pullu.	9	71.	*Gramen.*	109
Kua.	11	7.	*Zingiber.*	234
Maderam-Pulli.	1	23.	*Tamarindus.*	222
Malacca-Schambu.	1	17.	*Jambos.*	124
Malan-Kua.	11	9.	*Colchicum seu Zedoaria.*	67
Mallam-Tsjulli.	9	83.	*Hedyſarum.*	114
Mandsjadi	6	14.	*Criſta-Pavonis.*	80
Manelli.	9	37.	*Dorycnium.*	89

Horti

Horti Malabarici nomen.	*Pars.*	*Tabula.*	*Theſauri Zeylanici*	*Pag.*
Manja-Pumeram.	1	21.	*Arbor triſtis.*	32
Manja-Kua.	11	10.	*Curcuma rotunda.*	84
Manjella-Kua.	11	11.	*Curcuma longa.*	83
Mao.	4	1 & 2.	*Mangifera arbor.*	152
Mendoni.	7	57.	*Methonica.*	159
Mödecca.	8	20.	*Convolvulus.*	72
Modira-Caniram.	8	24.	*Nux Vomica.*	171
Molago-Codi.	7	12.	*Piper rotundum.*	193
Motta Pullu.	12	38.	*Gramen.*	110
Mouricou.	6	7.	*Corallodendron.*	74
Mulu-Schena.	11	19.	*Dracunculus.*	90
Muringu.	6	11.	*Moringa.*	163
Nagam.	6	21.	*Amygdalus.*	19
Nai-Corana.	8	35.	*Phaſeolus.*	191
Nalla-Mulla.	6	50.	*Jasminum.*	128
Nandi Ervatam major & minor.	2	54 & 55.	*Jasminum.*	129
Nanſchera-Canſchabu.	10	50.	*Veronica.*	228
Narinan-Pulli.	6	44.	*Ketmia.*	135
Narum-Panel.	2	10.	*Uva.*	231
Nehoemeka.	8	19.	*Bryonia.*	50
Nelam-Muri.	9	82.	*Hedyſarum.*	114
Nelenſchena.	11	20.	*Arum.*	34
Neli-Pouli.	3	47 & 48.	*Malus.*	148
Nelia-Tandale-Cotti.	9	27.	*Crotalaria.*	22
Nila-Barudena.	10	74.	*Melongena.*	157
Nilacamaram.	1	38.	*Acacia.*	5
Nir-Carambu.	2	51.	*Lyſimachia.*	147
Nir-Pullari.	9	36.	*Phaſeolus.*	188
Niti-Todda-Vaddi.	9	20.	*Hedyſarum, vel Mimoſa.*	120 & 160
Nuli-Tali.	4	56.	*Antidesma.*	22
Odalam.	1	39.	*Manghas.*	152
Onapu.	9	47.	*Balſamina.*	42
Pada-Kelangu.	7	49.	*Nux.*	171
Paeru.	4	15.	*Arbor Gummi Elemi fundens.*	28
Paeru.	8	41.	*Phaſeolus.*	189
Pal Valli.	9	12.	*Nerium.*	168
Panam Palka.	4	5.	*Nux Myriſtica.*	172
Panambu-Valli.	7	53.	*Arundo.*	35
Pandi-Avanacu.	2	*pag.* 60.	*Ricinus.*	206
Pandi-Pavel.	8	9.	*Momordica.*	161
Panna-Kelengu-Maravara.	12	11.	*Polypodium.*	195
Papaja-Maram.	1	15.	*Papaja foemina.*	184
Pariti.	1	30.	*Ketmia.*	136
Parpadagam.	10	35.	*Veronica.*	228
Pavel.	8	10.	*Momordica.*	162

Horti

Horti Malabarici nomen.	*Pars.*	*Tabula.*	*Thesauri Zeylanici*	*Pag.*
Pee-Cupameni.	10	82.	*Ricinokarpos.*	205
Pee-Tandale-Cotti.	9	29.	*Crotalaria.*	81
Pee-Tumba.	9	46.	*Digitali affinis.*	89
Peevetti.	4	55.	*Alkekengi.*	10
Pela.	3	34.	*Guajavos.*	112
Peragu.	2	25.	*Clerodendron.*	66
Perim-Kaku-Valli.	8	32,33,34.	*Lens Phaseoloides.*	139
Perim-Toddali.	4	41.	*Jujuba.*	131
Peru-Kara.	4	24.	*Elaiocarpos.*	93
Ponnam-Tagera.	2	52.	*Senna.*	213
Poulpaalsja-Maravana.	12	14.	*Selago, vel Lycopodium.*	211
Poutaletsje.	4	72.	*Ligustrum.*	142
Pulli-Schovadi.	11	59.	*Convolvulus.*	70
Punna.	4	38.	*Inophyllum.*	131
Purinsja.	4	19.	*Saponaria.*	209
Putsja-Paeru.	8	37.	*Phaseolus.*	192
Schada-Veli-Kelangu.	10	10.	*Asparagus.*	37
Schadida-Calli.	2	42.	*Euphorbium.*	96
Schanga-Cuspi.	8	38.	*Flos Clitorius.*	101
Schem-Pariti.	2	17.	*Ketmia.*	133
Schembra-Valli.	7	6.	*Vitis.*	232
Schena.	11	18.	*Dracunculus.*	90
Scheru-Bula.	10	29.	*Chenopodium.*	60
Schetti.	2	13.	*Jasminum.*	126
Schit-Elu.	9	54.	*Digitalis.*	87
Schorigenam.	2	39.	*Ricinokarpos.*	202
Schovanna-Adamboe.	11	57.	*Convolvulus.*	72
Schunda-Panna.	1	11.	*Palma.*	180
Swendadi-Pullu.	9	4.	*Melilotus.*	157
Tagera.	2	53.	*Senna.*	213
Tala-Neli.	11	55.	*Convolvulus.*	73
Tamara.	11	31.	*Nymphaea.*	174
Tamara-Tonga.	3	43&44.	*Malus.*	148
Tandale-Cotti.	9	25.	*Crotalaria.*	80
Tani.	4	10.	*Prunus.*	197
Tenga.	1	1,2,3,4.	*Palma Coccifera.*	182
Thora-Paerou.	6	13.	*Cytisus.*	86
Tilo-Onapu.	9	52.	*Balsamina.*	42
Tiru-Calli.	2	44.	*Tithymalus.*	223
Todda-Vaddi.	9	19.	*Oxys.*	179
Tota-Piri.	8	17.	*Momordica.*	162
Tsjania-Pullu.	12	41.	*Gramen.*	105
Tsjana-Kua.	11	8.	*Costus Indicus.*	78
Tsjam-Pangam.	6	2.	*Acacia.*	4
Tsjere-Maram.	6	61.	*Periclymenum.*	187

Horti Malabarici nomen.	*Pars.*	*Tabula.*	*Thesauri Zeylanici*	*Pag.*
Tsjeru-Punna.	4	39.	*Inophyllum.*	130
Tsjeru-Kirganeli.	10	16.	*Urinaria.*	231
Tjeru-Vela.	9	34.	*Sinapistrum.*	217
Tsjetti-Mandaru.	6	1.	*Crista-Pavonis.*	79
Tsjetti-Pu.	10	44.	*Matricaria.*	154
Tsjovanna-Amelpodi.	6	47.	*Nerium.*	168
Tsjovanna-Areli.	9	1.	*Nerium.*	167
Tsjudan-Tsjerae.	12	36.	*Hottonia.*	121
Tsjude-Maram.	6	60.	*Periclymenum.*	185
Tsjuria-Cranti.	11	60.	*Quamoclit.*	198
Vaembu.	11	40.	*Acorus.*	6
Valli-Upu-Dali.	9	45.	*Digitalis.*	87
Vallia-Capo-Molago.	9	35.	*Capsicum.*	53
Velutta-Mandaru.	1	34.	*Baubinia.*	45
Ulinja.	8	28.	*Cor Indum.*	76
Uren.	10	2.	*Alcea.*	9
Wadapu.	10	37.	*Amaranthoides.*	16
Weli-Ila.	11	22.	*Colocasia.*	68
Wellia-Codiveli.	10	59.	*Blitum.*	47
Wellia-Cupameni.	10	83.	*Ricinokarpos.*	204

F I N I S.

INDEX
NOMINUM
ZEYLANENSIUM.

Acawerya & Ekawerya. *Liguſtrum, quod Lignum Colubrinum.* Pag. 141
Acmella & Ahamella. *Ceratocephalus.* 58
Adhatoda. 6
Adſaryapala. *Phaſeolus.* 191
Aehaela. *Arbor antifebrilis.* 30
Aehaelaghas & Aettaelaghas. *Caſſia.* 56
Aelhin. *Gramen Cuperinum.* 108
Aembarella. *Nux.* 170
Aembilla. *Groſſularia.* 112
Aembullalbilya. *Oxys.* 179
Aepala. *Alcea.* 9
Aethahambilya. *Ricinokarpos.* 204
Aethakirindi. *Jasminum.* 128
Aethakola. *Phaſeolus.* 190
Aetpamba. *Jasminum.* 130
Aetſaethya. *Heliotropium.* 120
Aetundupyali. *Hedyſarum.* 115
Allahonda. *Bryonia.* 49
Allakeralya. 11
Alu, Alughaha, & Alughas. *Cardamomum.* 54
Alupadhawael. 15
Amba. *Perſica.* 187
Amwaghaha. *Mangifera arbor.* 153
Andara. *Acacia.* 3
Andanahirya. *Crotalaria.* 81
Angharaka. *Lyſimachia.* 147
Ankaenda. *Arbor.* 27
Anoda. *Abutilon.* 1
Anon. *Anona.* 21
Antenna. *Stramonium.* 221
Apahu. *Convolvulus.* 72
Apas & Apahuaetha. *Convolvulus.* 72
Areca. *Puwak.* seu Areceri. *Puwakwala.* Pag. 32
Aswaenna. *Digitalis.* 88
Avarapalu. *Phaſeolus.* 189
Avaru & Awaru. *Colutea.* 69
Badalwanaſſa. *Lycopodium.* 145
Badharum. *Milium.* 160
Badhaarum. 41. & *Gramen.* 110
Badulam. *Tinus.* 223
Baewila. *Althaea.* 15
Balanghas. *Cydonia.* 84
Baluwanoſſa. 42
Banduru. 42
Banghala. 44
Banwael. *Frutex.* 102
Basnagilli. *Bryonia.* 50
Bathaenda. *Arbor.* 31
Beduru & Benduru. *Polypodium.* 196
Beli & Belighas. *Cydonia.* 84
Belipathegas. *Ketmia.* 134
Betre ſeu Betele. *Saururus.* 46
Bimmilila. *Arbor.* 25
Binkohumba. *Urinaria.* 231
Bintal. *Baſella.* 44
Bintamburu. *Convolvulus.* 71
Bintamburuwael. *Convolvulus.* 72
Bintana. *Gramen.* 109
Blimbi, Blimbing, Billinghas & Bilim, ut & Billinghbingh. *Malus Indica.* 147
Bobu. *Adianthum.* 9
Bohu & Bohumbu. 48
Bokaerae. *Jabotapita.* 123

Bolangha. { *Arbor*, & *Cydonia.* Pag. 31 84
Bolhinda & Bolhyda. *Ephemerum.* 94
Bomi. *Convolvulus.* 73
Bothya. *Melaſtoma.* 155
Brunga. *Lyſimachia.* 147
Budamini. *Hedyſarum.* 117
{ Budughas, Budughaa, & Boghas. } *Arbor.* 29
Bugaethyawael. *Ceraſus.* 57
Bulatwaela. *Betele.* 46
Bumum & Buncae. *Phaſeolus.* 188
Bupulae. 50
{ Cahette-Coronde, Cappare-Coronde, & Catte Coronde. } *Cinnamomum.* 63
Cappathya. *Ricinoides.* 201
Caracam. *Gramen.* 110
Champacca. *Arbor.* 31
Coembura. *Amygdalus.* 19
Conghas. *Saponaria.* 209
Dadhakaehael. *Conyza.* 74
Daluk. *Eſula.* 94
Dam & Damighas. *Ceraſus.* 57
Damelia. *Momordica.* 162
Dangha. *Arbor.* 30
Dangheddi. *Ceraſus.* 57
Damatha. 86
Dawel-Coronde. *Cinnamomum.* 63
Dawulkurundu. *Cinnamomum.* 64
Delughaha. *Limones.* 143
Dematha. *Prunus.* 197
Diamenerya. *Commelina.* 70
Diwipahuru, & Duvipaſſuru. } *Convolvulus.* 70
Diwul & Giwul. 89
Dodhampana. 89
Doelkodduku. *Heliotropium.* 120
Domba & Dhumba. ut & Dombagedy. } *Nux.* 170
Dyaaepala. *Althaea.* 14
Dyabaeralya. *Ornithogalum.* Pag. 177
Dyahabarala. *Sagittaria.* 208
